rum qualitatem quod erat valde periculosum: quia tangit anime salu-tem et corporis Et famaz. et ideo au-tor subdit. In via morum. id est in si-tuatione et cautione actionum et qua litatum. quasi velit innuere ꝙ quanto humani mores a rationis regula ma-gis elongantur: tanto fiunt magis in-ordinati et erronei. in compositione. n. corporis vt ait augustinus in. §. sicut ergo. xxxvj. di. inequalitatem inducat mentis hoc etiam ex ipsius moris dif finitione comprobatur. Mos eniz est mentis habitus ex quo singulorum operum assiduitas manat. Et sic exten dendo nomen virtutes dicuntur mo-res ait policraticus libro. v. capitulo quarto. Sciendum tamen est ꝙ anti-quorum mores a modernorum mori-bus in quibusdam differebant. naz ex ipsis aliqui quo ad politiam fuerunt bonis moribus imbuti. et aliqui ex eis quo ad precepta moralia quandoque plurimi errauerunt ⁊ per consequens quantum ad hoc prauos mores habu erunt de talibus erroribus dicitur in-fra. iiij. ꝓhemiali parte. §. ij. A. i prin cipio. ¶ De moribus vero commen dabilibus antiquorum circa policiam narrat salustius recitans verba ca-thonis que contionatus est in senatu. libro primo. que etiam recitat augu-stinus. v. de ciuitate dei. capitulo. xiiij. nolite iquit estimare maiores nostros armis rempublicam ex parua magnaz fecisse. si ita esset multo pulcerrimam nos haberemus quippe sociorum at-qz ciuium puta armorum et equorum maior copia nobis ꝙ̄ illis est sed alia fuere que illos magnos fecerunt que nobis nulla sunt scilicz domi industria foris iustum impium animus in consu lendo liber neqz delicto neqz libidini obnoxius. pro hijs nos habemus lu-xuriam atqz auariciam publicam ege-statem priuatam opulentiaz. laudamꝯ diuicias sequitur inhertiam inter bo-nos et malos discrimen nullum om-nia virtutis premia ambitio possidet. et idem augustinus libro primo de ci uitate dei. capitulo. xxxiij. loquens de scipione dicit ꝙ non censebat ille feli-cem rempublicam stantibus menibus et ruentibus moribus. ¶ De mori bus etiam modernorum prauis et in-eptis quibus succurrere autor inten-dit restat nunc dicendum.

¶ Verũ quia praui mo res ab etate et fortuna variantur ⁊ di uersificantur ſm philozophum. ij. ethi corum. nam ab etate alios mores pra uos habẽt iuuenes et alios senes a for tuna quia alios mores habent nobi-les. alios aulici. alios ignobiles. alios di uites. alios pauperes. Et qꝛ ut experi-mentali docetur argumento detectio vulneris non nullotiens causa consistit curationis. quoniam pestis minime cu ratur. nisi de facto vulnus aperte de-tegatur hinc est ꝙ in presenti tractatu inquantuz possibilitas intellectus deo inspirãte administrauerit vulneris for ditatem seu morum deformitatez ſm cuiuslibet hominis conditionem et sta tum cum salubri medicamine dignum duxi ordinare propellandum. Unde primo effectualiter est aduertendum ꝙ iuuentutis prauitas est curatiua si primo purgetur. Secundo senij mali-gnitas remedijqz benignitas est pro-pinatiua si post hec diuulgetur. Ter-tio nobilium peruersitas eisdẽqz feda citas est expiatiua si freno dometur. Quarto moruz ignobilitas vulgi quo qz sanitas est mitigatiua si quarto re-feretur. Diuituz immanitas medeleqz sagacitas est mitigatiua si quinto col-locetur. Inopum difformitas curaqz realitas est reformatiua si demum ap plicetur. ¶ Dico nanqz primo ꝙ iu uentutis prauitas ⁊c. Ubi sciendũ ꝙ vicium sextenarium ducens ad infe-

ritum premit iuuentutem. cui per op/positum autor dat remedium succur rens per virtutem. Hij seducti sensib9 reguntur inutilibus: sequuntur passio nes. Existunt instabiles: de facili mu/tabiles: sorbentes rationes. Experien tie nuditas: superflua credulitas mul tos dissipauit. Uerborum habundan/tia: indecens contumelia: hos angaria uit. Ex quo quarto sequitur coniunctum in quo sistitur mendacium exosum. Modum factis denegant: valde sem per approbant: quod sistit dolorosum

¶ Dico primo q hij seducti sensi/bus rc. quod est dictum q hij in eta/te iuuenali existentes intantum sedu/cuntur per floridam etatem in qua exi stunt q reguntur sensibus qui quidem sensus dicuntur inutiles respectu ra/tionis: qua quilibet regi deberet. r sic sunt passionum insecutores. quod est primum vicium ipsorum iuuenum cui quidem vicio autor succursum prebet r hoc infra in parte prosayca precepto ij. Nil arbitrio virium feceris. In quo docet autor nil etiam agendum p im pulsum virium naturalium sicut inani mata per impulsum virium animaliū sicut sunt irrationabilia: que omnia a/gunt indeliberate per impetum passio nis. ¶ Sed agant iuuenes regula te fm regulam recte ratiōis et sic pru denter: quia prudentia est recta ratio rerum agibilium. vj. ethi. ¶ Dico se cundo q existunt vt instabiles rc. Quod est dictum q ipsi iuuenes sup peditantes rationem de facili sunt ver tibiles seu mutabiles. et hoc est secun dum vicium eorum cui succursum pre bet autor infra in prima parte metri/ca. vij. precepto. Constans et lenis rc. Per quod instruit autor iuuenes me dium tenere inter mutabilitatem et p tinaciam: que virtus dicitur cōstantia De hac enim virtute loquitur seneca libro de quatuor virtutib9 dicēs. Esto

constans non pertinax. leuis non mo bilis. et quamq hee due virtutes scilz constantia et perseuerantia hee idem sint in re. quia ad vtranqz pertinet fir miter persistere in aliquo bono tamen perseuerantia est circa diuturnitatem actus. sed constantia est contra diffi/cultatem que prouenit ex quibuscūqz alijs exterioribus impedimentis. De incōstante dicit oratius Quod petit et spernit. repetit quod nuper amisit.

Dixi tertio q experientie nuditas rc. quod est dictum quia ex quo ipsi iuue nes non habent experientiam multo rum: ideo sunt nimis creditiui. quod est tertium vicium eorum. cui autor suc cursum prebet infra. xxv. prose prece/pto. Nil temere crederis. In quo qui dem precepto instruit autor iuuenes prius examinare consilia et non cito fa cili credulitate ad falsa plabi. quia vt ecclesiastici. xxx. scribitur. Qui cito cre dit leuis est corde. Hanc doctrinā ma le obseruant moderno tempore domi ni temporales: qui primas informatio nes licet vt plurimum non veras: tan q veras recipiunt. et fm eas plerūqz iudicant. qđ valde periculosum est et iniquum: taliter iusticiam peruertere. de materia ista latius explicabitur in fra in secunda probemiali parte. viiij. §. qui incipit. Dixi sexto rc. ¶ Dixi quarto q verborum habundantia rc quod est dictum q ipsi iuuenes nimis habūdātes in v̄bis sunt verbosi r cō tumeliosi quod est quartum vicium. cui succursum prebet autor infra in pri ma parte metrica. x. precepto. Contra verbosos. ¶ In quo precepto iuue nes informantur ne sint presumptuosi circa ineptam verbositatem: quia pre sumptio regulariter fuit semper iurgi orum et contentionum mater vnde ra ro iurgia discensiones r bella oriuntur nisi iuuenes aut ebrij sint in causa. hāc rationem assignat aristoteles in. ij. re

tho. ¶ Dixi quito ꝙ exquo quartū sequitur ⁊c. quod est dictū ꝙ ex quarto vicio iam dicto sequitur quintum nunc dicendum est quomodo quia iaȝ dictum est ꝙ ipsi iuuenes sunt nimis loquaces. Et quia in multiloquio non deerit mēdaciū: seqt̄ ꝙ ipi vtplurimū sunt mendaces: quod est quintum vicium eorum. cui autor succursum prebet infra. xxvj. prose precepto. Nil mētire. Per quod instruere intendit iuuenes ne per verba falsa alios fallere debeant. vnde vnicuiqȝ ipsorum dicitur. Noli velle mentiri omne mendacium assiduitas illius non est bona. ecclesia. vij. ¶ Dixi sexto ꝙ modum factis denegant ⁊c. quod est dictum ꝙ non habent modum in factis ex eo ꝙ omnia faciūt valde. quia diligunt valde et odiunt valde. ⁊ hoc est sextum vicium eorum. cui autor succursum prebet infra in. xxx. prose precepto. Extimationem retine. In quo instruit iuuenes solertes esse. hoc est in omnibus agendis coniecturam tenere et seruare. nec eorūȝ passiones sequi velle. circa huius preceptum bonam doctrinaȝ dat seneca libro d quatuor virtutibus dicens ꝙ quisqnis prudentiā sequi desideras. tunc per rationem recte viuas. si omnia prius extimes et perpenses: et dignitatem rebus non ex opinione iniustorum. sed ex eorūȝ natura constitues.

A iij. ¶ Et sic expeditis vicijs cum remedijs ipsorum iuuenum hoc idem quod ad vtrunqȝ de senibus restat faciendum pro quo accedat secundum principale. vbi dicitur ꝙ senij malignitas ⁊c. ¶ Circa quod sciendum ꝙ senes si prospexero: viciatos video tripliui defectu. Quibus non inaniter succursus fit legaliter: actorum respectu. Nam vt liquet ratio timor et suspicio: hos suppeditauit. Sordis auaricia: prouecta stulticia: eosdem indurauit Ut certa dant indicia: morum inuerecundia: cunctos diffamauit. ¶ Dico primo ꝙ vt liquet ratio ⁊c. quod est dictum ꝙ experientia manifestat: ꝙ ipsi senes sūt suppeditati nimie timiditatis et suspitionis. quod est primuȝ vicium eorum. et hoc prouenit ex eo ꝙ multis annis vixerunt et in multis peccauerunt. ¶ Et propter hoc mensurant alios per se et credunt alios tales quales fuerunt et sunt.

B Talibus succursum prebet autor infra in quarta parte metrica precepto xxxxv. Suspectus caueas. In quo quidam metro informātur senes ab hoc vicio doloroso sibi precauere ac etiam a nimia timiditate et pauore cum ista duo vicia pariter multum sint vite humane abbreuiatiua. superflua enim suspicio et etiam nimius timor mortis cum alijs terribilibus humanam vitam multum abbreuiant et hoc est qd̄ ecclesiastici. xxxxj. scribitur. O mors bonum est iudicium homini indigenti id est pauperi et qui minoratur viribus id est timenti et suspicioso et despecto. id est seni in omnibus maturatus et cui de omnibꝰ cura est. id est laboranti et incredibilis qui perdit sapientiam hijs omnibus aptissima est mors.

C ¶ Dixi secundo ꝙ sordes auaricia ⁊c. quod est dictum ꝙ ipsi senes ex quadam prouecta stulticia: que quidam non prouenit ex simplicitate sed malicia sunt indurati sordenti auaricia. quod est secundum vicium eorum et prouenit ex hoc ꝙ veniunt in memoriam eorum que fecerunt et nō sperant eorumqȝ fortuna esse ut prius eis fuit quia non sperant plus posse aggregare nec etiam lucrari. ¶ Et ideo auari sunt et illiberales.

Ratio est quia sicut natura eis defi/
cit sic timent sibi omnia deficere.
Contra hunc prauum morem autor suc
cursum prebet in hoc infra in.iij.par/
te metrica: precepto.xj. Cum tibi diui/
cie. In quo precepto autor hortatur se
nes vt liberales et munifici amicis id
est pauperibus efficiantur. istud enim
preceptum est quasi idem cum eo quod
infra habetur in vltimo precepto pri
me partis metrice. Dapsilis interdum.
Sed quia illud exponitur de amicis
temporalibus. ideo istud exponatur de
amicis spiritualibus scilicet pauperibus
de quibus dicitur luce.xvj. Facite vo
bis amicos de mammona iniquitatis.
etc. vnde quando tales ad etatem de/
crepitam peruenerunt: saltem tunc con
gregare debent thesauros in celo per
elemosinarum elargationem. exemplo
illius principis de quo legitur in ba/
laam qui omnes thesauros suos ad in
sulam in quam relegari debebat trans
misit alijs suis predecessoribus: fame
et penuria deficientibus ipse ceteris
sapientior immensis diuicijs copiosissi
me habundauit. ¶ Dixi tertio vt
certa dant iudicia etc. Quod est dictum
ꝙ manifesta iudicia iudicant hoc ꝙ
quasi omnes sunt diffamati per inue
recundiam morum. hoc est ꝙ non sunt
erubescitiui. et hoc est tertium vicium
eorum quod oritur ex hoc ꝙ magis cu
rant de vtili et delectabili quam de hone
sto. Secundo rethoricorum habetur
exemplum de illis iniquis senibus iu
dicibus danielis.xiij. Ideo autor con/
tra hunc prauum morem succursum
prebet et hoc infra in parte prosayca pre
cepto.xxxviij. Uerecundiam serua. In
quo quidem precepto senes informan
tur vt animam temperare debeant ab
illicito amore quod maxime fit per ve
recundiam: cum verecundia sit timo/
ris inductiua de turpi actu secundum dama
scenum. et secundum hoc senes proponere de
bent semper honestum vtili cui con/
cordat tullius.iij. officiorum. capitulo.xv
Si quis quereret quare homo aliquan
do de bonis operibus verecundatur:
cum verecundia vt dictum est sit de
actu turpi: responderi potest ꝙ de a/
ctu virtuoso inquantum virtuosus est
non verecundatur. sed quia illud quod
est virtuosum vel quandoque in opi/
nione hominum est viciosum vel quia
homo timet de presumptione ac simu
latione notari. vel tertio timet ne in hu
ius actu deficiat ideo contingit ꝙ ho/
mo interdum verecundatur de bono
opere. ¶ Nota ꝙ iusticie virtus si
ue vir iustus merito electro compara
tur et hoc propter multas excellentes
proprietates que in electro reperiri di
cuntur. Dicit enim ysidorus xvj ethi/
molo. ꝙ electrum quod est naturale
dicit talis esse virtutis vel nature vt in
conuiuio ad lumina clarius cunctis me
tallis fulgeat ac etiam venenum pro/
dat: nam si venenum in eo infundas
splendorem reddit in colores varios
in modum archus celestis emittit ha/
bet autem electrum tres partes auri et
vnam argenti. ¶ Moraliter autem
per electrum vir iusticia et equitate re
fulgens singulariter denotatur. Cuius
ratio talis assignari potest. quia sicut
electrum tres habet partes auri et
vnam argenti sic in viro iusto est ani
ma rationalis que est nobilior et maio
ris virtutis quam corpus cum membris
suis. Et sicut etiam electrum metallis
ceteris splendidius est et pulcrius. sic
vir iusticia preditus cunctis hominibus
coram deo splendorem reddit clario/
rem et si aliquod venenum peccati per
suggestionem eius cordi qualitercunque
infundatur sudorem statim emittit ipsum
videt repellando et colores varios e/
mittendo scilicet quatuor modis pec/
cata vitando. ¶ Et primo propter
peccati ruborem: hoc modo anaxago/
ras peccatum carnale vitauit in cuius
lecto cum transisset mulier statim de lecto

surrexit et clamauit dicens non esse iustum celo ceno commiscere. ¶ Secundo propter dei amorem. Tertio propter pene gehennalis terrorem. Quarto propter glorie perditionis timorem.

tio

iiij. ¶ Dixi quoqz tertio qꝫ nobilium peruersitas ⁊c. ¶ Pro quo sciendum qꝫ vicia decalogo consistunt in numero quibus obfuscatur. Pro dolor nobilium genus sed non omnium si verum fateatur. Limites iusticie cernuntur excedere sectantes viciosa. Obijcere catholice tendunt ecclesie linquentes preciosa. ¶ Postponentes celicum preceptumqz dominicum spernunt genitores. Plerique dominia vsurpant violentia et bonorum expulsores. Horrenda iam impietas in eisqz crudelitas clementia orbauit. Mulcens in blandicia bona sternens regia proceres substrauit. Potestate penitus condonata celitus vtuntur abusiue. Corrumpunt vite regulam colunt intemperantiam plurimi cunctiue. Guerras mouent rabidas deuastantes patrias simul dissidentes. Inanes celant gloriam pro gloria storiam dementer eligentes. ¶ Dixi nanqz primo qꝫ limites iusticie ⁊c. Hij suprascripti decem defectus sunt aliquorum nobilium supremum nobilitatis statum tenentium a quibus prefati nobiles se penitus debent abstinere. contra quos autor succursum prebet et iuuamen et hoc infra in. xxxij. prose precepto. Utere virtute. id est iusticia. ¶ Si quis autem quereret quare autor potius tribuit hoc preceptum tam in singulari numero qꝫ in plurali? Breuiter est dicendum qꝫ propter duas rationes facere poterat. quarum primam assignat tullius dicens. qꝫ nomen virtutis antiquitus fuit solius fortitudinis. ratio autem eius hec est, quia non statim in

A

B

notuit hominibus virtuositas aliarum virtutum. sed virtuosi semper apparuerunt qui laboribus et doloribus de facili vinci non potuerunt. sed experientia docuit postea animum habere certamina multa contra diuicias. delicias. et honores. quarum victoria difficilis est et vtilis. vnde virtuosi nominati sunt qui vicia et animi passiones vincere potuerunt. ¶ Secundam rationem assignant sapientes alij qui asserentes qꝫ quia iusticie virtus pre alijs excellentior est et generalior hoc nomen virtus magis virtuti iusticie congruit qꝫ fortitudini vel ceteris alijs virtutibus. quod tribus potest persuaderi rationibus. ¶ Primo nanqz quia ipsa iusticia omnium est virtutum contentiua. ¶ Secundo quia ipsa iusticia est omnium malorum prohibitiua. ¶ Tertio quia ipsa iusticia magis mundo est vtilis et necessaria. ¶ Dico primo qꝫ iusticia omnium est virtutum contentiua. quod sic probatur dicit enim philosophus. v. ethi. qꝫ legalis iusticia est quodammodo omnis virtus ex eo qꝫ includit in se actus omnium virtutum. nam dicitur quis legalis quia implet precepta legis. ¶ Sed ut primo moralium dicitur lex precipit actus. sed iusticia ipsum precipit operari fortia quinto ethicorum. lex etiam precipit non declinare aciem nec fugere nec arma abijcere. hec omnia spectant ad fortitudinem. Item precipit temperantiam et actus omnium virtutum precipit etiam omnem virtutem implere et omnem maliciam fugere. quare legalis iusticia est omnium virtus. ¶ Secundo dixi qꝫ ipsa iusticia est omnium malorum inhibitiua et destructiua. quod sic probatur. legalis enim iusticia prohibet omne malum ergo est virtus perfecta. per locum ergo ab oppositis legalis iniusticia est perfecta malicia. ¶ Perfectum autem malum vel integrum

C

portari non potest ideo seipsũ destruit et confundit. vt. iiij. ethicoꝝ dicit phs ꝙ ⁊c. Tertio dixi ꝙ ipsa iusticia mũdo vtilis est et necessaria quod sic declaratur per iusticiam enim tutatur innocentia punitur malicia. frenatur audacia. attritur superbia. secura redduntur castra ciuitates et regna. et pro tanto hec virtutes ẜm ysidorum. v. ethimologiarum. virtus regia potest non immerito nuncupari: ex eo ꝙ regentibus magis ceteris competere videatur. quod exemplo tyberij cesaris comprobatur prout romanorum declarat historia. vbi habetur ꝙ dum ipse tyberius videret finem vite sue imminere: et de imperio volens prouidere: elegit ad imperium virum quendam capadocem strennuum ac sapientissimũ nomine mauricium: cui etiam filiam suam nomine constantiam cum ornamentis regalibus in vxorem tradidit dicens. Sit tibi imperium meũ in hac puella concessum. Vtere ergo eo feliciter: et habe incessanter in mente equitatem et iusticiam: precipue imperatorum insignia. et tullius in eius cõmendatione dicit ꝙ iusticia omniũ est domina et regina virtutum. ¶ Huius etiam virtutis excellentiam in quadaz fulgenti gemma que epistites nuncupatur euidenter ostenditur. hec enim gemma rutilans est et rubicunda huius officium in effectu est hominez tutum seruare seditiones atterere. locustas id est prauos homines terrere. et nebulas et grandines id est guerras ⁊ dissentiones a terris expellere. Ipse etiam imperatorum leges et canones ac etiam sanctorum patrũ decreta que ad ipsius custodiam facta sunt multipliciter ostendunt. ꝙ reuera si iusticia de medio tollatur totus peribit mundus. naz vbi deest iusticia: dominatur iniquitas et malicia. ibi cedes et homicidia. ibi rapine et furta. timor vndiqz et angustia. et vt breuiter me expediaz securitas nulla. Unde augustinus. ij. ð ciuitate dei. capitulo. xviij. de ipsa iusticia plenissime tractans concludendo dicit hoc verissimum est sine summa iusticia rempublicaz regi non posse. et pro tanto tullius asseruit ꝙ nil tã inimicum ciuitati vel regno q̃z iniusticia. nec omnino nisi magistra iusticia geri aut stari posse rempublicam cuius tanta est vis vt ait tullius vt etiã latronum opus augeat quantam ergo vim inter leges et iudicia: et in custodienda republica fore putamus.

¶ Nota ꝙ princeps ẜm canones dicitur quinqz modis. Primo nanqz dicitur deus princeps. vnde ysa. viiij. scribitur. ꝙ est princeps pacis. Secundo dyabolꝰ dicitur princeps. vnde in euãgelio Johannis. xiiij. princeps huius mundi ⁊c. xxiij. q. iiij. §. sed notanduz. ¶ Tertio quilibet dominus secularis xxiij. q. v. princeps. Quarto principalis in quolibet iudicio. ff. de seruo. cor. l. i. §. in hoc iudicio. Quinto quilibet prelatꝰ ecclesie. xxxv. di. ecclesie princeps.

¶ Summo ergo studio iustorum excellentium principum romanorum regentes vestigia penitus sequi deberent qui tẽporibus eorundẽ iusticie soliũ inclite tenuerunt. vnde ⁊ iusticie templa dedicauerunt gentiles vt ait augustinus primo de doctrina cristiana capitulo. v. Ideo sapientie primo capitulo scribitur. Diligite iusticiam qui iudicatis terraz. ¶ Quapropter cupientes eorundem excellentiuz principum inherere vestigijs necessario ipsis regentibus expedit multiplicem habere iusticiam. illam precipue quam multipliciter describit et docet ciprianus libro de duodecim abusionibus seculi in nono abusiõis gradu qui est rex vnicus. Quam etiam transumptiue ꝑ pte d̃scribit iero. in canone regũ. xxiij. q. v. vbi sic d̃r ⁊ habet̃ iusticie

regis est deum timere et per omnia in eo confidere fidemq3 catholicam habere: ecclesias quoq3 defensare. ac etiam earum ministros venerari. quod est contra primum seu secundum nobilium seu regentium defectum.

B

¶ Item parentes atq3 progenitores seu cognatos atq3 agnatos caritatiue tractare nec etiam principatum indebite et iniuste vsurpare velle. quod est contra tertium et quartum defectus. ¶ Iniquos seu prauos non exaltare. bonos sublimare. impudicos et histriones per quos etiã intelligo adulatores et blanditores non nutrire quod est contra quintum et sextum defectus. Item potentia abuti nolle. parcitatem atq3 temperantiam in omnibus seruare. quod est contra septimu3 et octauũ defectus. ¶ Item neminem per potentiam iniuste opprimere. patriam suam fortiter et iuste contra aduersarios defendere. quod est contra nonum et decimum presignatos defcetus. Multa insuper iusticie opera secuntur que obseruata faciunt ipsum principem in suo dominio feliciter triumphare. vnde in prescripta auctoritate sequitur ꝙ debet sine personarum acceptione iudicare. aduenis et viduis et pupillis defensorem esse. cohibere. furta et adulteria punire. impios de terra perdere. pauperes elymosinis alere. senes et sapiẽtes et sobrios

C

consiliarios habere. magorum et violorum et phitonissarum superstitionibus non intendere. Patricidas et periurantes viuere non sinere. iustos sup regni negocia constituere. prosperitatibus animum non eleuare. cuncta aduersantia pacient̃ tollerare. filios suos nõ sinere imple agere. certis horis orationibus insistere ante horas cõgruas potum aut cibum non gustare. Hec regni prosperitatem in presenti faciunt et regem ad celestia regna perducunt. Et sicut virtuose regentibus fructus felicitatis et premij ac fame gloriose tribuitur. sic ex peruerso regimine prelatorum et principum omnis penalis atrocitatis eternalis reseruatur eisde3 Cum de talento eis commisso in die sũmi iudicij habeant reddere rationem. vnde in huius figura. iij. regu3. xx. scribitur. Custodi virum hunc. id est populum istum quoniam si de manu tua lapsus fuerit erit anima tua pro anima illius. Infallibiliter etiam noscat quicunq3 regens ꝙ sicut in throno primus constitutus est sic ⁊ in penis si neglexerit iusticie opera exercere primatum habiturus est. vnde sapiẽtie sexto Potentes potenter tormenta patient̃

D

viij. q. j. illud. circa finem ¶ Aliquis posset de tali questione querere vel inuestigare vtrũ faciens iniusticiam semper mortaliter peccet? breuiter dicendum est ꝭm sanctum thoma3. secunda secunde. q. lviij. ꝙ cu3 iniusticia in nocumento alterius consistat manifestu3 est ꝙ cõtrariatur caritati et sic semper in suo genere est peccatum mortale. De iniusticia iudicum tam ecclesiasticorum q̃3 secularium et de penis quas propter hoc incurrunt latius dicetur infra in. xvj. prose precepto. Equum iudica. ¶ Uerum quia nobilium predictorum presignati defectus breuiter et succincte nimis sunt descripti. ⁊ ex hoc modica ipsis regentibus inde vtilitas consequatur. ideo perutile mihi videtur declarationi eorundem latius insistendum. Et quia primus defectus ad iusticiam pertinens ia3 extitit aliqualiter declaratus. nunc successiue restat infrascriptos alios declarare.

¶ Dixi ergo secundo ꝙ aliqui ex ipsis nobilibus ⁊ regentibus obijcere catholice tendunt ecclesie linquentes preciosa. Hoc est dictũ ꝙ aliqua contra sanctam matrem et ecclesiã faciunt aut committunt aliquando videlicet de diuino officio parum aut modicum curantes: et ad queq3 sacra sunt irreuerẽtes. Ac et̃ ad dei cultores

indeuote se habẽtes. ¶ Propterea
autor ex antedicto precepto cõtra hũc
prauum morem medelam adhibet et
succursum. Unde dicit. Utere virtute.
id est iusticia que principaliter inducit
nobiles et regentes deũ timere eccle/
sias defensare ac ipsius ministros
venerari. et ideo principes et quicũqȝ
regentes summo studio intendere de
bent vt in eis sit humilis obedientia
et reuerẽtia respectu dei et ecclesie san
cte eius deum pie colendo ecclesiam ⁊
eius ministros deuote honorando.
B ¶ Non propter eum qui in seipso
est gratia plenus cui nihil a creatura
adijci potest. sed propter nos. quia per
hoc ꝙ deum reueremur mens nostra
ei subijcitur. ⁊ in hoc eius supple men
tis perfectio consistit. Que licet enim
res perficitur per hoc ꝙ suo subditur
superiori. sicut corpus per hoc ꝙ viui
ficatur ab anima et aer per hoc ꝙ il/
luminatur a sole. Mens autem huma
na indiget ad hoc ꝙ coniungatur deo
sensibilium manu ductione. quia insen
sibilia dei per ea que facta sunt intelle
cta conspiciuntur. Ut ait apostolꝰ ad
romanos primo. Et ideo in diuino cul
tu necesse est aliquibus corporalibus
vti vt eis quasi signis quibusdaȝ. mẽs
hominis excitetur ad spirituales actus
quibus deo coniungitur. Ideoqȝ reli
gio habȝ quosdã actꝰ interiores quasi
principales et per se ad religionem ꝑ
tinentes. exteriores vero actus quasi
secundarios et ad interiores actus or/
dinatos. Unde greg. ad hoc hortans
mauricium imperatorem libro quinto
C de regi. ait. ¶ Non indignetur sa/
cerdotibus dominus meus sed excel/
lenti consideratione propter eum cu/
ius sunt seruitores ita eis dominentur
vt debitam reuerentiam impendat. qr
illi aliquando in diuinis eloquijs dij:
aliquando angeli nominantur. Exodi.
xxij. Dijs non detrahes. ⁊ malachie. ij
Labia sacerdotum custodiunt scientiã
⁊c. Unde constantinus vt dicitur ibi/
dem acceptos libellos contra episco/
pos conscriptos combussit eos in eo/
rum conspectu dicens. Uos dij estis a
vero deo constituti inter vos causas
disponite vestras. quia dignuȝ non est
vt iudicemus deos. In qua sententia
ait greg. plus sibi ex humilitate ꝙȝ il/ D
lis prestitit ex reuerentia impensa.
¶ Qualiter auteȝ dilatauit diuinũ
cultũ scribitur libro primo historie tri
pertite in qua quidem cauetur ꝙ dieȝ
dominicum sanxiuit a iudicijs et vni/
uersis causis vacationem habere et in
ea tantum orationibus occupari. illum
honorabat quia in eo cristus resurre/
xit ⁊c. et hoc est quod aug. li. tertio
ad cristoniũ scribit dicens in hoc ser/
uiunt deo reges si bona iubeant: mala
prohibeant. non solum que ad huma
nam pertinent societatem. verum po/
tius que ad diuinam pertinent religio
nem. quod si sic fecerint: diuinam me
rebuntur gratiam obtinere. et domi/
nus sui et suorum protector efficitur.
Unde huiꝰ rei gratia leuitici. xxvj. scri
bitur ꝙ si in preceptis eius ambulaue
ritis: inimicos vestros persequimini.
Econtra scientes accidet forsitã quod
de achior dicitur: ꝙ quia dei manda/
tum contempsit propter hoc multi de
populo fuerunt occisi prout josue. vij.
capitulo declarat historia.

D Dixi tertio ꝙ aliqui ex
nobilibus postponentes celicum pre/ vij.
ceptumqȝ dominicum spernunt geni/ A
tores hoc est dictum ꝙ aliqui ex ipsis
nobilibus reperiuntur: qui sunt paren
tum suorum despectores. hoc ideo fa
ciunt vt secundo rethoricorum dicit
phus quia se reputat maiores et po/
tentiores propterea autor ex antedicto
precepto contra hũc premissuȝ morem
medelam adhibet et succursum. dum
dicit. Utere virtute. id est iusticia. quia
per ipsam iusticiam nobiles et regẽtes
inducuntur vt parentes et cognatos

humiliter debeant revereri sm ꝙ ante dicta cipriani auctoritas mandat et precipit circa hunc articulum observari. Non enim ex eo ꝙ se reputant potentiores et nobiles debent eis se preferre vel inaniter gloriari ita ꝙ parentes et cõsanguineos vel cognatos vilipendant atqȝ despiciant quod potest triplici consideratione videri. Prima nãqȝ consideratio est originis. et de hac greg. super illud iob. xxxj. Nunquid in vtero fecit me qui et illum. li. xxj. mora. dicit potentib9 viris magna est virtus humilitatis considerata equalitas conditionis. et post. Manu ergo humilime considerationis deprimendus est timor elationis. Secunda consideratio est partus cuius est ipsa nobilitas scilicet carnis et sanguinis. scȝ que est infima pars hominis de qua nullo modo est gloriandũ. de tali gloria scribitur osee. ix. c. Gloria eorum. s. nobiliũ ab vtero ⁊ partu. Tertia consideratio est alienitatis nec etiam de tali aliqualiter est gloriandum immo potius humiliandum. De hac pulchre loquitur boetius. iij. de consolatione prosa. vi. dicens ꝙ̃ sit inane et ꝙ̃ futile nobilitatis nomen: quis non videat que si ad claritatem refertur aliena est. videtur nanqȝ tunc nobilitas quedaȝ laus veniens de meritis parentum ꝙ si claritadinem predita nobilitas facit illi necessario sunt clari qui predicantur quare splendidum: si tuam non habeas te aliena claritudo non efficit. De hac materia latius dicetur infra in secundo et tertio precepto prose. Parentes ama. Cognatos cole.

C Dixi quarto ꝙ pleriqȝ dñia vsurpãt violentia vt horum expulsores. hoc in effectu est intelligendum ꝙ ex hijs aliqui reperiuntur qui contra diuinam et humanam ordinationem sibi vsurpant dominia. Contra hunc prauum moreȝ succursum prebet autor in predicto precepto vnde dicit. Utere virtute. scilicet iusticia. Quia etiam iusticia inducit nobiles ⁊ regentes quoscunqȝ vt preter missa legitima institutione dñia nullatenus apprehendant sm ꝙ antedicta cipriani auctoritas precipit nobilibus obseruare. Circa qd' sciẽdũ ꝙ ipsi nobiles et principes legitima instituunt̃ auctoritate quadrupliciter vt sequitur. Primo diuina ordinatione et prouisione. Secunda ecclesie collatione. Tertio militum siue populi vnanimi electione. Quarto paterna et legitima successione. Primo nanqȝ instituuntur ⁊c̃ sicut de dauid legitur. ij. regum. v. ca. Et sicut de moyse numeri. xvij. vbi legitur ꝙ moyses orauit vt deus prouideret hominem super multitudinem populi qui ante eos exire posset et intrare.

D Secundo ecclesie collatione ex diuina auctoritate vnde moyses vocauit iosue. deutro. xxxj. Dixitqȝ ei vt introduceret populũ ⁊c̃. Tales sic a deo sic constituti seruant leges diuinitus traditas. E contrario sibi vsurpantes non obseruant. vnde pollicratic9 li. iiij capitulo. j. dicit ꝙ qui a deo potestateȝ accepit: legibus seruit ⁊ iuris famulus est. qui vero vsurpat iura deprimit et sue voluntati leges submittit in eum ergo merito iura armantur qui leges exarmat. Ideo summo opere studere debent nobiles principes vt regnum sic naturale ne vnꝙ̃ tales principes naturales efficientur si passioni vel voluntati sue allecti cupiant principari sȝ custodes iusticie existentes absqȝ ratione et lege nihil statuant vsurpandũ. Tertio militum siue populi vnanimi electione sicut de vespasiano legitur sm ꝙ breuiter narrat egisipus libro suo. iiij. Quarto insuper paterna et legitima successione. Sicut de salomone iij. regum. iij. capitulo. scribitur vbi dicitur ꝙ sedit salomon super thronum dauid patris sui hoc promiserat dominus regi populum suum recte et fideliter gubernanti ꝙ filius post eum regnaret sm quod deutro. xvij. capitulo declarat historia et pito palip. xxviiij. c


HAUTS-DE-SEINE BIBLIOTH. DESGUINE

¶ Huic proposito opti/
me cōpetit questio qua queri ꝯsueuit
viij. vtrū melior ſit regia dignitas vel qui
A cunqȝ alius principatus: qui vadit per
electionem ꝙ̃ qui per hereditatem.
Et videtur ꝙ qui per electionem. Et
arguitur primo affirmatiue ſic quāto
dignitas que minus exponitur fortu/
ne et caſui tanto eſt melior. ſed digni/
tas que vadit per electionem exponiť
minus fortune et caſui igitur ⁊ minor
ꝓbatur ꝙ minus exponatur patet qꝛ
qui naſcitur ex rege poteſt aliquando
eſſe fatuus ⁊c. ſed breuiter tripliciter
cōcludit ariſtoteles ꝙ melius eſt vt di
gnitas quecunqȝ nō vadat per electio
nem ſed potius per hereditatem. Pri
mo nanqȝ ex parte ipſiꝰ regentis. nā
ſm phm. ij. polli. inennarrabile ē quā
ta delectatio eſt proprium aliquid poſſi
dere: ꝓpter hoc ꝙ homo afficitur ad
illud quod eſt ſibi ꝓprium. Item quia
illud quod eſt naturale non eſt ocio
ſum. ſi ergo homo aliquam poſſeſſio
nem ꝑ hereditatem vel ꝑ ſucceſſionē
poſſideret: que ē naturalis q̃ iterū ꝑ
ueniet ad filios ſuos quos naturaliter
diligit: et ad quod ſūmo amore natu/
raliter afficitur: tūc magis regnū ama
bit et melius reget illud: quia illud re
gnū magis ei ineſt ex amore ergo me
lius ꝑ hereditatem ꝙ̃ ꝑ electionem.
Secundo ex parte filij ſuccedentis. nā
ſicut mores hominum ditatorum ſunt
peiores moribꝰ aliorū. ſic mores nuꝑ
electorum ſeu eleuatorum ad altum ſta
tum ſunt peiores moribus aliorum. qꝛ
tales neſciūt bene ferre fortunas ideo
ſuperbiunt et fiunt elati. Si ergo di/
gnitas eſſet ꝑ electionem tūc tales eſ
ſent magis elati ꝙ̃ alij qui habēt talē
dignitatem per hereditatē. Tertio ex
parte populi obediētis. quia ſm phm
conſuetudo eſt altera natura ideo qñ
conſueuit populus obedire alicui ꝑ he
reditatem quaſi eſt ei naturale. ⁊ quia
illa que ſunt naturalia magis ſunt vo

luntaria et ad illa magis hoīes ⁊ ani/
malia inclinantur. vnde non ſunt gra/
uia nec oneroſa. ideo populus libēter
obedit. ergo melius eſt dominium per
hereditatē ꝙ̃ per electionē. ¶ Dixi
quinto ꝙ horrenda iam impietas ⁊c. B
hoc eſt in effectu intelligendū ꝙ aliq
ex ipſis nobilibus contra delinquētes
nimis ſeuere et crudeliter ſe habent a
clementia inhumaniter declinantes qđ
eſt contra prefati cipriani documentū
propterea autor contra hunc inhuma
num morem ſuccurſum prebet et iuua
men duȝ dicit. Utere virtute. ſ. iuſticia
quia ipſa iuſticia inducit nobiles et re
gentes vt clementer et pie contra de/
linquentes ſe exhibeant et iracundiā
ſuam differant atqȝ temperent et hoc
ſm iuſticie equitatem. quia vera iuſti/
cia compaſſionem habet: falſa vero de
dignationē. Ait greg. in Omel. Trāſū
ptiue ī canone vera iuſticia. xxxxv. di.
hoc eſt eñ magis animi ꝓprium pla/
cidum eſſe tranſquillumqȝ et iniurias
atqȝ offenſiōes ſuperne deſpicere. mu
liebre vero eſt in iram furere. Ait ſene
ca li. j. de clementia. ad neronē. c. ij. nec
ſm eundem vllū clementia magis ex
omnibus ꝙ̃ regem aut principem de/
cet. Ita. n. virtutes magnis viris deco
re glorieqȝ ſunt ſi illis ſalutaris poten
tia eſt. nam peſtifera vis eſt valere ad
nocendum et. c. iij. Principū crudeli/
tas bellum eſt non enim decet regem
ſeua nec inexecrabilis ira. non multum
enim ſuper eum eminet cui ſe iraſcen C
do exequatur. ¶ Pro predictorū
et ſequentiū intelligentia magis in ſpe
ciali eſt ſciendum: ꝙ ſicut ait ſeneca li.
de clementia. Quemadmodum magni
animi non eſt qui de alieno liberalis ē
ſed ille qui alteri donans ſibi ſubtra/
hit ſic illū clementem voco qui non in
alieno dolore: ſed eum qui cum ſuis ſti
mulis exagitatur. Hic eſt clemens qui
intelligit magni animi rem in ſua per/
ſona iniurias pati. hoc eſt etiam quod
ſcribit tullius in inuectiuа ad ceſarem.

dicens animum vincere naz cohibere victoriam temperare. aduersarium extollere non modo sed attentione. applicare pristinam dignitatem. qui hec facit non ego eum summis viris compero. sed similem deo iudico. et propter hoc dicit seneca in libro d formula huius vite. Cum inimicum tuum habueris in tua potestate vindictaz puta vindicare posse. Scito enim magnuz tunc esse genus vindicte ignoscere. vnde si contingat casus in domino vel in alio superiore indignitate vel potentia constituto propter quod velit subditoruz suorum receptas iniurias remittere offensionibusqz eorundem sue clementie bonitatis gratia ignoscere. talis benignitas fm eius circumstantias potest esse iusta et iniusta clementia. pot quidem esse iusta si offensus reconciliatus et satisfactus est ex offensa ab offendente recepta. Et insuper q talis dominus videat et cognoscat aliquod grande bonum vel aliquod aliud vtile reipublice vel alicuius particularis cause ex tali clementia prosilere. quod si quid bonum sit excellentius et vtilius q bonum iusticie quod sequeretur ex pena vel vindicta rea inferenda p ut contingere potest ex causis infinitis ex quibus principes domini r superiores alij ad clementiam digna ratione mouentur vel q saltem propter recocillationem offensi ista secunda conditio subsequatur quia pleruqz propter mortem absentiam vel inordinatã voluntatem offensi reconsiliatio non vendicat sibi locu. propter quod talis vtilitas reipublice aut etiam iuste misericordie bonum possent verisimiliter impedire. ¶ Si vero clementiam et remissionem no consequatur tale bonum vel alia rationabilis causa no moueat dominum remittentem. certe talis clementia est illicita et iniusta et eo maxime si offensi reconsiliatio no queratur. quia sic cofunditur iusticia subditorum ac nocentum malicia releuatur. et propterea non omnibus tribuẽda est venia. ne pretextu clementie delictorum impunitas sopiatur. quia facilitas venie incentiuum tribuit delinquendi. vt ait ambrosius in canone. est iniusta. xxxiij. q. iiij. et in dec. vt clericorum mores. de vi. et ho. cle. nec sic celeratis r male agentibus sunt remittẽda delicta misericordie vel clementie motu. quod sancte iusticie veritas negligatur. et propterea seneca libro eod dicit q tam omnibus ignoscere q nulli crudele est. talis ergo debet esse benignitas dominantis: vt iusticie veritas per misericordiam et clementiaz ac misericordia per veritatem et iusticiam temperetur. hec vero transumptiue sententialiter habentur per grego. in canone. disciplina. xxxxv. di. vbi sic dicitur q disciplina sine misericordia multum destituitur. si vna sine altera teneatur. et hoc est quod concludit salomon prouerbio. ij. dicens. Misericordia et veritas custodiunt regem et roboratur clementia thronus eius. Et sicut clementia pparat vitam ita infestatio malorum mortem. nedum tpalẽ verum etiã spiritualem. put de herode. nerone. et quibusdam alijs crudelibus dominis manifeste demonstrant hystorie.

¶ Dixi sexto q mulcens in blandicia bona sternens regia. pceres substrauit. hoc in effectu est intelligendum. q aliqui ex ipsis regnantibus artificiosis blandicijs adulantium peruertuntur. p quod plerumqz a tramite declinant veritatis quod est contra ipsius iusticie effectum. ¶ Propterea autor contra hunc prauu more sue cursum prebet et medelam. du in sepe dicto pcepto dicit. Utere virtute. id ẽ iusticia. quia per ipsam nobiles et regentes inducutur. ne impudicos et histriones per quos intelligi possunt adulatores et blanditores mittant aut extollent. vel etiaz eorum verbis fallatis

fidem adhibeant.sed eos deprimant
et virtuosos exaltent potius et subli/
ment:cum tales veritatis sint hostes
et regnorum vt plurimũ destructores
hij etiã adulatores sunt qui cuz falsis
artibus eorundem semper ad nocumẽ
tum virtuosorum tendunt. vsurpãtes
videlicet honores et gratias que bo/
nis et excellentibus debentur. Hec ãt
accidunt ex inexcusabili regnantium ꝛ
ex ipsorum excellentium virtute inna
ta.qui honesta taciturnitate contenti
non curiosi:non audaces:nec etiam p̃
sumptuosi se offerunt non vocati: sed
humiles et patientes expectant.quod
de ipsis dominorum ꝓuidentia dispo
nat.vt eorundem merita exigunt ꝛ re
quirunt.vnde seneca de beneficijs li/
B bro.ij.Grauissimis viris nulla res ca/
rior constat q̃ȝ que precibus empta est
Molestum verbum et onerosum de
missoqȝ vultu dicendum rogo.veruȝ
quia per ipsos regnantes talis prouí/
sio non habetur excellentes et virtuo
si dedignantur talia moleste ferentes.
et ex hoc plerũqȝ reddantur ad mul/
ta opera virtuosa desides et remissi.
ex quibus possent regnantis ꝛ reipub
lice status et gloria merito causari. ha
bita ergo predictorum noticia debent
ipsi principes et domini excellentes ꝓ
bos et bonos viros dignis honoribꝰ
promouere.quia ex bonorum remune
ratione ceteri disponuntur perfectius
ad virtutes.et hoc est quod dicit cassi
odorus.remuneratio meritorum iustũ
dominantis prodit imperium.nam nu
triũt premiorũ exempla virtutes.vñ
C aristoteles alexandro in secretis consi
lium tradidit dicens. O alexander di
lectissime fili exaudi petitiones hone/
stas subiectorum tuorum. honora ho
norandos.quia iste modus est cõmen
dabilis et in hoc imperium honoratur
et vere quilibet naturalis prudentie re
ctor ipsorum adulatorum cum virtu/
tis existant inimici habet abhorrere p̃
sentiam qui velut syrene maris in can
tationibus mortiferis hominem de/
mulcent et ad somnpnum peccati sepiꝰ
prouocant et inducunt.vnde salomon
ꝓuer.xxviij.dicit qui blandis fictisqȝ
sermonibus loquitur amico:expandit
rethe gressibus suis.et hoc est proprie
quod petronius de talibus dicit. adu
latores ficti cum senis diuituȝ captãt:
nihil prius vel potius meditantur q̃ȝ
illud quod gratissimuȝ adulatoribus
putant. ¶ Isti tales prout merue/ D
runt tractandi sunt ẜm ꝙ de eis dis/
ponit salomon ꝓuer.ij. Impij de ter
ra perdentur et qui inique agunt aufe
rentur ex ea. Non sunt autem permit
tendi adulatores vt regibus loquãtur
vnde narrat trogus pompeyus libro
vj.ꝙ canon atheniensis a rege persa
rum vocatus cõtra lacedemonios.sed
tamen prohibitus est a colloquio re/
gis.eo ꝙ more psarum adulari vellet
et merito. quia vt ait seneca epistola
lxij.Adulatio quemqȝ pro sua portione
infatuat.et greg.li.j. omel.viij. super
ezech.Quid prodest si omnes te lau/
dant et consciẽtia accuset aut quid ob
esse poterit:si omnes tibi derogant et
consciẽtia defendat. Habentur transũ
ptiue hec verba p greg.in canone. In
ter verba laudantia.xi.q.iij.post prin/
cipium et ibi plenissime de hac tracta
tur materia.
¶ Dixi septimo ꝙ ex no/ I
bilibus aliqui potestate penitus con/ A
donata celitus et circa hoc est dicere
ꝙ aliqui ex eis circa potentie vsuȝ ne
quiter se habent multa ex potentia fa
ciendo.que de iure non debent vt ty/
ranni quibus iusticia aut pietas seu ca
ritas non concordat quo contra assue
rus rex.hester.xiij. Dicebat nolui po/
tentie vnq̃ȝ abuti magnitudine.Et ꝓ
tanto contra hunc prauuȝ morem qui
bus succursum prebet autor dum di/
cit. Utere virtute. id est iusticia. quia
per iusticiam nobiles prefati inducun
tur ne potestate celitus eis condona/

ta nequiter abutantur: quod est cōtra prefati cypriani documentum. ¶ Circa quod sciendum est q aristoteles. iij retthorice in vniuerso quatuor potentatus siue ciuilitates describit videlicz. Democraciam. Oligarchiam. Aristocraciam. et Monarchiam. Aliqui enim ex his sunt boni. et hij imitandi sunt. Aliqui vero sunt mali: et hij penitus renuendi sunt. Primus est democratia et hec est ciuilitas que regitur populo finis cuius est libertas. Secundus dicitur oligarchia et est ciuilitas in qua potentes et diuites dominantur. cuius finis sunt diuicie. et hic malus est et non sequendus. Secundus potentatus est oligarchia et est principatus paucorum diuitum et potentū et potest iudicari bonus vel malus fm finem. Tertius aristocracia nuncupatur. que est ciuilitas in qua sapientes et discreti denominantur finis cuius est bonum regimen. ¶ Et tale regimen viguit rome tempore quo regimen senatorum cessauit. eligebantur enim duodecim sapientes boni et vocabatur regimen bonorum virorum. Unde quando de aliquo notabili facto recordari volebant dicebant illud factum fore tempore bonorum virorum. Quartus dicitur monarchia et ē ciuilitas que regis dominio gubernatur vel in qua vnus dominatur cuius finis est bonum regimen. et hic est optimus et merito sequendus. vnde ethi. viij. dicit phus q rex qui quod vtile ē subiectorum intendit et qui per se sufficiens est et rationibus bonis super excellens. vtilia nō sibi sed subditis intendit. Uerū quia totius potentie mūdi status in regimine bono consistit. et bono regimine dominium roboratur vt supradictum est. et affectu quodaz inenarrabili vos cupiam felicibus habundare successibus. nouit deus p tāto q circa hoc decreui vtilem vobis pbere doctrinam: quā si loco et tempore congruis eam effectu aliter cura neritis adimplere vestrum incunctanter perpetuabitur dominium adeo q omnes erunt uobis subiecti. ad vestrū videlicet beneplacitum et preceptum. et etiam per amorez quem ad vos habebunt in eis dominabimini pacifice cum triūphо. hanc vtilem doctrinam libro. ij. polī. docet philozophus regentes obseruare. Que quidē in infra scriptis consistit preceptis.

¶ Primo nanqz bonus rector et dominus regni iura custodire debet. et quantum est sibi possibile conseruare. Item bonumpublicum totis nisibus procurare. Item nō debet se nimis terribilem vel seuerū nec etiam familiarem ostendere quia ex hoc a subditis contemptibilis reddítur. Item cominari non debet subditis suis: nec in filiabus vel vxoribus et si contingat de subditis hoc facere sed zelo iusticie non liuore vindicte debet eos punire. Item vxorem propriaz debet instruere vt sicut ipse suos ornat subditos et se ipsis reddit affabilē et benignum. quod idem ipsa vxor sic faciat sic vxoribus eorundez faciat. ratio quia cōmuniter homines vxores suas diligunt et eis credunt et ipse eis inclinant. et si ille viderent ab vxoribus dominorum vel principum se despici viros suos inducent ut seditiones contra dominos et principes cōmouerent. Item ciuitates et castra munire debet et aliqua magna facere. quia populus hoc cernens reputat euz magis sapientem et magnanimum. Item honorare debet sapientes et bonos etiā extraneos. Item debet esse temperatus in cibo et potu et circa venera. qz si intemperatus est: ex hoc multuz redditur ɔtemptibilis. quod est octauū preceptum. quod nunc restat declarandū

¶ Dixi octano q ex nobilibus regentibus aliqui corripiunt vite regulā tollentes intemperantiaz rc. Breuiter contra hunc turpissimum morē quibus

succursum prebet autor dicit. Utere virtute. id est iusticia. quia per eam ut predicta cypriani tradit autoritas. prefati nobiles inducuntur ad temperantiam et sobrietatem. ¶ Alias si intemperate existunt: multum a subditis contemptibiles redduntur. nec talium dominium durabile esse potest. reuera nullum imperium durabile nec principatus stabilis esse potest quando regnat in principe libido gule et luxurie. unde imperium romanum exhaustum est et diuulsum nerone imperante: cuius gula omnia deuorauit libido maculauit: exhausit auaricia: fregit ignauia: luxuria cum superbia exinaniuit. ut ait pollicraticus libro. vj. capitulo. xij. hoc etiam probat exemplis infra scriptis valerius libro. viiij. capitulo primo dicens. quod volustentium urbs erat opulenta moribus et legibus ordinata. Postquam vero luxuriam prolapsa est in profundum iniuriarum et turpitudinum decidit: ut seruorum insolentissime dominationi subiaceret.

C Ibidem etiam narrat quod campana inuictum hanibalem armis suis illecebris amplexa vincendum romano militi tradidit illa ducem vigilantissimum illa exercitum acerrimum dapibus largis habundanti vino vnguentorum fragantia veneris usu lasciuiore ad sumnum et delicias euocauit. et demum fracta est et concusso punita feritas. Quid ergo hijs vicijs fedius? quid dampnosius? quibus virtus atteritur: victorie relanguescunt: sopita gloria in infamiam conuertitur: animique et corporis vires expugnantur adeo ut nescias ab hostibus an ab illa capi perniciosus habendum sit. Econtra per continentiam ipsi regentes deo efficiuntur grati. subditis amabiles et venerandi: hostibus vero terribiles et terrifici. que omnia ut dictum est aufert libido gule et luxurie. ¶ Quanta autem bona ex continentia et temperantia nobiles regentes consequuntur ac etiam eorum

D dominia feliciter conseruentur et amplientur: ostendit vegetius de re militari libro. iij. capitulo primo. exemplis duobus. et primo exemplo alexandri qui cum ei tradita esset virgo mire pulcritudinis cuidam principi desponsata summa abstinentia pepercit. ita ut nec illam aspiceret sed ad sponsum remisit. qua remissa vniuersas gentes et principum mentes sibi reconciliauit. ¶ Secundo exemplo affricani in hyspaniam transmissi. ubi dicitur quod cum inter captiuas eximie forme virgo et nobilis ad eum producta esset: omniumque oculos in se conuerteret. Summa custodia habito sponso nomine alicio eam reddidit. aurum quod parentes eius redempturi captiuam detulerant: eidem sponso pro nuptiali munere dedit. qua munificentia vniuersa gens victa imperio populi romani accessit.

¶ Dixi nono quod ex nobilibus regentibus aliqui guerras mouent rabidas: deuastantes patrias etc. Breuissime etiam contra hunc rabidum morem succurrit autor in sepe nominato precepto. Utere virtute. id est iusticia. quia per eam ut est dictum prefati nobiles inducuntur quod neminem per potentiam iniuste opprimere debeant nec etiam per vim pationem regnum suum augere velle. Ad hoc benefacit quod recitat philozophus. v. polit. de quodam rege qui cum dimisisset partem sui regni quia eam tenebat iniuste. regina redarguit eum dicens. Quid minus de terra dimitteret filijs suis quam pater sibi quod respondit eidem quod quantumcunque dimitteret eis minus in quantitate tamen dimittebat eis magis in durabilitate. Ratio quia secundum philosophum durabilius est dominari super paucos iuste: quam super multos iniuste. Tamen hodie videmus ut plurimum contrarium fieri. quia ut regna augeant et dominia sunt sibi inuicem diffidentes guerras mouentes et prelia. Iuxta illud psalmo. Effusa est con

tentio super principes. ex hoc enim tur batio sequitur miserabilis subditorum iuxta illud oratij. Quicquid delirant reges plectuntur achiui. Videmus enim ad sensum quod quando turbantur superiores partes aeris turbantur inferiores partes terre etc. Propter hoc tamen non tollitur quin nobiles regentes ex iusta necessitate assumere valeant bella vel illata vel inferenda cum hoc per euangelium sustinui possit: vt iniquitatis licentia eripiatur secundum quod augustinus probat in sermone de puero centurionis quod transumptiue habetur in canone paratus. in prin. xxiij. q. j. Item etiam propter pacis necessitatem possunt bellum assumere vel etiam inferre quod probat canon. Si nulla. in rubro et in nigro. xxiij. q. viij. alias nunquam fieri debet bellum vel cõmitti. vnde aug. bellum quod gerendum deo autore suscipitur: recte suscipi dubitare fas non est. vel ad terrendam vel ad concutiendam vel subiugandam mortalium superbiam. Et bella sunt peccata que fiunt propter malorum cohertionem et bonorum sublimationem et reipublice obedientiam.

B

¶ Pꝛima ratio fundat̃ suꝑ laboꝛe coꝛpoꝛali ⁊c̃. quia virtus nostra coꝛpoꝛalis finita est ⁊ laboꝛibus ꝓpoꝛtionatis determiata. et ꝓpter hoc continue laboꝛare non potest. sed indiget homo quiete ad coꝛpoꝛis refocillatōeꝫ. vnde cū vltra modū ⁊ mensurā in aliquas oꝑationes se extendit. ex hoc fatigat̃. vnde cū delectatio que fit per iocos et ludos honestos. fit quies in bono delectabili necesse habet homo curis coꝛpoꝛalib9 interponere tales delectatiōes et gaudia honesta que nō solū in seipso verūetiā inter sodales et cū quibus conuiuit aliquādo leticiā ostendendo ut bonus sit eutrapelus. ¶ Secūda ratio fundari potest suꝑ cura et laboꝛe spirituali et animali et sic. Cū eniꝫ virtus anime finita

E sit et determinata ad certas oꝑationes atqꝫ ꝓpoꝛcionata. qñ ipsa anima super sensibilia eleuat̃. et in actu cōsiderationis est intenta. ut legēdo meditando ⁊ his similibus inde nascit̃ quedam fatigatio aīalis siue homo ītendat oꝑibus rationis speculatiue ut doctoꝛes et alij studio insistentes. siue ītendant oꝑib9 pꝛactice. magis tñ fatigantur in oꝑibus rationis speculatiue. quia magis a sensibilibus eleuat̃. in vtroqꝫ tñ tanto magis aliquis fatigatur quanto vehementius oꝑibus rationis intendit. Sicut ergo fatigatio coꝛpoꝛalis soluit̃ per quietem coꝛpoꝛaleꝫ: ita opoꝛtet ꝙ naturalis fatigatio soluat̃ per animi quietem que est delectatio vel gaudiū. que habētur per iocos honestos et ludos ut dictum est. ¶ Uiri tamen celici quales sunt vel esse debent religiosi ludos pꝛimo et secundo mō caueant. et si aliquo vtantur ludo sit in eis debita causa et debitus modus. debitum tēpus et religiose personе. vir insuper ecclesiasticus ⁊ doctoꝛ euāgelicus vocatus ad dandū consiliū talibus et auxiliū. talibus vanis non intendat quibus demones delectant̃. vñ et in somno dictum fuit illi romano ut ludi instaurarent̃ ꝓut recitat augu. iiij. de ciuitate dei. ca. xviij. ¶ Pꝛo pꝛemissoꝛum intelligētia ac etiā infra dicendoꝛū magis in speciali de duobus est perquirendū et inuestigandū. Et pꝛimo vtruꝫ in ludis et iocis possit esse virtus. Secundo vtrū in ludis sit viciū ⁊ quomō.

¶ Circa pꝛimū dicendū est scđm tho. ij. scđe. q. cl. ꝙ sicut homo idiget coꝛpoꝛali refocillatōe. qꝛ nō potest cōtinue laboꝛare: ita etiā ex parte aīe indiget quiete et solacio qđ fit per ludicra et iocosa.

Circa que tria precipue videntur esse ca
uenda. Primum et pricipale est qd pre
dicta delectatio non queratur in aliqui
bus operibus seu verbis turpibus vel
nociuis. Secundum ne totaliter grauitas
anime resoluatur. Tertium ut ludus sit
conueniens secundum congruitatem persone
temporis et loci. et secundum alias circunstan
tias debite ordietur. Et hec virtus secundum
philosophum vocatur eutrapelia. Circa
secundum dicendum est secundum sanctum Tho. vbi
supra. qd vicium potest esse in ludo duo
bus modis. primo quidem secundum excessum
ut quando quis ad ludum assumit turpia
verba. vel facta. vel ea que verguntur
in proximi nocumentum. que de se sunt
peccata mortalia. et sic excessus ludi est
peccatum mortale. Item potest esse ex
cessus in ludo sicut quando non est cum
debitis circunstantijs: puta quia non com
petit loco seu tempori. negocio. aut per
sone. et hoc idem quandoque potest esse
peccatum mortale. propter vehementiam af
fectus ad ludum. sicut qd quis contra pre
ceptum dei vel ecclesie talibus vti non
recuset. quandoque autem veniale. scilicet cum quis
non tantum afficit ad ludum qd propter hoc
vellet aliquid contra deum committere. Secundo
potest esse in ludo vicium propter eius de
fectum. nam contra humanam rationem est:
vt aliquis se onerosum exhibeat alijs.
puta dum nichil delectabile exhibet. et
delectationes aliorum impedit. Unde se
neca dicit. sic te geras sapienter: ut nul
lus te horreat tanquam asperum. nec con
temnat quasi vilem. Sed quia ludus non
propter se queritur: sed propter operationem
ideo defectus ludi minus est viciosus quam
excessus. vnde philosophus dicit. ix. ethi
corum qd parum de delectatione sufficit ad
vitam quasi pro condimento: sicut parum
de sale sufficit in cibo. De hac materia
latius dicetur infra in tertia parte metri
ca precepto. viij. Interpone tuis etc. De
ludis non licitis et qui sunt. dicetur infra
xxxiij. prose precepto. Troco lude. De lu
do alee et alijs ludis licitis dicetur infra
in. xxxiiij. prose precepto. Aleas fuge. et
ibi ad plenum ludorum materia discucietur.

Uerum quia ex prelibatis artibus mechanicis aliqui sunt rex
negociatores seu mercatores qui in ip
sis mercantijs tam in vendendo quam etiam
in emendo. vt plurimum occultam frau
dulentam maliciam et rapinam exercent.
quia volunt vili emere precio: et caro
vendere. ac etiam mensure per eos minu
untur et inutilia multa commiscentur. que
omnia et singula abhominantur domino secundum
qd prouerbiorum. xx. et leuiti. xix. luculenter
apparet. abhominatio enim apud deum
pondus et pondus statera iusta et equa
sint pondera. atque in talibus impia orna
menta. periuria regnant et mendacia.
Ideo contra mores talium sic prauos
et ineptos succursum prebet autor et hoc
in prenominato precepto. Illud stude a
gere quod bonum est. quamquam illud preceptum
generaliter tangat omnes ut supra dictum
est. precipue tamen tangit cuiuscunque ge
neris mercatores: siue sint mercatores
pannorum. telarum. et quarumcunque rerum
et hij sub brachio mensurali comprehen
duntur. siue tales mercatores sint cam
psores pecuniarum et mutuatores. siue ta
les sint depositores et pecuniarum re
ceptores: qui etiam libra vel pondere com
plectuntur. Omnes isti debent auariciam
fugere. debita cauere. promissa que atten
dere et seruare. ac commissa deposita inte
graliter restituere. sic enim facientes au
toris preceptum diligenter obseruabunt
Pro cuius precepti intelligentia ac etiam
obseruantia puto vtile et curiosum de
infra scriptis questionibus querere vel
inuestigare. Et primo vtrum mercator
honestus in venditione rerum vicia pate
facere debeat: an ea celare: quod etiam de
emptore propter latentem eius boni
tatem est intelligendum. Hanc questio
nem quo ad primam partem tractat tulli
us libro. iij. de officijs ca. xij. sic dicens
qd antipater acutissimus discipulus dy
ogenis dicebat omnia patefacienda. dy
ogenes babilonius magnus et grauis
stoicus dicebat contrarium non oportere

vēditorez vicia rez ꝑpalare. nisi ꝗtū
cōstitutuz sit iure ciuili.ff. de edili edic.
l.qd̄ si nolit.§.qui mancipia.et e.ti.l.edi
les. cetera sine insidijs agere. vñ anti/
pater dicebat ꝙ emptorē pati ruere.et
per errorem in fraudē incidere plus est
ꝗ viā nō demōstrare. qd̄ tñ sanxitum
est athenis publicis exercitationibus.
Diogenes quid stultius ꝗ venditorem
vicia rei quam vendit narrare. et quasi
preco p̄dicet domuz pestilentez vendo
etc̄. vñ cōcludit tullius ꝙ in dubijs cau
sis ex alia parte defendat honestas.ex
alia vtilitas.q.diceret honestum .s.nar
rare vicia rei vendende. vtile vero nō
predicare.ꝛ sequitur hoc celādi genus
quis nō videat.certe non apti.non sim
plicis.non ingenij non iusti. nō boni ui
ris versuti.potiꝰ obscuri.astuti fallacis
ꝛc̄. ¶ Hanc tullij questionem approbat
sanctus tho.ij.sc̄de.q.lxxvij.articl̄o.iij.
di.ꝙ circa rez que vendit̄ duplex defe
ctus cōsiderari potest.vnus quidē scd̄z
speciē rei.ꝛ hunc quidē defectuz si ven
ditor cognoscat in re quam vendit frau
dem cōmittit in venditōe.vñ venditio
illicita reddit̄.et hoc est qd̄ dicitur con
tra quosdā ysa.j.argentuz tuuz versuz
est in scoriā.vinū tuuz mixtuz est aqua
qd̄ eni ꝑmixtuz est patit̄ defectū ꝗtuz
ad speciem. alius aūt defecus est scd̄m
quātitatez que per mensurā cognoscit̄.
et ideo si quis vtatur scienter deficien
ti mensura in vēdendo. fraudez cōmit
tit.et est illicita venditio. vnde dicitur
deutero.xxv. non habebis in seculo di
uersa pondera maius et minus.nec erit
in domo tua modius maior ꝛ minor.ꝛ
postea subdit̄.abhominatur eni dñs eū
qui facit hec. et aduersatur omnē iusti
tiā. Tertius defectus est ex ꝑte qua
litatis puta si aliqd̄ aīal infirmū venda
tur quasi sanuz.qd̄ si quis scienter fece
rit fraudē cōmittit in venditōe. vñ est
illicita venditio. et in omnibus talibus
nō solū aliqs peccat iniustā venditōez
faciendo.sed etiā ad restitutōem tenet̄.
Si vero eo ignorāte aliquis p̄dictoꝝ

defectuū in re vēdita fuerit. Vendi
tor quidem nō peccat.qꝛ facit iniustum
ignorāter.nō tñ eius oꝑatio est iniusta
tenet̄ tñ cum ad eius ꝑuenerit notitiaz
dānuz recōpensare ēptori.ꝛ qd̄ dictum
est de venditore etiā intelligendum est
ex ꝑte emptoris. Cōtingit qñqz vendi
torez credere rem suā esse nimis precio
sam ꝗtum ad speciez.sicut si aliqs ven
dat auruz loco auricalci.emptor si reco
gnoscat iniuste emit.et ad restitutōez te
netur. et eadem rō est de defectu quali
tatis et quātitatis. Ex hijs patet ꝙ illi
citum est vendere auruz vel argentum
ab alchimistis factum pro vero auro et
argento.qꝛ nō est adeo purū ut verum
aurū.nec habet oīo easdē ꝓprietates si
cut ꝓprietatē letificandi.ꝛ qꝛ valet aurū
verū cōtra quasdā infirmitates.et quia
frequētius potest poni in oꝑe et huius
modi. Si aūt per alchimiā fieret veruz
aurum nō esset illicitū vēdere pro puro
quia nichil ꝓhibet arte uti aliquibus
naturalibus causis ad ꝑducendū natu
rales et veros effectus.sicut august. di
cit in.iij. libro de trinitate. de hijs que
arte demonum fiunt. ¶ Contra prauos
mores taliū autor remedia et succursuz
prebet mō quo supra. ac per idem p̄ce
ptū quo supra. Et sic in generali patēt
vicia seu defectus ipsoꝝ mechanicoruz
cum eorūdem aliquali reformatōe.

¶ Nūc cōsequēter restat
dicēdū de vicijs seu defectibꝰ qbꝰ di
uites cōmuniter implicant̄. et de reme
dijs ꝑ autorē hiisdē applicatis. ¶ Quā
tum ad hoc accedat illud principale qn
tum vbi dixi ꝙ diuitū imanitas mede
le qꝫ sagacitas qnto collocet̄. vbi notan
duz ꝙ pedes quaternario cōstringunt̄
vicio ut plurimū liquescit. ¶ Qd̄ autor
āminiculo sollerter in opusculo p̄senti
cōmutescit. Hos vicij iniciū primū sedu
cens angelū superbia ostēdit. ¶ Dira cō
tumelia attraxit per deuia cūctos vi
lipendit. En per habundantiaz colunt
intēperantiam bonis abutentes. ¶ Quan
to plus accumulāt accumulare inhiant

sic multi sunt egentes. Dico primo q bos vicij inicium etc. qd est dictu q radix vicioz.s.supbia que seduxit primu angelum seu luciferu. multotiens etiaz decipit ipsos diuites. et hoc quadrupliciter.scdm quadruplicem ipsius speciez superbie. pro ut scribit grego. in moralibus.etia in.omel.duo homies. Prima est cu ho bonu aliqd a seipso se existimat habere. Scda cum ex suis meritis credit bonu aut virtutem habere. Tertia est cu homo iactat et asserit se habere bonu vel virtutem qua de veritate non habet. Quarta cu superbus despectis omnibus ceteris vult singulariter apparere peminens. Per prima ergo specie supbia ipsa diuites aliquos fallit ex eo q facit eos credere q bonu qd habent habeat a seipsis.et qntu ad hoc grauiter deu offendut. ratio qz non homis sed solius dei est.bona omnia causare et fundere.hoc aute quod tradit euangelista veritas per iohanez j.ca.dicente.Omia per ipsuz facta sunt et ppterea dicit apls .j. ad corinth.xv.ca.gratia dei sum.id qd sum. Per secundam speciez superbie falluntur diuites.aliquado etia et qntum etia ad huc cofunduntur et dapnantur.ratio qz licet homo per aliquem meritoriu actu posset habere vel mereri aliquod bonuz vel aliqua virtutem.nichilominus huana queliba creatura semp et naccessario indiget omnipotentis creatoris nostri subsidio tanq primo manente et operante absqz meritis humanorum ad vnu quodlibet faciendi vel quomodolibet acquirendi. Propter quod dicit augu.in libro de con epi.et gra.sine gra veru prsus sine cogitando.siue volendo.siue amado siue etia agendo faciut hoies bonu.et apls ad ro.ix.ca.dicit q non est volentis .s.velle. nec currentis scz currere.sed dei inserentis. Per tertiam superbie speciem falluntur diuites aliqn etc. hoc est eni q superbie iactat et se asserit habere virtute vel bonum aliquod quibus caret.vnde ysidorus libro ethimologiaz. superbus dictus e qui semper vult videri. Cu autez recta ratio velit. et volutas cuiuslibet extendatur solu ad ea que pportionant eide scdm rectam roem et dignitatem ipsius voluntas vero superbi appetit excellentiam per excessum no pporcionatuz ei dem.idcirco species ista cotraria rationi semp est mala ppter qd scribit theofrastus.quia homo et maxime diues se pre ceteris amat in sui iudicio errat.Et hoc est quod scriptu erat in sigillis socratis vbi dicebat. Sapientior est qui abscondit sapientia quam nouit q qui ppalat qua non nouit. Per quartam superbie speciem falluntur etiaz aliqui diuites fm q supra.ro est quia prima et originalis supbia nata est in celis. et illa videlicet a tenebraz principe.s.dyabolo qui ante superbie lapsum. erat angelus dictus lucifer. in amore ordinate pulchritudinis et sapientie sue feres lucem.sed postea imediate in amore inordiato pulchritudinis supbus deceptus aduersus deum creatorem suu sua malicia se opponens. Dixit pona sedez mea in aquilone.et ero similis altissimo.propter qd sicut illa pricipalis origo superbie aliaz supbiaz mater et fomes.deo creatori suo per quem facta sunt omnia opponens se presumpsit.sic supbia reliquit sue originalis psecutoe vere vult apparere sublimis et eminere alijs. Ratio est vt sicut illa superbia prima luciferi de gloriosis et celestibus sedibus cecidit ad infernaliuz tormenta penaru. Sic superbus quilibet de statu excellentie vel honoris. in quo indigne desiderat eminere digne pcipitatur ad pena. Hoc est siquidez quod scribit grego.in moralibus.viij.superbia natoe celestis est.et ideo celestes appetit metes.et ad pprios ortus reuelans conatur gloriaz hoim et puritatem corrumpe que dei gloria et angeloz puritatem irrupit ut faciat ruine pticipes quos iuenit.et nuc coformes.et ppterea ysa.xiiij.quasi admirando.Quomo cecidisti de celo luci

fer qui mane oriebaris. qui dicebas in corde tuo in celum ascendam. et super astra celi dei exaltabo solium meũ sup altitudinem nubium. et ero similis altissimo. Nota scd̃m scripturas et canones ꝙ angelus dicit̃ multipliciter. nã primo dicit̃ angelus cõsilij ut christus hic primus liberat̃. scd̃o dicit̃ misterij ut sup ne virtutes hic secundus cõfortat. Tertius dicitur pacis ut homo. et hic edificat. Quartus dicitur sathane ut demõ et hic colaphizat. Primus missus est ad liberãdum. hic apparuit abrahe in valle mambre ut di. xxxv. vj. die. Secũdus ad anunciandum hic liberauit loth de ciuitate sodome. di. xiiii. ca. Tertius ad instruendum hic eduxit israhel de egipto. de conse. di. ii. reuera. Quartus ad impugnandum hic cor pharaonis indurauit. xxxiii. q. iiii. nabugodonosor. Itẽ Iohes. baptista vocatus est angelus ut malach. iii. scribitur. Ecce mitto angelũ meum ante faciem tuam. Item anima hominis vnde in actibus apostolorum de petro vocante ad ostiuz dictum est angelus eius est. i. spiritus. Item predicator. vnde Iob. timebunt angeli et ipsi impugnabuntur. Item prelatus in apocalip. iii. et angelo laodice scribe simile. ix. q. iii. et angelo ephesi. de pe. di. ii. si enim inquit. Item sacerdos quilibet de quo dicitur in malach. ii. ꝙ angelus domini exercituũ est. xi. q. ii. sacerdotibus. Item fomes peccati. vnde paulus. datus est michi stimulus carnis. angelus sathane. v. q. v. nõ omnes enim hic per propriam maliciam et ingratitudinem atq3 superbiã perdidit pulchritudinem et decorem. ad hunc sensum optime facit qd̃ dicit albertus. iii. de animalibus ꝙ super ripaz nili morant̃ quedã aues q̃ aues paradisi nuncupant̃ eo ꝙ nulla pulchritudo coloris eis deficit que si illa queat fuerit. gemere nunꝙ cessant donec moriant̃ vel libertate donentur. que cum fuerint in libertate. valde suauiter cantant et precipue tempore quo flores incipiunt apparere super terraz. Qualiter per has aues intelliguntur angeli paradisi. s. qui omnium virtutum pulchritudine fuerunt in sua creatione decorati quorum quidem per peccatuz ut dictum est fuerunt illaqueati ysa. xiiii. ascendam super altitudinem nubiũ etc. Inter ceteros autem lucifer secundum beati gregorii sententiam fuit a principio in caritate ceteris excellentior et perfectior. ac etiam ingratuitis et naturalibus ante lapsum eminentior. et hoc auctoritatibus beati Iob. et ezech. pphete comprobatur. vnde Iob. xl. et ezechiel. xxviii. eius primatus excellentiaz et potentiam insinuantes. de eodez sic dicũt omnis lapis preciosus operimentuz tuum. sardius. opacius. iaspis crisolitus. onix. berillus. saphirus. carbunculus et smaragdus. nouem dicit genera lapidũ quia nimirum nouem sunt ordines angelorum. nam per sacra eloquia angeli et archangeli. throni et dominationes. principatus etc. Apperta narratione memorant supernorum ciuiuz q̃te sint distinctiones ostenditur. quibus tamen iste opertus fuisse describitur. quia eos quasi vestem ad ornamentum sui habuit quorum dum claritatem eorũ trãscenderet ex eorum operatione clarior fuit. ideoq3 cum ipse et sui sequaces in mortales captus sint propter eorum superbiam ut dictũ est gemere perpetuo non cessabunt. Iob. xxvi. Ecce gigantes gemunt sub aquis. cui concordat canon principium. de pe. di. ii. vbi habetur ꝙ qui idcirco peccans sine venia dãnatus est. quia magnus sine comparatione a summo deo fuerit creatus. Sed angeli beati perpetue libertati donati iugiter cantant ac dulcem faciunt melodiam. et precipue tunc suauiter concionaruut quando terra florem peperit. i. cum virgo beata christum peperit et mũdo tradidit venerandum. tũc hora eadem angeli decãtauerunt gloria in excelsis deo Et in terra pax hominibus bone volũtatis. luce. ii. Et in canone nocte. ii. capi. hii duo. et capi. porro. de conse. di. i.

¶ Aduertens igitur cu/iuslibet rationalis maturitas quam fragilis et caduca sit huiusmodi excellentia temporalis ipsam superbiam detestet. que quidem superbia de diuicijs originem dicitur extraxisse. propter quod ydropico inflato similatur. de quo luce xiiij. ecce homo ydropicus erat ante illum. hanc. s. superbiam quilibet summo pere debet detestari vt securioris vite felicitate letetur. quoniam sicut tradit glosa in prohemio primi libri super dyonisium de celesti gerarchia. Superbi capitis sunt laqueo propter audaciam presumptionis eorum. Et propterea dicit augusti. in libro de doctrina christiana. nulla est fere pagina sanctorum librorum in qua non sonet quod deus superbis resistit. humilibus autem dat gratiam. Et prouerbiorum. xviij. capi. contritionem precedit superbiam. et ante ruinam exaltabitur spiritus. quod autem superbia a diuicijs originem traxerit. ostendit seneca dicens. dum diuicias sequi volumus in multa mala incidimus. igitur diuicie male sunt. et diuicie sunt causa malorum. non quia ipse faciunt aliquid. sed quia facturos irritant. Sicut gladius neminem occidit: sed est telum occidentis. inflant diuicie animos. superbiam pariunt. inuidiam contrahunt. ¶ Hoc etiam multorum diuitum et potentum comprobatur exemplis. de quibus legitur in scripturis quod deus acrius ipsos diuites superbos in presenti punivit quam alios peccatores. Primum exemplum patet de lucifero. de quo supra ysa. xiiij. Quomodo cecidisti de celo lucifer. Et luce. x. videbam sathan sicut fulgur de celo cadentem. ¶ Secundum est in homine qui voluit esse sciens ut deus. et insciens factus est ut pecus. Unde Bernardus. puto iumenta si

xxxix A

B

loqui possent dicerent. Ecce adam factus est quasi vnus ex nobis. ¶ Tertium est de saule qui postquam erectus est in superbia, non obediens domino. proiecit eum dominus de regno. ut non esset rex super israhel. j. regum. xv. ca. Quartum exemplum est de hieroboam filio salomonis. de cuius superbia legitur. iij regum. xij. minimus digitus meus grossior est dorso patris mei. pater meus posuit super vos iugum graue. ego autem addam super iugum vestrum. pater meus cedit vos flagellis. ego autem cedam vos scorpionibus. Et subditur. et recessit israhel de domo dauid vsque ad presentem diem. Quintum exemplum est de sennacherib. de quo ysa. xxxvij. superbia tua ascendit in aures meas. Ponam igitur circulum in auribus tuis. Et subditur quod egressus angelus domini nocte illa percussit in castris assiriorum centum sexaginta quinque milia. et reuersus est sennacherib niniue. et quarto die occisus est a filijs suis. ¶ Sextum exemplum est de nabuchodonosor. danie. iiij. et. v. quoniam eleuatum est cor eius et spiritus eius confirmatus est ad superbiam. depositus est de solio suo. ¶ Et nota modum deiectionis. quia cum deambularet in palatio suo in babilone et diceret. nonne hec est babilon quam edificaui? Ecce vox de celo respondit. Tibi dicitur nabuchodonosor rex. regnum transiet a te. et ab hominibus eiciam te. et cum bestijs et feris erit habitatio tua. fenum quasi bos comedes. et septem tempora mutabuntur super te: donec scias quod dominetur excelsus in regno hominum et cuicunque voluerit dat illud et sic factum est. sequitur et gradientes in superbia potest humiliare Ad hoc adduci possunt multa alia exempla que transeo gratia breuitatis.

C

D

xl A ¶ Contra hũc peruersissimum morem et aliorum prauorum morum quorum radix et inicum est superbia: succursum prebet autor. et hoc infra in tertia parte metrica precepto. xv multorum disce exemplo que facta sequaris. Que fugias vita nobis est aliena magistra. Per que metra seu precepta autor inducere intendit diuites superbos ut virtuosorum mores. et maxime humilium debeant imitari. iuxta illud eccle. xxxix. Sapientiam omniũ antiquorum exquiret sapiens &c. et prouerbiorum. xxviij. exemplo didisti disciplinam Ex quibus autoritatibus manifeste colligitur ꝙ ad disciplinam virtutũ specialiter valent exẽpla sanctorum. vnde ysidorus ad conuersionem mortalium
B prosunt exempla sanctorũ. ¶ Reprobi autem non attendunt documenta bonorũ que imitantur ad melius. sed proponunt sibi exempla malorum aut suorum morum peruersitatem ut vtantur in peius. et ut nullus valeat se excusare qn multorum sanctorum exẽpla pre oculis habeat vel habere possit. grego. in moralibus demonstrat dicens. ꝙ ad ostendendum innocentiaz venit abel. Ad docendum mundiciam venit enoch. ad instruendum longanimitatem spei et operis venit noe. Ad manifestandam obedientiam venit abrahã: ad demonstrandum coniugalis vite sanctimoniam venit ysaac. ad insinuandũ laboris tollerantiam venit iacob. ad reponẽdaz bone retributionis gratiam venit ioseph. ad ostendendum mansuetudinem venit moyses. Ad insinuandum contra aduersa fiduciam venit iosue. Ad demonstrnadum inter flagella patientiam venit iob. ¶ Magisterium humilitatis et mansuetudinis sibi saluator ascribit tanꝙ aliarum virtutum ad omne bonum sicut fundamentum mentale principiuz preparatiuaqz & dispositiua. Sicut enĩ positio fundamenti disponit ad domũ sic humilitas ad omne spirituale edificium. et propter hanc causam similis est medicine ꝑparatiue. digestiue siue maturatiue. Sicut enim non datur medicina curatiua siue laxatiua. siue viscose materie expulsiua nisi se prius preparauerit et diuisiuum siue digestiuum accipienti sic nulli datur gratia que anime est medicina sanatiua nisi se vere dederit humilitati. In hoc enĩ dum homo per hũilitatẽ se sub deo inclinat ad gratiam percipiendã se preparat. cuius quidem humilitatis triplex est species. s. sufficiens. habundans. & superhabundãs. Sufficiens humilitas est se submittere maiori et se non preferre equali. et hec vtilis est & necessaria. Nã sicut naturaliter arbor in qualitate et virtute sua nõ crescit ad alta nisi inferioribus terre suis firmata radicibus. sic rationalis quilibet ad supernaz gratiam nõ ascendet: nisi elationis et passiõis sue cedẽte malicia. humilitate firmetur. hoc est autez quod in quodã sermone scribit Berñ. dicens arborem attendere radicẽ figit
C in ymo ut virtutem tendat in celũ. vis construere celsitudinẽ fabricationis de fundamento cogita humilitatis. Exemplo lune hoc etiaz cõprobatur. que quãdo ex parte terre tota est obscura. & dicitur esse nulla. tunc ex parte celi tota dicitur luminosa. et dicitur esse plena. Et quando ex parte terre tota est luminosa et dicitur esse plena. Ex parte celi tota est nigra et obscura. & dicitur penitus nulla. ¶ Et nota ꝙ ꝗto plus de lumine suscipit versus nos: tanto plus obtenebrescit versus celestem naturam. & sicut versus terram paulatim decrescit in lumine: sic versus celum crescit econtrario in splendore. ¶ Item ꝗto soli est ꝓpiquior: tanto est ex pte terre minus

luminosa. ita ꝙ ex parte terre dicatur
nulla. esse qñ omnino solis e coniun/
cta. et econtra. tunc ex parte terre tota
dicitur luminosa quando a sole est re/
motissima: ita ut esse non possit magis
remota. Si ergo iuxta hec exempla vis
esse in celo sublimis ⁊ deo vero appro
ximari appetis: laborã vt in mundo sis
vilis. quia si mundo vis esse gloriosus
in celo primus esse non poteris. Ait hie
ronymus sic inquiens difficile imo im
possibile est ut presentibus quis ⁊ eter
nis fruatur bonis. ⁊ ut de delicijs tran
seat ad delicias. ut hic ventrẽ et ibi mẽ
tem impleat. et in vtroq3 sit primus. et
D in vtroq3 appareat gloriosus. ¶ Habũ
dans humilitas est subdere se equali. nec
se preferre minori. Propterea dicit gre
gorius in moralibus nõ eos quibus in
feriores estis. sed quibus superiores per
humilitatem aspicite. quia sicut intenti/
uum est elationis respectus deterioris:
sic est cautela humilitatis consideratio
melioris. Superhabundãs vero hu
militas est supponere se minori: sicut fe
cit ipsa excellentissima ⁊ infinita humili
tas dei ⁊ dñi nostri ihesu christi. qui est
perfectissimus sapientia et virtute: in lo
tione pedum discipulorum suorum se hu
milians et alijs humilitatis doctrinam
verbo pariter et exemplo dedit dicens
Discite a me quia mitis sum et humilis
corde. Jo. xj. Et propterea moraliter et
exẽplificatiue loquendo sicut arbor vti
lis et fructifera quãto est fructibus vbe
rantior: tanto ex fructuum pondere fle
xibilior inclinatur ad terram. sic ratio/
nalis homo quãto virtutibus est excellẽ
tior: tanto velut superne gratie gratus
filius habet ceteros nedum maiores:
sed inferiores etiam humiliter revereri
Et sicut gratia sciẽtia et virtute est sub
limior: sic gratie sue statum a creatore
suo cognoscens qui potuisset eum ani/
mal irrationale formasse inter reliquos
debet humilior apparere. Propterea scri
bit sapiens in eccle. iij. capi. Quanto ma
ior es humilia te in omnibus ⁊ corã deo
inuenies gratiam. Propter quod dicit
august. in omel. descendite. s. vos diui/
tes superbi ut ascẽdatis. hoc est per hu
militatem descẽdite: ut ad celestem pa
triam ascendatis.

¶ Dixi secũdo ꝙ dira cõ/ xlj.
tumelia attratrix per deula cunctos vi A
lipendit. quod in effectu est intelligendũ
ꝙ ipsi diuites vt plurimum sunt contu
meliosi. quia ut plurimum videtur eis
ꝙ sint propter diuicias superexcel/
lentes et maiores. et ex hoc vilipen/
dunt pauperes: qui hodie reputãtur ce
teris minores. ¶ Propterea contra hũc
prauum morem autor succursum prebet
et iuuamen infra in parte prosayca pre
cepto. xx. minorem te ne contempseris.
per quod preceptum autor informat di
uites et superiores ꝙ a contemptu mi
norum debeant abstinere. quia per hoc
minores contra tales prouocantur ad
iram. quia vident se paruipendi. Unde
ex hoc insurgit cõtemptus quod est vi
lipensio contra ipsos. nec reddunt eis
honorem quem al' facerent si se non vi
derent contẽpni. Unde pro huius pre/
cepti intelligẽtia et obseruatiõe est bre
uiter aduertendum ꝙ tria sunt que re
trahere debent diuites ipsos a paupũ
seu minorum contumelia aut contemptu.
Primũ est diuine volũtatis preordina
tio laudabilis ⁊ fructuosa. Scd'm ẽ diui
ciarum illectio isaciabilis ⁊ vẽtosa. Tertiũ
est diuine scripture monitio suadibilis B
et rigorosa. ¶ Primum igitur quod re
trahere debet diuites a pauperum con
tumelia aut contemptu est diuine vo/
luntatis preordinatio laudabilis et fru
ctuosa. Circa quod sciendum ꝙ cũ di

uerse sint hominu qualitates et grad9. quia alij virtuosi. alij viciosi. alij vtiles alij minus vtiles. et hij omnes ad bonu faciunt vniuersi: ut inferius apparebit. Jdcirco sapientie superne perfectio ad vniuersi conseruationem et bonu homines creauit in terris quos ratione ap/petitus necnon et liberi arbitrij potestate dotauit. hoc est siquidem q ex libro sapientie legitur. q deus fecit hominem simplicem et rectum. et reliquit eum in manu consilij sui. Propter quod mortales ipsi sm varias complexiones et habitus cordium ex liberi arbitrij potestate et libertate ad diuersas scientias. operationes. et artes. et fines varios disponuntur. Unde videmus q alius est datus religioni. et alius diuine sapientie. Alius legali sciencie. alius medicinali aut naturali philosophie. Alius bellorum et armorum essentie. et alius lineis mari/tinis vel fabrilibus artificijs sm q supra in artibus mechanicis satis est de/ductum. Alius virtuti et conseruationi sue spontanea voluntate relinquitur. Quapropter alij dominantur et regnant. Alij famulantur et seruiunt. alij operantur et viuunt. Alij depravantur et pereunt Ex artibus ministerijs exercitijs. defectib9 vel excessib9 virtutib9 vel passionibus cordium prout vnusquisque meretur regere vel regi. famulari vel do/minari. esse et viuere. ex premissis vir/tutibus. meritis vel demeritis supradictis. Sed quis diuersimode sic se habeant. nichilominus tamen omnia faciunt ad vniuersi conseruationem et bonu ratio. quia per vnicam scientiam seu artem: nec per vnicam hominis qualita/tem non poterant rerum et agendorum omnium humanorum vniuersalis necessitas et necessaria vniuersalitas expedi/ri. quoniam si mortales omnes medicine vel armis aut legibus se dedissent. ars fabrilis. agricultura maritimorum sciencia et alia mundo necessaria oblita et neglecta fuissent. quapropter nullus quantumcunque grandis scientia. potentia di/uicijs. artificio. ministerio vel honore debet proximu suu quis minimu ex humilitate status artis: ac minoris condi/tionis contempnere. nec quecunque seruu vel minimu operarium habet ex ipsius seruili conditione despicere. quia licet ex ipsius errore vel asperitate fortune sit huius. et hodie famulet. vel aliter hujus artificio vel misterio operet. estimare debet et itelligere q ho est. et penitere potest negligentie vel erroris quo infimi or factus est. et forsitan iam fuit status et excellentie dignioris. ac iusto dei iudicio potest ad meliorem essentie gradum in posteru peruenire. propter quod dicit seneca in tragadijs libro. ij. Quantumcunque miserum videris scias homine esse et august. in sententijs prosperi. nec propter hominem diligamus errore. nec propter errore hominem odiamus. Propterea sicut omnis capillus facit vmbra suam sic homo qlibet quantumcunque abiecte operationis et artis existat: est sue communitatis seu reipublice membrum. et sm quod est reipublice necessari9 et vtilis. ac per industrie artis et obsequiorum suorum labores posset suo loco et tempore fructum vtilitatis afferre. nam sicut scribit eccl. iij omnia tempus habent. et suis spacijs transeunt vniuersa sub celo. quare tu mortalis homo qui sciencia dignitate vel potentia temporalis felicitatis excedis proximu tuu vel seruu in casu suo no despicies. vel contempnes: sed a supmo principe consolationis et excellentie tue statu debita humilitate cognoscas. cuius gratia es quicquid es proximo tuo prouida dignitate compatiens christu compassionis et misericordie debito consequaris. quoniam esto q ipsum per felicitate ventosam et fragilem hominis exterioris excedas. te forsan per beatitudinem interioris felicitatis

excedit. Propter quod salomō in eccle. iiij.ca. non verearis proximum tuū in casu suo. ꝛ apostolus ad roma. xij. dicit ꝙ sicut in vno corpore multa membra habemus. omnia autem mēbra nō eundem actū habent: ita et multi vnus
xlij. corpus sumus in christo. singuli autem
A alterius membra.

¶ Secundū quod retrahere debet diuites a pauperum vel inferiorum cōtumelia vel contemptu. est diuiciarum electio insatiabilis ꝛ vētosa ¶ Circa quod est aduertendum ꝙ diuicie sunt vane ꝛ transitorie. false et deceptorie. quia nulli hominū seruant fidem. ¶ Primo enim sunt vane. quia ut dicit sapiens. vanum est quod non prebet innitenti fulcimentum. nec laboranti quietem. nec nauiganti portum. nec cōtinenti plenitudinem. Quod experientia ipsa probatur. quia pecunia dum habetur: appetitum non saciat. sed potius inflāmat. cuius ratio talis est. quia natura vacui est semper attrahere: nec attrahendo cessare: donec repleat aliquo corpore. sed vanum nunꝙ implet. sicut est vmbra que vana esse apparet. igitur ꝙtūcunqȝ vacuū attrahat sibi vanū nunꝙ fiet plenum.. et sic semper appetet. quia nunꝙ firmatur nec saciat per vanum eius desiderium quare cum diuicie omnes sint vacue. quia de nichilo facte. et quia fluunt ad modum aque.
B et quia sunt trāsitorie. et caduce. et quia totaliter sunt vmbrose. siue similes vmbre. nō possunt appetitū satiare. ¶ Itē appetitus humanus ad summum bonum habendum est ordinatus. et ideo minori bono eo ad quod est ordinatus nō potest esse vel effici plenus. nūquid vas quod vnius modij aque vel vini est capax: poterit repleri sextario? igit̄ quomodo poterit impleri bono creato vel finito quod ad bonum imense capacitatem accepit. Quantūcunqȝ ergo habundat creatum nostrum desideriū semper permanet vacuum et non plenuȝ. et hoc est quod august. in libro de spiritu et anima asserere videtur dicēs tante dignitatis est humana conditio: ut nullum bonū preter summū ei suffi cere queat. Auarus igitur cum nulla pecunia possit impleri cum per naturam semper sint vacue dum appetit saciari. nunꝙ cessat negociari. ignorans miser ꝙ hiis bonis nō possit impleri. ideo dicit Bernar. stultum est et extreme dementie semper querere que nunꝙ dāt dantis: nec temperant appetitū. ¶ Itē diuicie sunt false ꝛ deceptorie. quia qȝ homini promittunt finaliter nō impen
dunt. ¶ O vtinam amatores diuiciaruȝ C aduerterent ad illud quod fecit quidā inconsiderans diuiciarum fallaciam. et qualiter amatores suos in extrema constitutos necessitate deserūt: dicit. O fallaces diuicie. toto corde vos amaui et honeraui ꝛ in tanta necessitate positus nichil possum habere cōsilij vel auxilij a vobis. parate estis nunc deserere me nec vultis me sequi. ꝛ ego dimittā vos Et hiis dictis stati omnia pauperibus erogauit. Ideo huius rei gratia legit̄ ꝙ cum quidam rex saracenorum dum ad mortem venit: velum quo eius facies in sepulchro copiri debuit accipi fecit. et per totam ciuitatē in hasta portari mandauit sub voce p̄conis alta voce
cātātis. Ecce attēdite qd de tāto regno D i morte hac mecū fero. qd valuerūt diuicie neroni qui retibus aureis piscabat̄. qd cōstantino qui suo aduersario relinqt ipsuȝ. valērianꝰ ꝙuis omibus esset diuicijs plenus. vomitu sanguinis est extinctus. cuius filius gracianus ab exercitu suo positus ab hoste est interemptus. hec late cōtinentur in historia

triptita. Quid igit valet potentia? quid vana sapientia? quid diuiciarum copia? ferunt summos fulgura mōtes. ¶ Tertium quod diuites retrahere debet a pauperum vel inferiorum contumelia vel contemptū est scripture diuine monitio suauibilis et rigorosa. vbi sciendū ꝙ contra tales inducit dominus et saluator noster parabolā pharisei seipsū extollentis ⁊ publicanum despicientis. que ponitur luce. xviij. in qua quidem sic concluditur. amen dico vobis. descēdit hic. s. publicanus iustificatus in domuȝ suam ab illo pharisco se taliter extollente et iustificante. quia omnis qui se exaltat humiliabitur. et qui se humiliat exaltabitur.

xliij A ¶ Si curiosus affectaret huius tertij membri rationem luculentius et diffusius perscrutari tam naturali ratione q̄ȝ etiam figurali declaratione per infra scripta plenius circa hoc videre poterit veritatem. ¶ Primo nāqȝ naturali ratione probari potest. et hoc sic. nam omne quod violenter sursum ascendit. si dimittatur naturaliter deorsum descendit. et tanto velocius mouetur q̄to ad locum suum magis appropinquare videtur. sicut patet de lapide. naȝ lapis sursum iactus per violentiam naturaliter descendit deorsum et tanto fortius q̄to ad terram magis appropinquat. ratio est quia terra est locus suus proprius et omniuȝ grauiū. Sic reuera accidit de diuite superbo. qui violenter vult sursum ascendere expedit ꝙ naturaliter descendat deorsuȝ. ꝙ autem diues superbus per violentiam ascendat. patet. quia quod eleuatur vltra nature sue terminos: per violentiam eleuatur. sed diues superbus est huiusmodi. igitur etc̄. naȝ ꝑm philoso.

ij. de anima omniū natura constantium determinatus est terminus magnitudinis et augmenti. terminus autem hominis est super natatilia et terrestria et uolatilia. iuxta illud geñ. j. dominamini inquit dominus piscibus maris et volatilibus celi ⁊c̄. Et est ifra angelos. qr natura humana ꝑm doctores est vltima in genere intelligibilium. sed diues superbus suos terminos transcendit. quia non soluȝ est contentus dominio reruȝ que sub celo sunt. sed transcendit celestia et angelos. imo quod deterius est dijs coequari desiderat et affectat. vt in nostris primis parentibus clare demonstratur. Cum audierunt eritis sicut dij scientes bonum et malum si de pomo comederitis. statim comedit mulier et dedit viro suo. Hoc etiaȝ boetius primo de consolatione sub specie illius domine quam vidit. per quam humanam naturā intelligere possumus. manifeste declarat. dicens ꝙ eam vidit nunc ad cōmunem hominis staturam ratione originis. et postea addidit ꝙ nunc celum transcendere videbatur. et ideo oportet ꝙ tales naturaliter descendāt. et tanto fortius q̄to ad terram magis appropinquāt. hoc perspicatissime vel perfectissime vidit psalmista cum dicebat vidi impium superexaltatum ⁊c̄. supple vltra termios sue nature. sequitur transiui et ecce non erat. et est causa quia descendit in profundum quasi lapis. ¶ Secundo probatur christi sententia et figurali declaracione. scribitur enim luce. xix. ꝙ zacheus arborem sicomorum ascendit. ad quem christus dixit. zachee festinans descende ⁊c̄. per zacheum pusille stature intelligo hominem qui de sui natura est paruus. qui per superbiam ascendit arborem sicomorū. i. arborē ambitiōis et superbie maxime inferiorū paruipensione vt faciat B

ad propositum . qui vere sicbomorus
potest non immerito nuncupari ex eo ꝙ
tres mali fructus nascuntur ex ea per
C quos boni mores desiccantur et deflu
unt. ¶ Primus est presumptio sui et au
dacia abdie .i. superbia cordis tui extu
lit te. Secundus fructus est mentis ob
cecatio ad ro.i. supbus est nichil sciens
Tertius fructus est odiuz dei et hoim
displicentia.eccle.x. Odibilis coraz deo
et hominibus supbia. hos tres malos
fructus in templo secum attulit pharise
us supbus de quo supra.per quem om
nes superbi designantur.ex quibus fu
it a domino reprobatus dū se extollen
do dixit. non sum sicut ceteri hominuz
rc. Sequitur in figura ꝙ dominus illi
publicano zacheo dixit.festinās descen
de.i.cum festinatione de tuo dominio
descende. vnde de principe superborū
dicitur . vidi sathan quasi fulgur de ce
lo cadentem.Et eccle.x. sedes ducuz su
perborū destruxit dominus . et sedere
facit mites pro eis.Exemplū de dauid
et de saul. Sz nota ꝙ sunt nōnulli qui
in sua cōsideratiōe vltra terminos sue
nature per humilitatem descendunt. et
ipsi naturaliter exaltantur. quia qui se
humiliat dicit dn̄s rc. ¶ De quorum
numero fuit hic publican9 p quē omīs
hūilis designat.de quo etiā dicit.descē
D dit hic.s.per humilitatē.et ideo a domi
no meruit exaltari . vt de eo et de om
ni in humilitate existenti exponi possit
illud canticorum.vi. dilectus meus de
scendit in ortum suum ad areolam
aromatum ut ibi pascatur in ortis et li
lia colligat. ¶ Querere quis posset de
tali questione an contumelia siue conui
cium sit peccatum mortale. Dicendum
ē scdm beatū tho.scda.ii.q.lxxii.ꝙ p
prie et per se vtrūqz horum est pecca
tum mortale non minus ꝙ̄ furtum vel
rapina. non enim minus homo amat
honorem suum ꝙ̄ rem possessam. Si
tamen aliquis conuicium vel contu
melia dixerit non animo dehonestan
di.sed forte ꝓpter correctiōem vel ali
quid huiusmodi.nō dicit conuiciuz vel
contumeliā per se.sed per accidens.vn̄
hoc potest esse quandoqz veniale. quā
doqz autez absqz peccato in quo tamē
necessaria est discretio.ut homo talib9
verbis moderate vtat.quia posset esse
ita graue conuicium per incautelam p
latum ꝙ auferat honorem eius contra
quem ꝓferret.et tunc posset homo pec
care mortaliter etiam cum non intende
ret dehonorationē alterius.Sicut etiā
si quis incaute alium ex ludo percutiēs
grauabiliter ledatur .
¶ Dixi tertio ꝙ eu per xx
habundantiam colunt intemperantiaz A
bonis abutentes quod est dictu ꝙ pro
pter diuiciarum habundantiaz diuites
efficiuntur intemperati et molles ipsis
diuicijs abutendo. ¶ Cōtra hunc prauū
morez succurrit autor et hoc infra in.ij.
parte metrica.x. precepto ¶ Quod ni-
mium est fugito paruo gaudere memē
to. Per quod metrum seu preceptum
autor instruit ipsos diuites medium in
ter habundantiam excessiuam et parci
tatem seruare.et extrema tanꝙ̄ viciosa
declinare.quod fit cum diuicijs non ab
vtuntur.quemadmodum eni vita natu
ralis in quodam humore qui radicalis
a medicis dicitur imediate consistit sic
corrumpitur quando illa medietas de
ficit per nimiū excessum et predominiū
alicuius alterius humoris. ita vita mo
ralis in quadaz medietate consistit. vn
de.ij.ethicoꝝ dicit philosophus ꝙ vir
tus est habitus electiuus immediate
consistens. sed quādo nimius est exces
sus ab illa medietate tunc corrumpitur B
et efficitur viciosa. ¶ Unde diligenter
est considerandū ꝙ nichil in rebus om
nibus sine freno voluit esse natura . et
ideo tēperantia tam nobilis virtus exi
stit ꝙ in rebus omnibus modum im-
ponit.lasciuiis omnibus frenum immit
tit.et in modum virtutis adducit. nam
tolle a rebus frenum et modum . tunc
omnis virtus est vicium. vnde scripse
runt antiqui phi ꝙ moderata ieiunia

inter virtutes cōputanda sunt. sed imo derata sunt et trepida vicia. locus enim medius tutus est. et ois vtutis pollicite oñdit eē sedes. vide igit̄ q̄ sollicita cura frenū tēpātie reb⁹ iposuit magistra natura. nā celū sydcrū. qꝛ ex ɔtinuo suo motu ɔtra hec ifima tantū calorē generaret ꝙ cuncta inflāmando cōsumeret deus vt dicit basilius. illi celū aqueum supposuit qđ frigiditatis est causatiuū. vt dū calorē celi sibi suppositi tēparet et vniuersa que in mundo sunt cōseruaret. dum eni vnū cōtrariuȝ alteri cōtrario iungit̄. vtrūqꝫ ex altero tēpatur ꝓpter qđ natura nunq̄ ꝓduxit vnū oppositoꝝ qn ꝓduceret alterū. vnde calido frigidū. sicco humidū. et frigido calidū. et humido siccū. et leui asperuȝ. et aspo leue opposuit. ⁊ de alijs oppositis similiter fecit. ¶ Iteȝ in minori mundo videmus ꝙ cerebro multe frigiditatis cor supponit̄ fortis caloris. ¶ Itē qꝛ cor cōtinue per dilatatōem et constrictōem mouetur ne calore nimio dissoluatur ei pulmo tanq̄ flagellū apponitur cui⁹ virtute frigidus aer attrahitur. qui dū pulmonis officio reddit̄ caloris eminētia que in corde est tempat̄. ¶ Ex his concluditur quomō nature conditor nichil sine tempantia voluit esse. et merito. qꝛ per hāc venerandā vtutē nedum animi motus. sed humani corporis act⁹ vniuersaliter ac feliciter regulantur. et quadā pemīnētia pulchritudinis bone stantur. idcirco est totis affectibus ꝓsequenda. cū ipsa oia sub ratōis freno gubernat. hoc est qđ de ipsa scribit ambrosi⁹ viij. ¶ Tēpantia est nichil appetere penitendū in nullo moderatōis legem excedere. sub iugo ratōis cupiditatē domare. hoc est verū simpliciter. nā ex ordinata tēperātia cibi et potus robur ⁊ salus corporis causat̄. Et ꝓpterea dicit crisostomus in omel̄. nichil sic salutem generat. nichil sensus acumen opatur. nichil sic infirmitateȝ fugat sicut moderata refectio. nā vere mortales cōmessatōibus. ebrietatibus et alijs voluptatibus miseris inuoluti sub vituperosa vita et acerba morte finiunt dies suos. ꝓpter qđ dicit apl̄us ad philipenses. iij. quoꝝ deus venter est. et glīa eoꝝ in cōfusione. et finis eoꝝ in interitu. qui terrena sapiunt. Et propterea tullius libro iiij. omniū aūt perturbatōem intēpērantiam fontes esse dicimus que est a tota mente et a tota rōne sic diuisa ut nullo mō appetit⁹ animi regi nec ɔtineri q̄ant.

¶ Dixi quarto ⁊ vltio ꝙ q̄to plus accumulant. accumulare inhiant. sic qȝ multi sunt egētes. hoc est in effectu intelligendū ꝙ q̄to diuites plures diuicias habēt. tanto cupidiores in congregando efficiūtur. et sic iusto dei iudicio semp plus egentes existūt. Contra hūc prauū morē autor succursuȝ prebet. et hoc infra in. iij. pte metrica. iij. pcepto. despice diuicias cōsequenti. per que metra seu pcepta iformat autor ipsos diuites imoderatum amorē diuiciarū contēpnere seu despicere. ⁊ hoc ꝓpt̄ tria mala que ex inordinato amore diuiciaꝝ ꝓueniūt. Primo qꝛ sunt indigētie causatiue. Scđo qꝛ sunt humanoꝝ cordium afflictiue. Tertio qꝛ sunt septem vicioꝝ căpitaliū generatiue. ¶ Quo ad primū ⁊c. Nā ipse diuicie ꝓmittūt sufficientē se facere ⁊ ecōtra se faciūt indigētem. vñ boetius. iij. de consolatōe admirans de imoderate ⁊ inordiate diuicijs cōgregantib⁹ pulchre sic dicit. quid sollicitudine tantas diuicias cōgregare festinatis. fugare credo indigentiaȝ queritis. sed in contrariū vobis cedit. qꝛ vbi sunt plures diuicie: cōstat hētes pluribus āminiculis indigere. qꝛ qui plures agros et vineas habetis. plurib⁹ ut patet laboribus indigetis. qꝛ nō efficiunt qđ ꝓmitūt. et ꝓ tāto autor hoc clare innuere videt̄ cū dicit quas qui suscipiunt. ¶ Quantū ad scđm ⁊c. scribitur in eccle. ca. ij. de ipso diuite auaro loquens cuncti dies eius laboribus et erumpnis pleni sunt. nec per noctem mente requiescit. Et eiusdem. v. ca. Saturitas diuitis non sinit eū dormire. Et propterea

xliij. A B C

seneca in tragedijs. auare qd mali op
tas nisi vt diu viuas? vnde bern. diuici
arum amor insaciabilis: longe amplius
desiderio torquet animã. igitur refrige
res vsu suo. ut pote quarum acquisitio
quidẽ laboris possessio timoris. amis/
D sio plena doloris inuenitur. ¶ Quantum
ad tertiũ ꝛc̃. primo nãq; generãt super
biam eccle. xxj. domus que nimis est lo
cuplex anullabitur supbia. ¶ Scd̃o ge
nerant iram geñ. xiij. facta est rixa inter
pastores abraham et loth. erat eni sub
stantia eoꝝ multa. et nequibãt insimul
habitare. ¶ Tertio generant inuidiã ꝓ
uerbiorũ. xxviij. vir qui festinat ditari
et inuidet alijs. ignorat ꝙ egestas ei su
perueniat. ¶ Quarto generant accidiam
aut pigritiã: aut ignauiam hiero. xxviij.
sterilis fuit moab ab adolescentia sua.
et requieuit in fecibus suis. ¶ Quinto gene
rant gulam luce. xvj. homo quidam erat
diues et potens et epulabat quotidie
splendide. idem. xij. aĩa mea habes mul
ta bona reposita in annos plurimos. re
quiesce. comede. bibe et epulare. Dixit
autem illi deus. stulte hac nocte anima
tua egredietur a te. Que ergo cõgrega
sti cuius erunt ꝛc̃. ¶ Sexto generãt lu
xuriam eccle. xlvij. dicitur de salomone.
collegisti quasi auricalcũ aurũ: et cõple
sti quasi plũbum argentũ. ꝛ inclinasti fe
mora tua mulieribus. ¶ Septimo gene
rant accidiã. ezechie. xvj. hec fuit iniqui
tas sodome. superbia. habundantia pa
nis et ocium.

xlvj.
A ¶ Si vero tales diuites cu
perẽt a talibus liberari angustijs debe
rent facere ac etiã imitari qd̃ in figura
de salomone scribitur. iij. regũ. iiij. capi.
vbi dicitur ꝙ rex salomon naues mit
tebat in tharsis. deferentes inde aurum.
argentum. dentes elephantoꝝ. simias
et pauones in hierusalem. ¶ Moraliter
nauis salomonis denotat mentẽ cuius
libet diuitis qui ire debet per mare cõ
tritionis et penitudinis. et ire in thar/
sum ad explorandũ quid cõmisit diuici
as cõgregando: vnde venit. vbi existit
et quo finaliter vadit. ¶ Quantũ etiam
caro sit fragilis: et mũdi ꝓsperitas fal
libilis sit et labilis. et ex hijs aduertere
poterit mundi contẽptibilitatem et car
B nis fragilitatẽ. ¶ Et ex hac cõsideratõe
bona quinq; acquirere poterit et vale/
bit. videlicet aurum caritatis. argentum
puritatis. dentes diuine laudis. pauões
interne cõtritiõis. ꝛ simias sancte imi/
tatõis. Primo per aurum qd̃ est rubeum
dei et ꝓximi caritas denotat̃. quam qui
habet diues est. ad quã emendam chri
stus ortatur nos dicens illud apocali.
iij suadeo tibi a me emere aurum igni
tum vt locuplex fias. hec est caritas dei
que humanã mentem in dei amorem et
proximi subuentõem inflãmat. hanc di
ues a christo emit quãdo cor suum diuie
obedientie in omnibus subiicit. ex qua
quidem emptiõe fit aĩa locuplex coram
deo et angelis diuicijs: quas secum fer
C re poterit. ¶ Per argentum qd̃ est albũ
puritas denotatur quã quilibet maxie
diues pro posse seruare debet. hãc eni
precipit dñs obseruare dicens illud ꝓ
uerbioꝝ. xv. aufer rubiginẽ de argẽto.
et egredietur vas purissimũ. ¶ Per den
tes elephantoꝝ magnos et albos bene
ficioꝝ regraciatio denotat̃. ad hãc pro
pheta diuites ãmonet in psal. dicẽs. da
te gloriam laudi eius. ¶ Per pauones
eni dolor de dei offensa intelligit̃. qd̃ p
eius deriuatõem declarat̃. pauo eni di
cit̃ q2 pauorẽ audiẽtibus infert qñ vo
cem suã terribilẽ emittit. et significat il
lã terribilẽ iudicis vocem. Ite maledicti
ꝛc̃. que pauorẽ maxie diuitibus inferre
debet. et hic dolor similis pauoni esse
debet. q2 habet vocẽ demõis. pẽnas an
geli. caput spẽtis. et pedes leprosi. Sic
dolere debẽt diuites ex eo ꝙ voci de/
monũ paruerũt. pẽnã angeli proprij. q2
eius bone ĩspirationi nõ crediderũt. ca
put serpẽtis. q2 prudẽtiã eius nõ habu
erũt. docẽte dño. Estote prudẽtes ꝛc̃.
Et pedes leprosos. i. corp9 suũ cito mo
riturũ et fetidũ nõ cõsiderauerunt. pro
hijs omnibus valde plangendum est et

dolendū. Sed per simias que omia vi sa imitant virtuosoꝝ imitatio in operi bus virtuosis intelligit. ad que eos in uitat apostolus.j. ad corinth.vj.di. imi tatores mei estote sicut et ego christi. ⁊ sic virtutibus nauis bonoꝝ diuitū ple na ducet eos in hierusalē celestē. ¶ No ta scdz scripturas et caōnes ꝙ nauis di citur ecclesia ,ppter.vij.que in naui be ne ordinata necessario expediūt. Et pri mo nauicularius hic est ipse christus. in psal. nisi dñs custodierit ciuitatē cuius psonam gerit epus seu platus.xxiij.q. v.mulier.lxxxxiij.di.legimus ⁊.vij.q.j. surgere. Scdo gubernaculū est ipsa fides. quia sine fide impossibile est pla cere deo.xxiij.q.iiij. de trijs. ¶ Tertio arbor est bona intentio. vnde in euāge lio math.vij. arbor bona nō potest fru ctos malos facere.xlvij.di.omēs de re. iuris.ca.ij.extra. Quarto velū est spes que ab īteriori trahit. vñ apostolus dic spe gaudētes de cōse.di.iiij. nō ex quo ¶ Quinto lignū a quo velum depen det est caritas. q2 sicut quodlibet opus sine caritate inutile est: ita velum sine li gno.j.q.i.c. vide. ¶ Sexto funiculi qui bus velū regit sunt.iiij. cardinales vir tutes.xlj.di.sepe. ¶ Septimo naute vel nauigantes sunt fideles tendentes ad portū imortalitatis.ut.ij.q.j.multi corri guntur.

ad

di

¶ Tercio sic. illud est graue peccatum quod repugnat et contrariatur multis virtutibus maxime si contrariatur virtuti supreme. ſʒ simulatio amicicie multis virtutibus. s. caritati. fidelitati et supreme virtuti. s. caritati cōtrariatur proximi sine dilectione. ergo simulatio amicicie est graue peccatum. Quarto quia simulatio amicicie parat viam multis malis. et ex ipsa plurima mala oriuntur ut continue experimur. et per exempla sacre scripture docemur. Legitur enim ij. machabeorum. v. ꝙ cum apollonius venisset hierosolimam pacem simulās quieuit vsqʒ ad diem sanctum sabbati et tunc feritatis iudeis arma capere suis pcepit. et omnes qui simul ad spectaculum processerant trucidauit. et sic patet ꝙ simulatio amicicie non solū quia est quoddā mēdaciū: sed etiaʒ qꝛ ē mēdaciū in re maxime vtili et nobili. et necessaria vite humane est graue peccatū et ideo talis amicus factus est omnino vitandus. vnde versus. Nulla pestis ꝗ̄ familiaris inimicus. Non odium grauius ꝗ̄ simulatus amor. De scdo quesito etc̄. Dicendum est ꝙ effectus et signa dilectionis ex interiori dilectione procedunt et ei proportionantur. dilectio autem interior ad inimicum in cōmuni quideʒ est de necessitate precepti absolute. in speciali autē non absolute. sed ſm animi preparatōem. Sic igitur dicendum est de effectu vel signo dilectionis exterius exhibenda. Sunt eni quedam beneficia vel signa dilectionis que exhibentur pximis in cōmuni: puta cum aliquis orat pro omnibus fidelibus. vel pro toto. aut cum aliquod beneficium impendit alicui toti cōmunitati. et sic talia beneficia vel dilectionis signa inimicis exhibere est de necessitate precepti. si eni non exhiberentur inimicis: tunc pertineret ad liuorem vindicte ſm illud quod dicitur leuitici. xix. non queres vltionem. non eris memor iniurie ciuium tuorum. Alia vero sunt beneficia vel dilectiōis signa que quis exhibet particulariter aliquibus personis ꝛ talia beneficia vel dilectōis signa inimicis exhibere non est de necessitate salutis nisi scdm̄ preparationem animi: ut. s. subueniat ei in articulo necessitatis ſm illud prouerbiorū. xxv. Si esurierit inimicus tuus ciba illum. Si sitierit potum da illi. Sed ꝙ preter articulū necessitatis huiusmodi beneficia aliquis inimicis exhibeat. pertinet ad perfectionem caritatis. per quam aliquis non solum cauet vinci a malo quod necessitatis est. sed etiam vult in bono vincere malum quod etiam est perfectionis dū scʒ non soluʒ cauet propter iniuriā sibi illatam detrahi ad odium. sed etiā propter sua beneficia inimicū intendit protrahere ad suū amorē. Concordat hiis petrus in. iiij. sententiaꝝ di. x. De tertio quesito videlicet que potuit esse causa ꝙ hec salutatio videlicet deus te saluet magis sit in vsu ꝗ̄ alie salutatiōes Dicendum ſm doctorem egregiū ꝙ in hac breui salutatione tanguntur principaliter duo credibilia fidei in quibus virtualiter et implicite tangunt̄ omnia credibilia ac etiam articuli fidei catholice. nam primo tāgitur esse diuinum cū dicitur deus. In esse autem diuino continentur ꝛ includuntur omnia que credimus eternaliter existere in quibꝫ nostra beatitudo cōsistit. Scdo tāgitur dei prouidētia quam deus habet de salute hominū cum additur te saluet. In fide autem prouidentie dei includūtur omnia que credimus temporaliter esse facta a deo propter nostram salutem. s. incarnatio passio resurrectio ascensio.

Uolentes igitur fideles vno breui vocabulo totam fidei substantiam exprimere. et omnia que fides ponit confiteri vtuntur hac salutatione. Deus te saluet. ut p hoc ostedāt se esse catholicos et fideles et ut exprimant desiderium quod habent de fide aliorum ut ipsam recipiant et teneant. ¶ Ex hijs igitur patet veritas predictorum.

A

¶ Incipit octauum autoris preceptum.

Mutuum da. Postq̄ autor in proximo precepto precedēti prebuit rudimēta ad amiciciam. vel affabilitatem prouocantia per signa extrinseca que quidem exhibētur per verba anime et corporis salutem optantia indifferenter quo ad omnes. et maxie quo ad pares et equales. nunc vero subsequenter in hoc precepto prebet rudimenta ad beniuolentiam et amorē inducentia. quo ad signa etiam extrinseca. que nō soluz exhibentur per verba. verum etiam potius per bona facta. maxime quo ad proximorū subuentionem. et hoc intendit autor in hoc pcepto dū dicit mutuū da. ¶ Istud preceptū extendit se ad omnes species iusticie. et maxime cōmutatiue. Pro cuius tamen precepti euidētia est sciendū q istud preceptum duplicem potest habere lecturam. et sic per cōsequens duplicem intellectum. vt sit sensus quo ad vnam lecturam. mutuū da. i. redde qd tibi mutuatū est. et sm istum intellectū tenetur passiue vel aliter. ¶ Da mutuū idest cum tibi petitur ab indigenti pecunia vel alia res sibi necessaria: statim ex caritate mutuare et concedere eidez debes. maxime in necessitatis articulo et hoc sine spe lucri. iuxta domini preceptuz luce. vj. mutuū dantes nichil inde sperantes. trāssumptiue in decretali cō suluit. de vsuris. et hoc mō tenetur actiue. ¶ Ad istius precepti obseruantiam compellere ac inducere nos debent specialiter quinqz. s. sacra scriptura natura canonica iura: piorum exempla ac etiaz crudelia vsurariorum tormenta. ¶ Primo scriptura exo. xxij. nec vsura opprimes eum. et leuitici. xxvj. pecuniam tuā non dabis ad vsuraz. Et deute: o. xxiij. dicitur nō fenerabis fratri tuo ad vsuram. Et ezechiel. xviij. ad vsuram non accomodaueris. Et idem. xxij. et luce vj. mutuum dantes rc̄. vbi supra. vnde in psal. qui pecuniam suā non dedit ad vsuram etc̄. Et crisostomus super matheum omel. v. Mutuo da ampliores capere vsuras. mutuo da accepturus: vbi nulla inuidia. nulla accusatio neqz insidiatio. neqz timor mutua nullo indigenti. s. christo. et propter te necessitatē habēti. esurienti et omnes nutrienti. sequitur nil vsuris turpius vel crudelius alienas hic negociatur miserias. et lucrum scilicet sibi alterius aduersitatem facit. ¶ Et ponit exemplum q talis est quasi manū suscipiens et in naufragium expellens. luce. xvj. facite vobis amicos de mamona iniquitatis rc̄. vnde dare ad vsuras malo modo idē est q pauperes trucidare. vnde tullius ij. de tusculanis questiōibus. Cum querēretur a cathone quid expediret in re familiari Et responderet bene pascere bene vestire. bene arare. Et cum quereretur an fenerari. s. expediret? Respondit. Quid est hominem occidere. q. di. fenerari esse occidere. Secundo natura ad hoc cōpellit. ut. s. subueniatur proximo indigenti. etiaz sine vsura. quia cōtra naturam est vsuram accipere de pecunia mutuata. Et ad hoc pbādum sciendū est q q̄tuor sunt species mutuationis pecuniarie. s. naturalis cāpsoria. obolostatica. et theocos seu vsura. Naturalis est que ex rebus naturalibus

sicut est in agris et animalibus. Secunda species est campsoria que a pecunia incipit et in pecuniam terminatur. et fuit inuenta propter hoc quia pecunia in regione in qua est facta plus valet quam in alia. et ideo sub cambio portatur de loco ad locum. Et ideo causa lucri inuenta est campsoria. Tertia species scilicet obolostatica quod idem est quod ponderis excessiua. que ideo inuenta est. quia aliquando pecunia est maioris ponderis. et tunc resoluebatur in massam argenti vel auri. et exinde fiebant vasa aurea vel argentea vel aliquid aliud. Quarta est theocos vel vsura quod idem est quod partus denariorum. Omnes iste tres vituperabiles sunt. quia omnis species que incipit a pecunia et in pecuniam terminatur videtur finem ponere in pecunia. Prima autem est supportabilis. Sed vsura maxime est vitupera bilis et detestabilis. quod ostenditur dupliciter. Primo quia primo pollitice vsura est partus denariorum. sed parere est de natura rerum naturalium. Est antem contra naturam rerum artificialium sic multiplicare seipsam. ut patet de arcba et stagno si manent simul que se non multiplicant etiam diuisa. igitur vsura est contra naturam. quia recipitur plus de pecunia post lapsum temporis cum non multiplicet seipsam in arcba existens. Secundo quia vsura idem est quod rapina. ratio est quia rapere vsum de re que non habet vsum est rapina. sed pecunia non habet vsum separatum a sui substantia. quia vsus pecunie inquantum pecunia est. scilicet sub forma pecunie concedi non potest sine consumptione illius substantie. De re autem cuius vsus potest concedi sine consumptione substantie. recipi potest pecunia aut aliquod equiualens pecunie. Usus tamen rei secundum philosophum est duplex. vnus est principalis et primus. alter antem non. De vsu primo pecunie que est consumptio ipsius non potest aliquid recipi. De vsu autem non primo et minus principali seu secundario que est ostentatio. siue quando ponitur loco pignoris recipere non est vsura. sicut aliquando faciunt mercatores vt diuites videantur ostendunt pecuniam. Ad autoris preceptum inducunt tertio iura canonica. ac etiam ad hoc compellunt ut. scilicet indigenti mutuare debeamus. scilicet sine spe lucri: alias est vsura. secundum canones ut. xiiij. q. iij. si fenerarius. quod tamen intelligi debet secundum gof. quando causa mutuandi ponitur in expectatione lucri vel emolumenti. alias enim si principaliter moueatur ad mutuandum propter caritatem. et credit quod ille talis mutuans in aliquo retribuet. non est viciosum. ar. ad hoc. lxxvij. di. in singulis. lix. di. si officia. et. lxj. di. quid proderit. quando vero sub spe recipiendi mutuat pecuniam si alias non erat mutuaturus. quicquid postea etiam gratis accipit: vsura est. siue sit pecunia: siue res alia. et siue consistat in dando: siue in soluendo. hec probantur. xiiij. di. q. iij. capi. j. ij. et. iij. Quia vero iudei videntur velle asserere quod non est vsura alienigenis mutuare etc. ad hoc legem diuinam allegantes. Ideo puto curiosum ac etiam utile rationes et allegationes eorum friuolas ad eorum confutationem discutere ac etiam perscrutari. Unde si velimus rationes iudeorum subtiliter indagare per quas se tuentur dicentes quod mutuare alienigenis sub vsuris secundum legem moysi non est eis peccatum imo licitum. ac etiam ut asserunt per veterem legem concessum. prius est videndum quales rationes adducunt. Dicunt enim quod concessum ideo eis fuit ab alienignis vsuras accipere ad hoc ut maius malum euitarent. scilicet ne a iudeis deum colentibus vsuras acciperent. et hoc propter auariciam cui dediti erant. ¶ Item aliam rationem adducunt. Dicunt enim quod lex ciuilis imperatorum christianorum permittit vsuras accipere. igitur etiam ipsis lex eorum ¶ Item tertio adducunt aliam rationem asserentes quod illa acceptio vsure agentibus inter quas ipsi iudei habitabant potius erant rei sue recuperatio B

q̄ȝ vsura. quia tota illa terra iudeis da
ta fuerat a domino ¶ Per supradictas
rationes conantur se tueri ꝙ licitū sit
alienigenis sub vsuris mutuum dare.
Hijs friuolis rationibus respondetur
ꝙ non est eis licitum alienigenis mutu
are sub vsuris. vnde dicit Ray. ꝙ si iu
deus accipit vsuras a christiano ꝙ mor
taliter peccat. et potest ab ecclesia com
pelli ad restituendum per iudicium ec
clesie: videlicet substrahendo ei cōmu
nionem christianorum. hec probantur
in decretali. post miserabilem de vsu/
ris. vel saltem tales coherceudi sunt a
principibus ac etiam prelatis modo pre
libato ne imoderatas vsuras exigant.
vt in decre. q̄ȝto. extra eo. Per locum
autem a contrarijs christiano licet vsu
ras ab hostibus fidei catholice accipe/
re contra quos iustū bellum gerit. hec
probantur in canone ab illo .xiiij.q.iiij.
ab illo. quia accipiunt quod suum est.
hoc dicit ambro. Ad rationem de legi
bus imperatorū christianorum rc̄. Re
spōdetur ꝙ leges que permittunt vsu
ras abrogate sunt etiam per leges se/
quentes. Cum eni imperator se ample
cti dicat quatuor consilia vniuersalia a
deo ut per ea suis derogetur legibus.
ideo in niceno consilio quod est vnum
de illis reprobantur vsure. ut in cano/
ne. qm̄. xviij. di. Ille tamē leges que per
mittunt vsuras exigi ratione interesse
vel more stare possunt si sane intelli/
gantur. Nota f̄m canones ꝙ ecclesia
etiam in duodeci infrascriptis casibus
iudicat de iudeis. Primo ne nobiscum
comutentur. xxviij.q.j. sepe. Scd̄o vt a
testimonio et accusatione repellantur.
ij.q.vij. alieni. Tertio ne publica pote
state fungātur. ut. liiij. di. nulla Quarto
ne mancipia christiana habeant vel nu
trices de iudeis iudei. Quinto ne emāt
ea nisi venalia exposuerunt infra tres
menses. liiij. di. fraternitatē. Sexto ne
synagogas nouas construant. extra. e.
consuluit. Septimo ne in die parasce/
ue in fenestris appareāt. extra de iude.
ca. quia vero. Octauo ne de predijs ha
beant decimas. extra de deci. de terris.
Nono ut pena pecuniaria puniant̄. liiij.
di. fraternitatem. Decimo ne christiana
mancipia circūscidant. liiij. di. nulla. Un
decimo ne verberibus subiiciantur. xx
viij.q.j. sepe in fine. Duodecimo ne ex
testamento catholici quid accipiant. xx
iiij.q.ij. sane. ¶ Insuper etiam nota f̄m
canones ꝙ noluit deus ne iudei peni/
tus destruerentur: sed potius disperge
rentur propter tres causas. Ecclesia au
tem non persequitur iudeos q̄ȝuis per
sequatur hereticos. ¶ Primo quia in fi
ne mundi debent conuerti. iuxta illud
conuertentur ad vesperam rc̄. in psal.
Secundo ut sint nobis memoriale do
minice passionis. ut quotiens eos vide
mus totiens dominice passionis recor
demur psal. attestante. ne q̄n ait occi/
das eos ne quando obliuiscantur po
puli mei. ¶ Tertio quia sunt liberarij
nostri. august. super psalmi. ne forte
pagani nobis dicant. vos christiani lit
teras istas composuistis. proferimus
codices ab ipsis iudeis inimicis. ut alios
inimicos cōfundamus. codicem portat
iudeus ut michi credat christianus libe
rarij nostri facti sunt. quomodo serui
post dominos codices ferre solēt. Hec
que dicta sunt faciunt pro prima lectu
ra. que tenet̄ actiue. videlicet quia quis
mutuare debet ex caritate idigēti siue
spe lucri vel vsure. Quo ad secundaȝ
litteram que tenetur passiue videlicet
cum quis reddere tenet̄ quod sibi mu
tuatum est. Circa hoc est de tali que/
stione querendum. videlicet vtrum pe
ius faciat ille qui negat mutuum q̄ȝ ille
qui negat reddere depositum deponen
ti? Huic questioni breuiter responde/
tur ꝙ peius facit ille qui negat deposi
tum q̄ȝ qui negat mutuum. et hoc pro
pter tria. Primo quia negans depositū
directe agit contra amiciciam. nam ille
qui deposuit penes alium: ideo depo/
suit quia credebat euȝ esse amicum. ille
autem qui mutuū dedit non dedit vt

amico precipue. sed ut indigenti. licet etiam cum hoc contrahere possit amiciciam. Secundo quia magis agit contra legem fidelitatis. nam ille qui deponit credit esse fidelem illum penes quem deponit. alias non deponeret penes eum. dans autem mutuum non dat precise intuitu fidelitatis: sed magis intuitu pietatis et indigentie. Et hec est ratio quare adversus depositum non admittitur compensatio adversus mutuum sic. ut. C. de compensa. l. fi. Tertio quia deterius est ledere infortunatum quam fortunatum. nunc autem deponens videtur esse infortunatus. quia propter infortunium vel periculum infortunij futuri videtur deponere. Mutuum autem dans non ut infortunatus sed ut benefortunatus dare videtur. quia nisi esset benefortunatus et habundans: non daret mutuum indigenti et ab eo petenti. Quarto ad autoritate precedentium inducunt piorum exempla. Ad hoc optime facit quod narratur in historia tripertita libro primo de quodam amico dei episcopo qui spiridion nuncupatus est. erat enim ei talis mos quod ex fructibus episcopatus quos colligebat: aliquos erogare pauperibus. alios mutuare nec per se dabat: nec per se recipiebat. sed petentibus dicebat ut quantum opus haberent: tollerent. et denuo redeuntibus dicebat ut reponerent quantum se accepisse noverant. Ad quem accessit aliquis et sic mutuum accepit. et reversus non reposuit quod acceperat. sed auferens secum abcessit. estimans eum hoc latere. Et iterato venit petens idem mutuum. quem misit episcopus ad horreum ut acciperet. ad quod veniens totaliter invenit vacuum. quod denunciavit episcopo. Cui ille. mirum est quod tibi soli est visum esse vacuum et non alijs. sed vide ne quod alias tibi mutuatum est solvisti. et ille sic captus quod delinquerat indicavit episcopo. et sue subiecit voluntati. Et sic patet episcopi caritas mutuationis apud deum acceptabilitas fidelitatis in restituendo detestabilitas.

Circa quintum videlicet de usurariorum tormentis crudelibus est sciendum quod usurarij super omnes alios peccatores maiora et crudeliora patiuntur tormenta. et merito. quia plura et maiora committunt peccata. ex eo quia plures in pluribus offendunt. Quod taliter persuaderi potest. nam peccatores ceteri interpollationem aliquam faciunt in peccatis. usurarij vero qualibet die et qualibet hora et quolibet momento. quolibet festo peccant. usuras videlicet sine aliqua interpollatione temporis extorquendo. et ideo quantum ad hoc videntur peiores esse. ac etiam plura committere peccata quam iudas ille enim solum vendidit christum. usurarius autem vendit non solum christum sed etiam beatam mariam. verumetiam angelos ac omnes sanctos et sanctas dei. quia eorum festivitates computat in usuras. et quia similis est iude in culpa. ideo similis erit ei in pena. Judas enim in aere qui medius est inter celum et terram interijt. ad innuendum quod nec in celo stare debebat cum angelis et sanctis quos offenderat. nec in mundo cum hominibus quos turbaverat. sed in aere cum demonibus quorum voluntates expleuerat. Sic revera usurarius non habitabit in celo. quia deum et beatam virginem angelos ac etiam omnes sanctos et sanctas offendit. Et ideo celi. i. omnes sancti revelabunt. i. accriter accusabunt iniquitatem suam ex eo quod eorum festa prout debebat et poterat non celebravit et honoravit. nec in mundo. quia homines perturbavit ipsos per usurariam pravitatem spoliando. Sed ut plurimum usurarij similes sunt cocodrillo. de quo dicitur quod pulcher est ante. turpis retro. fortitudinem habet in cauda. nec avis est nec bestia. Est enim quoddam monstrum quod habet pedes equinos. Et cum habitet in aquis exit ad pascendum. et libenter comedit herbas aromaticas. Sed ydra quoddam genus serpentis valde exiguum quod habet exosum se abscon-

dit in herbis. et dum cocodrillus her bas comedit serpens ille paruulus per guttur intrat cum herbis in ventré su um. et tandem ipsius perforato ventre exit. et sic cocodrillus eius inimicum oc cidit. ¶ Moraliter directe sic vsura/ rio per omnia contingit. nanqꝫ vsura/ rius similis est cocodrillo qui pulcher ante dicit videlꝫ in pricipio. Cū eni pau per venit ad eum causa mutui in princi pio blandia loquitur. sed cauda multū est fortis. quia si per multum tempus reddere debitum distulerit: in fine euꝫ destruit et ad amara littora paupertā tis perducit. De talibus bene vaticina tus est ꝓpheta dicens. viduam et ad/ uenam interfecerunt. et pupillos occi derunt. Potestas eni illoꝝ. s. vsurario rum dicitur esse in ore et cauda ipsoruꝫ apoc. ix. Item cocodrillus habet pedes equinos. quia vsurarius equus est dy aboli. de quo i apoc. vj. vidi equū palli dum. i. vsurarium. quia reuera ut pluri mū pallidi sunt et saturnini et melan/ colici. Et qui sedet super euꝫ nomen illi mors. i. dyabolus qui sedet super eum dimittens habenas largas dum viuit. hoc est de peccato vsure ruere permit tit in peccatū luxurie. et sic de singulis. &c. post mortem vero ad inferni stabu lum introducitur vbi non comedit: sed a serpētibus comeditur. nisi forte sicut dicitur apoca. xvi. comedent linguas su as predolore ¶ Iste insuper cocodrillus vsurarius libenter comedit aromati/ cas herbas. hoc est cibaria delicata lau te preparata. Et ideo sicut ait hierony. propter gulam prauaꝫ voluntatem lu/ strat terras et maria. sed finaliter ydra serpentulus quā odio habꝫ. s. mors que latet in herbis preciosis. s. cibarijs de quibus aliquando tantum comedit ꝙ morbum periculosum incurrit. vnde se quitur mors que quidem sicut serpens ille ut est dictuꝫ eum perimit. spirituali ter et cōfundit. Sed reuera ipse vsura rius in inferno cum demonibus quos per auariciam adorauit: cruciabitur ine

ternum iuxta illud ad coll. iij. auaricia que est ydoloruꝫ seruitus quorum vsu rariorum cruciatus et tormenta sub fi gura amphore in qua erat mulier ostē dit angelus zacharie prophete eiusdeꝫ v. ca. vnde interrogante zacharia ange lum qui esset. respōdit angelus. oculi eo rum in vniuersa terra. et positum est su per os amphore talentum plumbi. Et interroganti zacharie quid esset: Rē/ spondit angelus. hec est impietas. Ue nerunt tandem due mulieres alas mil ui habentes. ipsam amphoram et eum de terra secum asportantes. Interro/ ganti tertio zacharia quo ferunt mulie res ille amphorā: Respōdit ei angelus ut edificetur ei locus in terra sennaar. et ponatur super basem suam. Hec omnia ostensa sunt ipsi zacharie in spiritu. ¶ Moraliter mulier in amphora est aua ricia in anima. et ideo nominatur ocu/ lus corū in vniuersa terra. Seneca ocu lus auari in finibus terre. Per talentū plumbi quo clauditur os amphore im pietas denotatur qua claudit cor aua ri. nam sicut auarus pauperibus et ege nis viscera claudit pietatis: ita iusto dei iudicio sibi ipsi crudelis est ne os aperi re queat ad diuinam gratiam postulan dam. psalmista attestante. qui ait muta fient labia dolosa. Seneca in ꝓuerbijs auarus nulli est bonus sibi vero pessi mus. vnde bene per august. dicitur: im pietas p illas duas vo mlieres alis mil ui alatas due circa auari animū conditi ones pessimo possunt luculenter deno tari. scilicet auiditas in acquirendo. et austeritas in retinēdo. nam hee due so rores velut miluus omnem modū quo uis imunduꝫ aut turpem vsurario aua rissimo suggerunt. vna eni attendit ip sum ad capiendum. alia vero ligat ma nus ne restituenda dimittat vniuersa iob tenebitur planta eius laqueo et ex ardescit contra euꝫ stirpus. Demū hee due mulieres tollunt vsurarij auarissi/ mi animā de libro vite. et deferūt eam in terram sennaar. que excussio dentiuꝫ

interpretatur. et recte exteriores tenebras denotare videntur. s. inferni: vbi erit fletus et stridor dentium. vbi enim eternaliter vsurarius stabit super basez suam quam sua sibi procurauit culpa. Patet igitur q͏̄tum malū hee due pessime conditiones ipsi vsurario procurāt. quia in acquirendo et retinendo in hac vita molestant. ꝛ in sequenti eterno tradentur incendio. vnde grego. in quadā omel. auarus inquit ardescit estu concupiscentie ac multiplici cura quotidie postmodum igne iehenne. ¶ Vsurarij igitur ut est dictum nedū offendūt deum et omnes sanctos. verūetiā vxores proprias et filios: ac etiam totā familiā interimunt dum ad consentiendū vsuris et iniquitatibus eorūdem ipsos alliciunt ac inducunt. et dum etiam de male acquisitis totaliter abutuntur. quod facere minime debent. sed potius omnia mala pati q͏̄ huic tanto malo consentire. hoc attestante apostolo ac dicente. Sanctius ē fame mori q͏̄ ydolatico vesti. Hec cōsiderans propheta in psal. sic inquit. Immolauerunt filios suos et filias suas demonis. vn̄ in exortatōibus sanctorum patrum legitur q͏ quidā sanctorum patrum rogauit dn̄m vt ostenderet ei penas infernales et loca crudelia tormentorū. Tandem exaudiuit euz dominus. et misit angelum suū qui duxit eum ad infernum. et ostendit ei diuersa tormentorum genera inter cetera tormenta horribilia vidit scalaz in qua erant decē gradus super quibus suspēsi erant decem homines vnus super alium. Primus quidē erat senex antiquissimus miser et putridus. sub quo erant alij singuli in suo gradu suspēsi. hos autem demones cruciabant. hos crudeliter flagellabant. hos vnguibus ferreis laniabant. Hos vero cum cōtemplatus fuisset: visum fuit ei q͏ pena eorum maior erat omnibus alijs penis inferni. admirās quesiuit ab angelo qui essent illi. Respōdit angelus ille qui super est primo gradu fuit quidam senex qui diuicias de vsuris acquisiuit multas. et q͏r non satisfecit ineternum illam penaz sustinebit. Secundus fuit eius filius qui q͏̄uis nō dedisset pecuniā suam ad vsuras: tamen quia retinuit patris pecuniā et hereditatem per eum male acquisitam et satisfacere noluit pro patre. ineternum hanc penam sustinebit cum patre similem. Tertius fuit nepos primi et filius secundi. nec vsurarius fuit: nisi illa que acquisiuit auus suus per vsurā scienter retinuit. et propter hoc penam consimilem cum patre et auo sustinebit. q͏̄diu beata virgo cum filio suo in celis regnabit. Quartus fuit filius tertij. Quintus filius quarti fuit. Sextus fuit filius quinti. Septimus fuit filius sexti. Octauus fuit filius septimi. Nonus fuit filius octaui. Decimus fuit filius noni. Et vnus post alium in hereditate primi patris male acquisita diligenter successit: nec satisfacere voluit. et ideo cum primo q͏̄diu dominus erit in celo penam supra scriptam sustinebit.

¶ Ecce quomodo vsurarius non solū filios sed etiam nepotes et vltra vsq͡ʒ ad decimam generationez occidit. imo q͏ plus est si aliquis hereditatem male acquisiuisset et in hereditate male acquisita succedit scienter: et non restituit damnabitur ꝛ ineternum peribit. et ita dominus vindicat peccata patrū in filios: non tantum in tertiam et quartam sed in plusq͏̄ decimam generationem. Et ideo propheta osee. xix. ca. pro vsurarijs mirabilem orationem facit. dicēs Da eis domine quid dabis vuluam sine liberis ꝛ vbera arentia. videbat enī propheta tot per vsurerium damnatos videbat etiā q͏ occidebat filios. et ideo rogauit dn̄m q͏ daret vuluam absq͡ʒ liberis. s. q͏ vxores eorum non possent filios portare. et vbera arentia: ut si cō tingeret q͏ filios peperissent: lac nō haberent de quo filios nutrire possent. et sic saltem in cunis morirentur. et ad etatem adultā nullatenus peruenirent in qua iniquitatem patrum sequerentur.

et sic damnationem euadere possent. ¶ Item vsurarius occidit totam famili am.s.seruientes qui viuunt de vsura.⁊ pro seruicio suo de male acquisitis scien ter recipiũt munera.quod prohibet do minus leuitici.xxij. omne morticinium etiam a bestia captum non comedetis. bestia dicit̃ quasi vastia.eo ꝙ a vastan do dicitur. quod quidem nomen bene vsurario conuenit qui multa deuastat. quia hodie fere totum mundum de/ struunt vsurarij. ¶ Pro predicto/ rum declaratione magis in speciali est de tali questione querendum.videlicet vtrum vxor et familia vsurarij vel ra/ ptoris qui scienter comedit bibit ac etiã induit.de talibus teneantur restitutiõi? ¶ Breuiter dicit Ray.ꝙ tenentur de omnibus que sic consumunt nisi in ca su.s.cum agunt causam spoliatorum re mouendo et inducendo ipsum vsura/ rium vel raptorem ad restitutionem fa ciendam.tunc enĩ non tenetur.nam qui alterius negocium gerit vtiliter etiam ignorãtis et absentis licite expensas re cipit:siue vtilitas secuta fuerit siue nõ. ff.de nego.gesto.l.j.et.l. pomp̃.et.l.sed an vltro.et hoc intelligo pro eo tempo re quo circa talium correctionem labo rauerunt.non ꝙ vxor ⁊ familia possint viuere toto anno de rebus raptis pro vna admonitiõe vel duabus.sed q̃diu instant in oportunis horis satis concor. vuil. et hosti.vnde ergo viuet vxor et familia ipsius vsurarij vel raptoris.Di cit idem Ray.ꝙ si ibi sunt aliqua de iu sto potest istud consumere vel expen/ dere si non sint alia aliunde sibi victuʒ querat.vel ab amicis aut cõsanguineis vel operando aut etiam per elemosinã Et idem dico etiam si aliqua sint ibi de iusto.sed vel ita mixta sunt ꝙ non pos sunt discerni.vel si possunt:maritus nõ permittit ꝙ si nullo de predictis mo/ dis victuʒ inuenire potest restat triplex auxiliuʒ. Primum si potest habere de dote vel sponsalicio.s.donatione ei pro pter nuptias facta vnde inde viuat. Scd̃m ut denũciet talibus qui possunt prodesse.vel etiam si probari potest de nũciet episcopo ut compellat eum vxo rem pascere de iusto.xiij.q.j.si peccaue rit.xxij.q.v.hoc videt̃ extra de iureiur. Q̃admodum.et de dona. propter nup. per vestras. ¶ Tertium auxilium est.ut si esset in arto posita.tunc in necessitate posset etiam de rapina vel vsura viue re.quia necessitas non habet legem.de conse.di.j.sicut.et di.v. discipulos.quic quid autem sic expendit doleat in ani mo et proponat q̃cito poterit restitue re.et vtatur partius.s.ad solam necessi tatem. ¶ Posset etiaʒ viuere et quilibet alius cui raptor vel vsurarius daret de precio rerum raptaꝝ quas vendidisset. quia precium rei furtiue non est furti/ uum. hoc dico si maritus al' est soluen do:secus si non soluendo. aut per hoc fieret non soluendo. ¶ Retentis etiam eisdem terminis queritur quid deserui entibus vsurarioꝝ qui nichil haberent preter vsuras.vtrum licite recipere a ta libus valeant mercedem suum. ¶ Bre uiter dicẽdũ est ꝙ licite recipe possunt ab vsurarijs suam mercedem si seruiũt vtiliter in licitis et honestis aut necessa rijs.nam vtilitas quam cõsequitur vsu rarius ex opere seruiẽtium cum merce de cõpensatur quam dat seruientibus illis:nec possunt dici pauperes propter mercedem datã:cum loco mercedis ha buerint cõmodum operarum. Si autẽ seruierint in illicitis non credo ꝙ de/ beant recipere mercedem de huiusmõi Idem etiam iudicandum est de culto/ ribus prediorum et alijs eorum merce dem varijs. Et sic patet veritas predi ctorum.

¶ Incipit nonum auto/ ris preceptum.

Cui des videtō
Postq̄ autor in pro
xime precedenti pre
cepto posuit rudimē
A ta ad amiciciā ꝛ affa
bilitatem inducentia
per signa extrinseca
que nedum exhiben
tur per verba ut est proximum salutan
do. verumetiam potius per beneficio/
rum exhibitionem. ut quis cum indigē
ti pecunia vel alia re necessaria ei sub/
uenit mutuando. Nunc vero subsequē
ter in hoc precepto prebet rudimenta
scilicet cui est subueniendum. et q̄ꝙ scḋm
apostolum ad galath. vj. omnibus sit
mutuandum ac etiam benefaciendum
dum adest nobis tempus merendi ma
xime ad domesticos fidei. tamen scḋm
theologos et morales philosophos in
dando mutuum: vel al'. indigenti subue
niēdo: est in hijs delectus habēdus scḋz
ꝙ infra latius explicabitur deo duce.
¶ Ad hoc autem faciendū inducit au/
tor vnūquemqꝫ dum dicit. Cui des vi
deto. ¶ Pro cuius tamen precepti intel
ligentia est sciendum ꝙ istud preceptuꝫ
includit in se liberalitatis virtuteꝫ. que
scḋm aliquos est pars iusticie. Et dicit
ambrosius primo de officijs ꝙ iusticia
ad societatem humani generis refertur
Societatis enim ratio diuiditur in par
tes duas. in iusticiam et beneficentiam
quam eandem liberalitatem aut beni/
gnitatem vocant. ꝛ sic liberalitas ad iu
sticiam pertinere videtur. tamen scḋm
sanctum thomam scḋa. ij. q. cxvij. libe/
ralitas proprie loquendo non est pars
iusticie. quia iusticia exhibet alteri quod
eius est. Liberalitas autē exhibet qḋ
est suum. habet tamen quandam conue
nientiam cum iusticia in duobus. ¶ Pri
mo quidem quia principaliter est ad al
terum. sicut et iusticia. Secundo quia
est circa res exteriores sicut et iusticia.
Et idō liberalitas a q̄busdā ponit' pars
iusticie: sicut v'9 ei ānexa vt principali

¶ Ad huius tamen precepti obseruan
tiam quatuor principaliter inducere de
bent: videlicet sacrarum scripturarum
istructio. sacrorum canonum preceptio.
moralium philosophorum eruditio. et
sanctorum patrum exortatio. ¶ De pri
mo inductiuo eccle. xij. scribitur. Si be
nefeceris: scito cui feceris. et erit gratia
in bonis tuis multa. et inuenies retribu
tionem magnam. Et si non ab ipso cer
te a domino. Et hieronymus da paupe
ribus: non locupletibus. non superbis.
da quo necessitas sustentetur: non quo
augeantur opes. ¶ De secundo inducti
uo querunt doctores de tali questione
vtrum omnibus indigentibus indistin
cte sit subueniendum? ¶ Respondendū
est distinguendo. quia aut potes om/
nibus habundare: aut nō potes. In pri
mo casu potes indistincte omnibus indi
gentibus subuenire. Ad hoc nos iuitāt
exempla loth et abrahe qui omnes in
differenter accipiebāt ꝓpter quod etiā
angelos recipere meruerunt. si eni non
omnes recepissent: angelos inter alios
repulissent. In hoc eni casu ait crisosto
mus in epistola ad hebre. Transsumpti
ue in canone quiescamus. xlij. di. vbi di
cit quiescamus ab hac surda ac dyaboli
ca et peremptoria curiositate scilꝫ discer
nendo inter pauperes. non enim ex vi
ta coꝝ quos accipis mercedeꝫ tibi retri
buturus est deus. sed ex volūtate et ho
norificentia multa ex misericordia ꝛ bo
nitate. ¶ In secūdo casu cum nō potes B
omnibus indigentibus succurrere dicit
ambrosius in libro de officijs. Et habe
tur transsumptiue in canone non satis.
lxxxvj. di. circa hoc. ix. esse considerāda
videlicet fidem. causam. locum. tempus
modum necessitudinem. propinquitatē
etatem. debilitateꝫ. conditionem seu no
bilitatem. ¶ Fidem primo quia fidelis
preferendus est infideli. hoc est verum
in alijs preter q̄ in patre qui in elemo
sina. preferendus est fideli. vnde dicit
Ray. ꝙ in exhibitione nutrimenti pre

ferendus est pater: licet in dilectiōe preponendus sit extraneus. ar. xxx. di. ca. j. Preceptum enim domini est. exo. xx. honora patrem tuum ꝛc. Nullum nāqз beneficium tantum est sicut parentum ideo parentes in recompensandis beneficijs sunt omnibus preferēdi nisi necessitas ex alia parte prepōderet. vel aliqua alia conditio. puta cōmunis vtilitas ecclesie vel reipublice. vnde etiaз in extrema necessitate magis essent filij deserendi q̄з parētes. cui concordat sanctus tho. scda. ij. q. xxxij ¶ Causam quia illi qui tenentur ab hostibus capti sunt alijs preferendi. Locum. ut si captus propter debituз aliquis iustus excrucietur in carcerem: aut in penis et supplicijs. nam si omnibus debetur misericordia: iusto amplius ¶ Tempus nam si tempore afflictionis sue nichil a te impetrat. Si tēpore periculi quo ad mortem rapitur plus apud te pecunia tua valeat q̄з vita morituri: non est leue peccatum imo mortale. ¶ Modum ut non totum vni nec simul effundātur opes: sed discrete dispensentur. nisi forte quis ex toto vellet relinquere seculū sicut heliseus. iij. regum. xix. cap. de quo ponit ambrosius ibidem. qui boues suos dedit ad esum: et pauit pauperes ex eo quod habuit ut nulla cura teneret domestica: sed relictis omnibus in disciplinam se propheticam daret. ¶ Necessitudinem. ut propinqui ꝛ ꝯsanguinei extraneis preferantur. ita tamē ꝙ causaз prestet natura. non gratiam. i. non ditētur propter carnalem amorem. sed pascentur propter carnis sustentationem ¶ Etatē. quia senes sunt iuuenibus preferendi. Debilitatem. quia ceci claudi valitudinarij et similes debent preferri sanis. ¶ Nobilitatem. i. verecundiā que ingenuos prodit natales: quod presertim attenditur in hijs qui ex diuicijs sine suo vicio ceciderunt in egestatem. Hec predicta nouem plenius exprimuntur in predicto canone non satis. lxxxvj di. ¶ Nota fm canones ꝙ in exercendis operibus caritatis seu pietatis tria consideranda occurrūt. Primū est qualitas petētis. quia si ignotus est et inhonestus: nō est ei dandum. lxxxvj. di. donare nisi egeat ad mortem. nam tūc dādum est ut in canone pasce. xliiij. di. Si vero honestus si habūdat: noli dare. j. q. j. clericos. cum capi. sequentibus. Si vero eget: tunc respice facultatem dantis. Secundū est facultas dantis. p tūc si est ignotus: da ei fm posse. xlij. di. quiescamus. si nichil sufficit pia intētio. xlij di. due. Si mediocris ut quilibet sufficiat. hoc casu distingue vt prius. s. tam de fideli q̄з de infideli: sic ꝙ scdm locū tempus ꝛ modum et necessitudinē. etatem et conditionem procedes. Si habundat plenarie: tunc omnibus largiatur. ut in pallegato canone quiescamus tamen quantitatem et pietatem respice ¶ Tertium est quantitas petita si rem moderatam petit persone conuenientem. extra de simo. et si questiones in principio. Si rem nimiam petit nō sunt simul fundēde opes. ut. lxxxvj. di. non satis. ¶ De tertio inductiuo docet seneca quemlibet circunstantias attendere in eo cui dat. dicit enim. Quāuis autem omibus hominibus subuenire vel dare debeas: tamen in beneficijs habendus est delectus in quo spectandi sunt mores cui dantur. et animus erga nos et cohabitatio et vite sanctitas. et ad nostras vtilitates beneficia ante collata etiam si non viueret cum perfectis sed simulacrum virtutum habentis. neminem puto negligendum. in quo aliqua significatio virtutis appareat.

¶ De quarto inductiuo legitur in vitas patrum libro. ij. parte. xiij. de quodam qui acceperat gratiam vt singulis petentibus elemosinam daret. ad queз cum venisset vna mulier vestita vestibus veteribus: aperiens manum voluit ei dare multum. et clausa est manꝰ et leuauit parum. et venit alia mulier

bene vestita. qui videns eius vestes: mi
sit manum volens ei dare parum. et a
perta est manus eius et levavit multū.
quod admirans inquisivit de illis mu
lieribus. et cognovit ꝙ illa mulier que
bonis vestibus vtebatur de honestis
mulieribus erat. et ad paupertatem ve
nerat. ⁊ pro opinione nataliū suoꝝ erat
induta bonis vestibus. alia vero causa
accipiendi vestierat res vetustas. magis
piū est igit̄ frequēter subvenire nobili
bus pauperibus vel honestis. verecūdis
et dissimulātibus paupertatē ꝙ̄ afferē
ter petentibus hostiatim mendicando.
Ex hijs quatuor concluditur ꝙ atten/
dendum est autoris preceptum in dan
do. quia in hoc est personarum delectus
habendus. et hoc cum dicit. Cui des vi
deto. ¶ Circa huius precepti intelligē
tiam magis in speciali est de aliquibus
dubitabilibus querendum vel investi
gandum. Et primo que sunt in elemosi
ne datione consideranda. ¶ Breviter di
cendum est s̄m Ray. ꝙ tria sunt consi
deranda. s. iustum. ordo et intentio. Iu
stum vt. s. de iusto fiat non de illicite ac
quisito. Quomodo autem aliquid di
catur illicite acquisitum. Dicit sanctus
thomas scda. ij. q. xxxij. ꝙ tripliciter po
test esse aliquid illicite acquisitum. vno
modo quando id quod illicite acquirit̄
debet̄ ei a quo acquisitū est. et hoc sine
transferatur dominium ut in rapina et
furto. sive etiam dominium transfera/
tur ut in vsura. et de talibus cum quis
teneatur ad restitutionem non potest
D elemosina fieri. Alio modo est illicite
aliquid acquisitum ꝙ ille quidem qui
acquisivit non potest retinere: nec tamē
debet restituere ei a quo acquisivit. q2
si contra iusticiam datum est: contra iu
sticiam acceptum fuit. ut in simonia.
vbi vterq3 contra legē dei agit. et ideo
hoc debet in pias causas erogari. Et ea
dem ratio est in cōsimilibus in quibus
datio et acceptio fuit contra legem dei.

¶ Tertio modo si aliquid est illicite ac
quisitum non quidem ꝙ ipsa acquisitio
illicita sit: sed quia illud ex quo acquiri
tur est illicitum. et in hijs quidem trans
fertur dominium. nec competit repeti/
tio. sicut patet de eo quod mulier turpi
ter per meretricium acquisivit. turpiter
quidem agit et contra legem. sed in eo,
quod accipit: non iniuste agit. nec con/
tra legem. vnde quod accipit retinere
potest. et etiā elemosina de eo fieri. sed
non oblatio publica ad altare. Hanc eti
am distinctiōe3 cōprobat aug. xiiij. q. v.
non sane. Secundum quod in elemosi
na est considerandum est ordo vt pri/
mo sibi et postea proximo eccle. xxx. mi
serere anime tue placens deo. ¶ Tertiū
est recta intentio ut propter deum fiat
non ad vanam gloriā. nec sicut ait gre/
gorius. vnde celum promereri poterat
inde laudem transitorij sermonis que
rat. ¶ Secundo queritur quibus ele
mosina sit potius danda? ¶ Breviter
dicendum s̄m sanctum thoma3 scda. ij.
q. xxxij. ꝙ sicut august. dicit in libro de
doctrina christiana illis danda est ele/
mosina qui nobis magis sunt cōiuncti:
magis pvidere debem9 ꝙ̄ eis qui qua
dam sorte nobis adveniunt. Est tamen
circa hoc distinctionis ratio adhiben/
da s̄m differentiam coniunctionis san
ctitatis et vtilitatis. Nam multo sancti
ori magis indigentiam patienti et ma/
gis ad cōmune bonum esset magis ele
mosina danda ꝙ̄ persone propinquiori
maxime si non sit psona coniuncta mul
tum cuius cura specialis non immineat
etiam si necessitatem magis non patia
tur. ¶ Tertio queritur vtrum ho/
minibus malis danda sit elemosina?
¶ Breviter huic quesito respondet bea
tus tho. in quarto di. xv. dicēs cū aug.
ꝙ sic diligendi sunt homines vt eorum
non diligantur errores. et quia exhibi/
tio beneficij dilectioni respondet: ideo
peccatori ad sustentationem nature de

bet elemosina dari si indigeat. cū a chri sto precipiatur nobis etiam benefacere inimicis. Sed ad fouendam eorum ma liciam non debemus eis aliquid dare. vnde si constaret q ex eo q eis datur in peccatum abuterentur: non deberet eis dari nisi ut necessitas extrema expo sceret. vnde augustinus vincentio do/ natiste vtilius esurienti panis tollitur si de cibo securus iusticiaȝ negligit q̄ esu rienti panis frangitur. ut in iusticie se/ ductus acquiescat. vt. xxiij. q. j. nimium sunt inquieti. ¶ Quarto quid de il lo qui aufert vel furatur ab vsurario vel raptore ut elemosinam inde faciat? ¶ Breuissime huic quesito respondet Ray. dicens q nullo modo furtum cō mitti debet propter hoc. ratio. quia nō sunt facienda mala ut veniāt bona que cunqȝ ait augusti. in omelia. Transum ptius in canone forte. xiiij. q. v. ideo re stituere tenetur quod sic accipit.

¶ Quinto queritur. ponatur q benefa ctor meus et amicus sint in equali ne/ cessitate constituti. et possum vni ipso/ rum et nō ambobus subuenire. cui ma gis in hoc casu sit subueniendum?

¶ Huic quesito breuiter respondetur s̄m aristotelem qui ipsum in forma po nit. ix. ethicorum et eum determinat sic dicens q cōmuniter in hoc casu magis subueniendum est benefactori q̄ ami/ co. rationem talem assignans. Illud eni obsequium ad cuius redditionem ho/ mo obligatur per rationē debiti: citius est reddendum q̄ illud quod reddere tenetur per rationem gratuitu sicut eti am homo magis reddere tenetur mu tuum cōmodāti q̄ amico aliquid dona re. quia ad primum tenetur ex debito. ad scd̄m ex gratuito. sed beneficiatus te netur benefactori per rationem debiti amico autem per rationem gratuiti. igi tur prius tenetur benefactori q̄ amico in hoc casu subuenire. Posset tamen a micus excedere benefactorem in virtu te vel necessitate q prius esset subueni endum amico q̄ benefactori.

¶ Incipit decimuȝ autoris preceptum.

Coniugē ama. A

Post q̄ autoritas su/ perioribus preceptis posuit rudiméta ad duas species iusticie pertinentia ad supe riores videlicet et e quales. Nunc vero subsequenter ponit rudimenta ad iusti ciam pertinentia quo ad tertiam speciē que ad inferiores dignoscitur pertine/ re. Et hec species informat primo illos qui sunt inferiores ratione gradus vel status familiaritatis sicut est vxor que de iure diuino et humano subdita et in ferior esse debet marito. ad ephes. v. mulieres viris suis subdite sint sicut do mino. Et probatur in canone cum ca/ pit. et capi. mulierem. xxiij. q. v. q autē ipse maritus s̄m apostolum ad ephes. v. capi. sit caput mulieris. sic probatur. quia q̄admodum omnia corporis mē bra naturali instictu subijciuntur capiti tanq̄ rectori ⁊ duci eorundem. sic vxor tanq̄ pars et membrum ipsius viri de bet ipsi viro in licitis et honestis esse subiecta. ipse etiam vir debito modo vxorem suam tanq̄ pars et membrum ipsius corporis modo et honesto dilige re debet. et cordiali affectione tractare. quia sicut sunt per copulam carnalem vna caro effecti. sic esse debent cor vnū et anima vna per dilectionem et amorē verū quia multi reperiuntur qui scd̄m matrimonij legem mutuo nō se diligūt

ut deberent pro tanto autor intendens hunc errorem penitus remouere. et ad veram et mutuam dilectionem induce re prebet hanc doctrinam vel preceptũ dicens Coniugem ama. ¶ Nota scd̃m scripturas et canões ꝙ quatuor modis dicitur caput. Primo dicitur caput na turale prout est pars summa corporis. ut.xxiij.di.§.clerici. ¶ Item summus sacerdos ut omne caput languidum ꝛc̃. vj.q.j.ex merito. ¶ Secundo dicitur caput spirituale ipsa mẽs. vnde in psal. inpinguasti in oleo caput meum. ¶ Itẽ dicitur caput mala conscientia. vnde in leuitico caput turturis retorquetur ad asillas. ¶ Tercio dicitur caput cele ste ipsa diuinitas in persona christi. vn de caput mulieris est vir ut in presenti proposito. et caput viri est christus. et caput christi est deus.xxxiij.q.v.cum ca put. ¶ Item dicitur caput ipsa chri sti humanitas. vnde in psalmo. Consti tues me in caput gentium. ¶ Quarto dicit caput infernale ipse diabolus qui caput est malorum. et ipsi eius mem bra.ut.xxiiij.q.j.hic autem in fi. ¶ Itẽ dicitur caput ipsa dyaboli suggestio. vnde iob.caput aspidis surget et occi det illum. ¶ Pro cuius precepti in telligentia et obseruantia est sciendum ꝙ quatuor sunt que maxime monere debent coniuges ut cordialiter mutuo se debeant honeste diligere et amare.

¶ Primum est scriptura. Secundum est natura. Tertium est canonica iura. Quartum est coniugum antiquorum exempla. ¶ Primum est scriptura que vult ut sicut coniuges sunt vna caro: si cut dictum est. sic eorum debet esse cor vnum et anima vna per mutuam dile ctionem et consensum. Propterea apo stolus ad ephe.v.dicit.uiri diligite uxo res vestras ꝛc̃. Casto enim amore et tẽ perato mutuo se debent amare. et sibi inuicem consentire. quia ex hoc multa prouenient bona. quod quidem fit quã do seruatur quod dicitur.j.ad corinth. vij.capi. qui habent vxores tanꝙ non habẽtes sint. vnde eccle.xxv. in tribus beneplacitum est spiritui meo que sunt probata coram deo et hominibus quo rum tertium est vir et mulier sibi con sentientes. ¶ Nota scd̃m canones ꝙ maritus cognoscit vxorem quadruplici ter. ¶ Primo moderato et debito affe ctu. siue faciat causa debitum reddendi siue causa prolis habende. et tunc non peccat ex eo.ut.xxxij.q.v.in prin.et.xxx iij.q.v.capi.j. ¶ Secundo immoderate et moderato affectu. et causa fornicatio nis vitande. estuqȝ quod estimo venia le.ut.xxxij.q.ij.quicquid. ¶ Tertio imo derate et nimio ardore. ut causa saturã de libidinis. et tunc mortaliter peccant ut.xxxij.q.iiij.origo. ¶ Quarto inuere cunde et contra naturam hic grauius peccant cum vxore ꝙ̃ cum meretrice. ut.xxxij.q.vij.adulterij malum. Fuge re super omnia debent intemperantiaȝ lasciuie. ꝛ hoc ꝓpter quatuor mala. que lasciuia superbia coniugibus infert.

¶ Primum malum est quia ponit in dy aboli potestate. vnde angelus dicit tho bie.s. ꝙ illi qui coniuges ut deum a se excludantur. ꝛ sue libidini vacent: sicut equus et mulus quibus non est intelle ctus: accipit in eis dyabolus potestatẽ ideo illi viri qui ante thobiam iuniorẽ ad sarram accesserant: fuerunt per de monem suffocati. quia.s.intemperantie magis ꝙ̃ coniugali amicicie ꝛ pudicicie intendebant. ¶ Secundum malum est quia eos priuat corporis sospitate. Per hoc enim vita diminuitur et salus cor poris eneruatur. ut docet philosophus Ad hoc autem valet exemplum quod inducit ambrosius in quodam sermo ne de theocino qui ex imoderato vxo ris vsu lumen oculorum amisit. ¶ Ter tium malum est quia debita eos fideli tate fraudat. Nam per frequentem illã actum fiũt sponsi et sponse intemperati

et lasciui. inhonesto autem habitu intem
parantie facile sequitur accessus ad alie
nas et ad vlteriora. et interdum ince/
stus. ¶Quartum malum est quia eos
priuat filiorum posteritate. et eni ex ni
mia coitus frequentatione virtus se/
minis debilitatur ad agendum.et semel
la impeditur ad fecundandum.et sic be
neficio filiali priuantur.Et dato ꝙ filij
nascantur:non fiunt ita pulchri nec for
mosi:nec ita fortes et robusti sicut et a
lij fierent. si temperato modo se habe
rent.et ex hoc magis nascuntur femine
ꝙ masculi.et interdum etiam monstru
osi.¶Cauenda est igitur intemperan
tia.quia per eam omnia bona matrimo
nij tolluntur. Amore igitur discreto et
ordinato diligere debent vxores.quod
quidem fit quando seruatur ut est di/
ctum quod dicit.j.ad corinth.vij.Qui
habent vxores tanꝙ nō habentes sint.
hoc est dicere ꝙ ille habet vxorem et
tanꝙ non habet qui debito tēpore scit
opere coniugali intendere.et debito tē
pore abstinere.de quo tempore scripsit
Crisostomus super Math. abstinete
a pregnante quando etiam dies festus
B est et dies ieiunij.Ex hijs habet ꝙ qua
tuor temporibus est abstinendum.scilz
tempore menstrui.quia sicut dicit hie/
rony.tunc incipiunt membris dāpnari.
scilz ceci claudi et leprosi effici.Abstinē
dum est igit tempore pregnatōis.quia
etiam bestie obseruant. Dicitur eni in
libro de natura animalium ꝙ elephans
feminam suam pregnantem nō tangit.
Abstinēdum est etiam tempore festiuo
et ieiuniorum.Non eni licet tunc con/
iugibus conuenire.hec august.quia tūc
a licitis abstinendum est vt facilius im
petretur quod postulatur.¶Ex predi/
ctis colligit ꝙ cauendus est amor nimi
us coniugis et inordinatꝰ. vnde seneca
amor formose mulieris rationis obli/
uio est et insanie proximus turbat con
silia.altos ꝛ generosos spiritus frangit

a magnis cogitatōibus ad humillimas
detrahit.et sextus in sententijs adulter
quidem est in suam vxorem amator ar
dentior.In aliena quidez vxore omnis
amor turpis est.ꝛ in sua nimius.nil tur
pius ꝙ amare vxorem tanꝙ adulterā.
Transumptiue habentur.xxxij.q.iiij.ori
go. Sed mutuo coniuges debent zelo
bono et nō malo se zelare.¶Pro quo
notandum est ꝙ triplex est zelus.s.ni/
mius.tepidus.et discretus./zelus nimi
us est zelotipia.et talis zelus est repre/
hensibilis tā in viro ꝙ in muliere. De
zelotipia viri dicitur eccle.ix.non zeles
mulierem sinus tui. De zelotipia vero
vxoris dicitur in eodez.xxvj. dolor cor
dis et luctus mulier zelotipa.¶Scd'us
est zelus tepidus quando scilz vxor scit
virum fornicātem et eum sustinet. dissi
mulat et tacet.et iste est valde nociuus
et ut dicit august.in libro.l.omeliarum.
debent viros suos fornicarios quatuor
modis cohercere.Primo eos caritatiue
monendo.Secundo eos obiurgando.
Tertio ecclesiam interpellendo. Quar
to ad deuz recurrēdo.Sed ut dicit ibi
august.viri tribus ratiōibus vxoribus
ad tacendum inducere conantur. vna
est quia dicunt nos sumus viri et vos
femine.¶Ad hoc respondet august.di
cens. Si vir es vince libidinem tuam.
Alia est qua dicunt nos sumus domini
et vos ancille.¶Ad hoc respondet au
gust.in ceteris estis ancille virorum ve
strorum.sed nisi vetum fuerit ad id quod
dicit apostolus.j. ad corinth.vij.ca. vir
non habet potestatem sui corporis:sed
mulier.clamate pro re vestra.¶Tertia
est qua dicūt nos sumus capita et vos
membra.¶Ad hoc respondet augusti.
Si caput es duc.sed uide quo eas.noli
ire quomodo vis.ut sequatur pedisse
qua tua.Et quia possent alique vxores
dicere. Ex quo vir fidem nō seruat mi
chi:nec ego sibi seruabo.¶Respon/
det augusti. nolite pudicissime femine

imitari viros vestros. aut vobiscum vi
uant. aut soli pereant. Impudico viro
non debet mulier pudiciciam: sed chri
sto. Tertius zelus est ordinatus et
discretus. scilz quando vir et vxor ordi
nate se diligunt. vnde apl'us ad ephe.
v. viri diligite vxores vestras sicut chri
stus dilexit ecclesiam. Et idem ibidem
vnusquisqz uxorem suam ut seipsum di
Vtilitates inde consequuntur cõ/patriote propter quas tenentur patriã iuuare et defendere et pro ipsa totis viribus propugnare. ¶ Prima vtilitas quam consequuntur ex patria est quia parit necessaria ad sustentationẽ vite corporalis scilicet alimenta quib9 pascuntur. Indumenta quibus teguntur. Habitacula sub quibus a pluuia vento et estu at etiam frigore proteguntur et conseruantur. ¶ Secunda vtilitas quaꝫ consequuntur ex patria est quia parit necessaria ad delectationem et conseruationem humani generis realis. Nam in patria homines crescunt successiue et multiplicantur que successiua multiplicatio cõseruat genus humanum. Unde patria implet quod dicit deus genesis primo Crescite et multiplicami ꝛc̃ ¶ Tertia vtilitas quam consequuntur ex patria est quia parit necessaria ad instructionem ꝛ eruditionem vite moralis scilicet rectores doctores iudices ꝛc̃.per quos in bonis moribus informantur et a vicijs refrenantur et in scientijs promouẽtur hec omnia sunt in patria bene disposita et ordinata. vnde propter predicta bona que patria parit et prestat merito vnicuiqꝫ õ patria dicit autor. Pugna pro patria. ¶ Uel moraliter potest intelligi. Pugna pro patria id est celesti. Hec enim terrena habitatio proprie loquẽdo non est nostra patria sed locus nostri exilij. Hinc enim ẜm apostolum nõ sum9 ciues sed aduene. ¶ Pro

B premissorũ intelligentia magis in speciali est de infra scriptis dubitabilib9 querendum vel inuestigandoꝫ. Et primo queritur vtrum aliquod bellum sit licitum. ¶ Breuiter huic questio respondet sanctus thoma.ij.ij. questione.xl.distinctione.ꝙ ad hoc ꝙ aliquod bellum sit iustum tria requiruntur. ¶ Primo quidem auctoritas principis cuius mandato bellum est gerendum non enim ad personam priuatam pertinet mouere bellum. quia potest ius suum in iudicio superioris prosequi. Et intellige principis siue ecclesiastici vt quando pugnatur pro ecclesia siue principis secularis.xxiij.questione.j.Quid culpatur.ꝛ ẜm vuil.sufficit autoritas inferiorum dignitatum ad defensionem sibi subditoꝛꝫ quando quis alias per iudicem se iuuare non potest. ¶ Secũdo causa iusta vt scilicet illi contra quos bellum mouetur ex aliqua culpa hoc mouerint. vnde aug.in libro questionum dicit iusta bella debent diffiniri que vlciscuntur iniurias si gens vel ciuitas plectẽda est. Que vel vindicare neglexerit quod,a suis improbe factũ ẽ uel reddere quod per iniuriam ablatũ est.xxiij. questione. ij. dominus. ¶ Tertio requiritur intentio recta.qua scilicꝫ intenditur vt vel bonum promoueatur vel malum vitetur dum non licet sibi ex odio et huiusmodi.sed propter iusticiam et caritatem vt in preallegato canone.quid culpatur ꝛc̃.militare.

¶ Sunt etiam alia duo que ponũtur a quibusdam requiri in bello iusto videlicet vt non sit persona cui bellare non licet vtputa clericus. vt in canone clerici.xxiij.questione.viij. Sed C
hoc est propter specialem prohibitionem que dupliciter considerari potest ¶ Prima est generalis quia exercitia bellorum inquietudines habent et multum impediunt a diuinorum cõtemplatione et a laude dei et oratione pro populo que ad officium pertinent clericorum. Secunda est specialis quia clerici ordinantur ad alterius ministerium in quo sub sacramento reꝑsentatur passio xpi.j. ad corinth. xj. Quotienscunqꝫ manducabitis panem hunc et calicem bibitis mortem domini annunciabitis donec veniet.et ideo non competit eis occidere vel sanguinem effundere nec etiam arma porta/

re absqꝫ iusta puta si transeant per lo
ca periculosa ad terrorem latronum li
cet percutere non debeant .argu.xxiij
questione.iij. maximianus. nisi forte
vim vi repellēdo. ¶ Item vt fiat
pro rerum petitione vel patrie defen
sione vel huiusmodi vt.xxiij.q.viij.c.
primo.et hoc reducitur ad iustam cau
sam vt in proposito presenti. Et sic li/
cet pugnare ꝓ patria.vt autor noster
dicit. ¶ Nota ſm canones ꝙ sacra
mentum misse etiam a malis sacerdo
tibus est audiendum et maxime dum
ab ecclesia tollerantur et ante senten/
tiam.vt.viij.q.iiij. nonne. quia tale sa
cramentum confitientibus potius no
cet ꝙ̄ aliis quod octo cōprobatur ex/
emplis ¶ primo per exemplum fa
cis accense que aliis lucet et sibi no/
cet.xv.q.vlt. capitulo vlt. ¶ Se/
cundo exemplo lixiuij.quia velut lixi
uium alios lauat et nō lauatur.lxxxiij.
di.§. quanꝙ̄. ¶ Tertio exemplo
canalium lapideorum. quia velut per
lapides canales transeunt ad locum
fertilem.j.q.j.si fuerit. ¶ Quarto
quia non suis verbis sed christi sacra
menta conficiunt.de consecra. di.ij.pa
nis est in altari. ¶ Quinto quia iu
dicium sibi manducant ⁊ bibunt ⁊ nō
aliis.j.ad corinthios.xj.Qui sumit in/
digne iudicium sibi manducat et bibit
⁊c.Et.j.q.j.per ysayam. ¶ Sexto
quia ipse christus reuerentiam eis ex
hibuit dum ad eos leprosos misit. de
pe.di.j.quem penitet. ¶ Septimo
quia sacramenta sicut nec sol aliquan
do locis immundis coinquinatur.xix.
distinctione scōm. ¶ Octauo quia
sacramenta a iuda tradita non sunt re
probata.j.q.j.dedit baptismum iudas
¶ Querere aliquis posset de tali
questione videlicet nunquid si aliquis
suadet alicui ꝙ exponit se periculo pro
patria vel iure suo fit irregularis. Re
spondeo ſm Innocentium ꝙ non est
irregularis etiam si ille cui consultum
est moriatur.xxiij.q.iij.pro mēbris. et
capitulo sequenti.ij.q.viij.igitur. et ca
pitulo sequenti. Sed si sciret verisimi
liter eum moriturum irregularis fieret
Idem hostiensis. ¶ Secundo que
ritur vtrū filius teneatur obedire du
ci exercitus precipienti ꝙ pugnet pro
patria contra patrem quādo pater pa
triam impugnaret? Et primo ad par/
tem negatiuam inducitur illud quod
primo posteriorū habetur. dicitur.n.
ibi ꝙ propter vnumquodqꝫ tale et il
lud magis.verbi gratia diligo pauper
tatem propter deum igitur magis dili
go deum.sed filius tenetur patrie pro
pter patrem.nam omne esse quod ha
bet filius habet in patria et propter
patriam.vtputa corpus et esse pulchꝝ
et potentem diuitem sapientem et si/
milia habet propť esse naturale quod
habet a patre igitur magis tenetur pa
tri ꝙ̄ patrie ergo non debet pugnare
pro patria contra patrem. ¶ Pro
parte vero affirmatiua in contrarium
facit quod dicit aristoteles ꝙ magis
obediendum est duci exercitus in bel
licosis ꝙ̄ patri. Huic questioni aliter
responderi potest theologus theolo
gice loquendo. Aliter moralis philoso
phus pure moraliter ⁊ pollitice loquē
do. ¶ Primo ad hanc questionem
respondebit sic theologus ꝙ quando
pater carnalis pugnare vellet contra
patriam et contra honorem patris ce
lestis vtputa quando pugnaret con/
tra fidem et contra ecclesiam ꝙ tunc
deberet filius pugnare contra patreꝫ
Et ista responsio est vera et catholica
per ea que in prima questione sunt ex
pressa. Sed quia nullus catholicus de
hac ambigere debet ideo non est hic
instandum. Quid autem respondebit
moralis philosophus pure moroliter
et pollitice procedendo credo ꝙ respō
debit ꝙ in hoc casu duce precipiente
et non precipiente si non cōtradiceret
ꝙ deberet filius pugnare cōtra patrē

et maxime quando dubium esset. quis haberet iustum bellum an pater vel patria et multomagis quando constaret ꝙ patria haberet iustum bellum ↄtra patrē. ¶ Hec positio pollitica
D potest multipliciter cōfirmari. Et primo sic in quocunqꝫ casu potest pater et debet seipsum exponere morti et filium suum in eodem vt videtur filius potest exponere patrem morti qꝛ pater magis cauere debet ab offensa sui ipsius et filij q̃ꝫ filius ab offensa patris eo ꝙ magis diligit se pater ⁊ filiū q̃ꝫ filius patrem. Sed pater pollitice loquendo laudabiliter exponit se et filium morti pro defensiōe patrie. ergo filius potest exponere patrē morti ꝑ defensione patrie hoc autēꝫ probat. l. minime. ff. de religio. ꝙ autē pater pollitice loquendo laudabiliter seipsuꝫ exposuerit morti pro defensione patrie narrat augustinus vbi supra de codro rege athenienſium et valerius idē ⁊c̄ ꝙ autem patres exposuerunt filios morti pro defensione reipublice dicit augustinus libro de ciuitate dei capitulo. iij. de bruto qui filios suos comprehensos et ad palum ligatos securi percuti iussit quia dominationē tarquinij a se repulsam reducere valebant.

Secundo sic vna queqꝫ res desiderat perpetuari in suo esse. vt. ij. de anima dicit philozophus et quia res non possunt perpetuari in seipsis desiderant perpetuari in alio et maxime in sua specie. Et hec ē vna de causis quare patres diligunt filios suos sic intense scilicet ꝙ credunt se saluare in eis. Et hec est etiam ratio quare homines delectantur facere opera que maneāt post mortem suam. ita ꝙ regulariter est verum ꝙ quilibet diligit maxime illud in quo credit diu permanere memoria sui. quia saluatur esse suum in illis quantum ad esse opinabile vel memorabile. Cum igitur memorabile et opinabile filij magis seruentur in conseruatione Ciuitatis q̃ꝫ patris quia diutius naturaliter vel saltem presumptuose durare debet q̃ꝫ pater igitur magis debet pugnare pro conseruatione patrie q̃ꝫ patris. ¶ Hec opinio confirmatur per tullium. iij. de offic. vbi inquirens an si pater conabitur tradere patriam si silebit filius dic vt supra. Ex hijs concluditur ꝙ in casu prefato filius potest pugnare cōtra patrem. Ad argumentum in contrariū responderi potest ꝙ quando aliquid inest duobus ita ꝙ vnum est vel fit propter aliud tūc bene sequitur ꝙ magis insit illi propter quod inest. verbi gratia diligo magistrum propter discipulum igitur magis diligo discipuluꝫ. et ideo sequitur ꝙ discipulus magis diligitur. Sed quando inest duobus ꝑ aliquid aliud et inest illis eque principaliter et immediate tunc non sequitur ꝙ insit magis vni q̃ꝫ alteri. verbi gratia disgregare visuꝫ conuenit albedini niuis et lactis non tamen conuenit vni propter aliud vnde non sequitur albedo lactis disgregat visuꝫ igitꝰ magis disgregat albedo niuis. Similiter dico hic amor patrie contingit patri et filio sed non contingit precise filio propter patrem quia pater nō causauit in eo istum amorem patrie imo filius tenetur patrie dato per impossibile ꝙ nullum patrem haberet ita ꝙ vterqꝫ tenetur patrie equaliter et primo et immediate et ideo non sequitur pater tenetur patrie igitur filius tenetur magis vt arguebatur. Et propterea quando filius pugnat cōtra patrem impugnantem patriam non precise pugnat contra patrem sed contra hosteꝫ. Pro hoc facit lex. minime. ff. d̄ religi: superius allegata. Et illa obligatio qua filius est patri obligatus tunc cessare videtur ad tempus pater. n. pugnans contra patriā filij videtur velle subtrahere a filio esse et vitam quaꝫ sibi dederat propter que filius sibi ob

ligatur.nam destructa patria filius ma
le conseruaret suum esse et suam vitã
et sic patet conclusio predicta.

¶ Decimumnonum au/ toris preceptum.



Iusiurandũ
serua. ¶ Postq̃ au
tor supra in primo
A precepto prebuit ru
dimenta spectantia
ad primum riuulũ
id est speciẽ ipsius paradysi fluminis
scilicet iusticie per quam specialiter in
ducimur ad primum actum religionis
vel latrie exhibendum deo in oratiõe
supplicatiua dicens. Itaq̃ deo suppli
ca rc. Nunc vero in presenti prece/
pto subsequenter licet interscalariter
et valde a remotis inducere nos intẽ
dit ad tertium actum ipsius latrie scili
cet ad iusiurandum per quod ordina
mur ad reuerentiam deo exhibendã
quia hoc ipso q̃ quis per deum iurat
deum profitetur veriorem et q̃ eius
veritas est infallibilis et per consequẽs
testatur deum omnium cognitorem et
sic aliquo modo reuerentia deo exhi/
betur iurando. vnde Jero. sup math.
Qui iurat aut veneratur aut diligit eũ
per quem iurat. vnde apud gentiles
iusiurandum erat vt dicitur in princi/
pio metha. valde honoratissimum. ad
hoc autem vt non exhibeatur deo ir
reuerentia iuramentum non seruando
inducit nos autor in hoc precepto iu
ramentum seruare debere dum dicit.
Iusiurandũ serua. Quasi velit innue
re. serua sacramentum tuum vt sit fir
mum et stabile ita q̃ periurium non
incurras vel aliter. serua. id est consi/
dera anteq̃ promittas vt rite id face
re valeas. ¶ Pro cuius tamen pre/
cepti intelligentia ac etiam obseruan/
tia est generaliter sciendum q̃ homo
non debet in omnibus sermonibus su
is iuramenta prestare sed in promissio
nibus suis fidem seruare et attende/
re. hoc est autem quod scribit salomõ
eccle. xxiij. Iurationi non assuescat os
tuum multi. n. casus in illa. et propterea
secundum est mandatum in lege. non
assumes nomen dei tui inuanum. Et
augustinus in libro de mendatio lo/
quitur sic in proposito. dico vobis non
iurare omnino scilicet ne iurando ad
facilitatem iurandi et ex facilitate ad
consuetudinem veniatur et ex con/
suetudine in periurium decidatur. naz
sicut habetur prouer. vij. vir multum
iurans replebitur iniquitate et non re
cedet a domo ipsius plaga. Est igitur
periculosa iurationis misera consuetu
do vitanda. Et iuxta philozophi docu
mentum in secretis ad alexandrũ in
promissis seruanda est fides veritatis
nam loquens philozophus in proposi
to eidem alexandro sic scribit. Caueas
alexander ne infringas fidem datam
et federa confirmata. nam hoc conue
nit infidelibus iuuenibus et meretrici
bus. Serua promissa fideliter. quia
omnem infidelitatem consequitur fi/
nis malus. Et si ex infidelitate infrin/
genda aliquid boni eueniat tamẽ ipsa
species est mala et exemplum repro/
borum et de genere malorum. Scias
igitur q̃ per fidem fit hominum ag/
gregatio. ciuitatum inhabitatio viro/
rum cõmunio. regum dominatio. per
fidem castra tenentur. Ciuitates ser/
uant. reges dominantur. Caueas igit̃
fidelissime princeps fidem datam in/
fringere serua firmiter tua iuramenta
et federa etiam si sint grauia nam cau
sa destructionis regni barbarorum et
scitarum fuit q̃ reges eorum vtebant̃
iuramentis ad fraudes et deceptiones
hominum et proximarum ciuitatum
fidem frangentis et federa que fue/
runt ad salutem humani generis stabi
lita et ioco equitas iustissimi iudicis
hoc amplius sustinere non potuit. hec
philozophus in secretis. ¶ Fidem

igitur ne dū amicis verum etiā inimi
B cis taliter prestitaʒ optime seruauerūt
antiqui nostri ut narrat aug.libro.j.de
ciuitate dei.c.xv.at etiam tullius libro
ij.de offi.c.ij.afferentes ꝙ cum mar/
cus regulus ductus esset captiuus ⁊ a
carthaginensibus missus romam sub
iuramento redeundi pro cōmutatione
captiuorum ille romaʒ veniens venit
in senatum et captiuos reddi uel com
mutari negauit esse vtile eo ꝙ illi erāt
adolescentes et boni duces ipse autē
senectute confectus.Et cum retineret
a ꝓpinquis et amicis redire maluit ꝙ̄
fidem hosti datam falsare non igno/
rans se ad crudelissimum hostē et ad
exquesita supplicia ꝓficisci.tamē iniu
randum obseruandum putauit.
Pro premissorum intelligentia magis
in speciali est de infra scriptis sex du/
bitabilibus querendum vel inuestigā
dum.Et primo que fuerit vel esse po
terit causa institutionis iuramenti?
Huic quesito breuiter respondet ray.
§.j.ꝙ duplex fuit causa.Prima ꝓpter
infirmitatem non credentium vtputa
cum aliquibus suadetur aliquod bo
num et non credunt verbo simplici in
troductum est ꝙ possumus iurare et
hoc ſm aug.in canone.non est contra.
xxij.q.j.si peccatū.Secunda causa fuit
permissum ꝓpter vitandaʒ ydolatriā
propter quod concessuʒ fuit iudeis iu
rare per deum ne iurando per creatu
ras in ydolatriam inciderent.Et hoc
ſm Jero.in canone considera.xxij.q.
j.Est igitur iuramentum bonum licitū
et meritorium quando per ipsum ꝓxi
mo subuenitur.vnde in ps.Domine
quis habitabit in tabernaculo tuo.Et
sequitur.Qui iurat proximo suo ⁊ nō
decipit.Non tamen assuescendum est
ad iuramentū propter plurij periculuʒ
propter quod non nisi ob necessitateʒ
vel vtilitatem vt est dictum est iuran
dum vt asserit aug.in canone.ita igit.
xxij.q.j.Et sic intelligendum est qn̄/
cunqʒ iuramentum ꝓhibitum repitur

¶ Secundo queritur vtrum autoris p̄
ceptuʒ sit p̄cise in omni casu seruandū
ex eo ꝙ autor dicit.Jusiurandum ser
ua?Huic quesito breuiter respondetur
ꝙ iuramentuʒ quod vergit in deterio
rem exitum non est seruandum ver/
git autem in deteriorē exitum sex mo
dis.Primo modo quando iuratur ali
quid quod est mortale peccatum de se
vtputa ꝙ perpetrabit adulterium in
quo casu peccat et iurando et iuramē
tum adimplendo.¶ Secundo qn̄ iu
ratur aliquid indifferens qd̄ ex circū/
stantia efficitur mortale vt si iuro ꝙ
nō exibo de domo lʒ istud sit indiffe/
rens ad bonū et ad maluʒ tamen si su
perueniat p̄ceptum obligatorium effi
ciatur mortale.¶ Tertio qn̄ iura
mentum excludit opus pietatis ex ca
ritate facienda vt quando iurat ꝙ nō
dabit aliquid istis vel illis ex carita/
te.¶ Quarto qn̄ d̄ nouo emergit
aliquid qd̄ fuit imp̄meditatum sicut
fuit in iuramēto herodis qn̄ iurauit
puelle saltanti se daturum quid petijs
set.¶ Hoc enim iuramentum po/
tius poterat esse a principio licitum in
tellecta debita conditione.s.si peteret
quod dare liceret.Sed impletio iura
menti fuit illicita.quia fuit precisuʒ ca
put Johannis baptiste.xxij.q.iiij.est
etiā contra officiū.¶ Quinto cum
excludit opus de genere bonorum ut
cum iurat ꝙ nunꝙ̄ fiet clericus vel re
ligiosus vel ꝙ nunꝙ̄ ieiunabit vel ꝙ
nunꝙ̄ dicet psalteriū ⁊ huiusmodi.Et
in hoc casu peccat quidā iurādo qꝛ po
nit obijcere spiritui sancto.sed multo
melius facit non implendo.¶ Se E
xto cū excludit op9 indifferens pia in
tentione pro deo aut ꝓximo faciendū
vt si qs iurat ꝙ nō loquet̄ martino vl'
nō intrabit domū ei9 vl' ꝙ nō coquet
ad furnū ei9 vl' nō vendet ei rem ꝓ
minori p̄cio ꝙ̄ tali.vel ꝙ nō comedet
ad eandē mensam cū eo.si aliquis iu/
ret hmōi indiffis.Credo ꝙ ꝓpter h9
modi iuramentū nō dza tali declinare

et maxie vt tollatur scandaluꝫ ꝓximi
ɔtra quē iurauit. ¶ Jm primis aūt tri
bus casib9 credo ꝙ possit qlibꝫ sic iu
rās autoritate ꝓpria venire ɔtra iura
mētū suū sꝫ imponēda est ei penitētia
de temerario iuramēto. Jn reliqs aūt
trib9 ꝙuis hmōi iuramēta n̄ sunt ob
ligatoria nec iponēda sit penitentia ꝓ
trāsgressione eorū tanꝙ ꝓ mortali n̄
expedit tn̄ ꝓpria auctoritate ɔtra veni
re nisi ꝓpter vrgentē necessitatē: tum
ꝓpter reuerentiā sacramēti: tū ꝓpter
scandalū simpliciū qui reputāt se icur
rere piuriū et inde incurrūt in facilita
tē labēdi in piuriū ꝛ i detractionē. vn̄
petēda est absolutio a supiore q hmōi
iuramēta dꝫ facile relaxare vel potius
on̄dere sic iurātes nō esse ligatos ꝛ pe
nitentiā iponere de temerario iuramē
to. Satis hijs ɔcordāt theologi et san
ct9 thomas. ij. ij. q. lxxxix. arti. vij. vbi
vero licitū est iuramentū semꝑ est cō
seruandū licet etiā illicitū sit ex modo
iurandi vt. c. si aliqd. xxij. q. iiij. ꝛ in de
cret. debitores. de iureiur. et isto mō in
telligi dꝫ ac etiā ꝯuari autoris p̄ceptū
Jusiurandū serua. ¶ Tertio que/
ritur que exigūtur ad hoc vt recte fi/
at iuramentū. Dicendū est ꝯm tho. ij.
ij. q. lxxxix. Etiā tenet ray. §. iiij. ꝙ ad
hoc ꝙ recte fiat iuramentū tria exigū
tur. s. veritas. iudiciū. et iusticia. Jere.
iiij. Jurabunt viuit dn̄s in veritate iu
dicio et iusticia. xxij. q. j. et iurabūt. Si
ista tria uel aliquod istorū defuerit ꝑ/
iuriū dicitur. xxij. q. ij. animaduertēdū.
dicit. n. vul. in glo. ꝙ piuriū dicit̄ mala
iuratio. male. n. iuratur qn̄ negligenter
et indiscrete iurat̄ sic iurauit iosue ga/
baonitis. Josue. x. Et dauid contra na
bal. j. regum. xxv. c. Et qn̄qꝫ affione fit
sicut iurant ribaldi. Cōtra illud eccle.
xxiij. c. Jurationi non assuescat os tuū
Primo quidē et principaliter piurium
est qn̄ deest veritas qꝛ iuramētū prin
cipaliter ordinat̄ ad confirmationē di
cti humani cui cōfirmatiōi falsitas op
ponit̄. Ueritas igitur primo semꝑ dꝫ

esse in conscientia. i. vt firmiter sciat ita
esse hoc al' si credat tm̄ nō dꝫ de ɔscia
sꝫ de credulitate iurare.. ¶ Scdo qn̄
deest iudiciū. Judiciū etiā dr̄ discreta
deliberatio. i. vt nō iurat etiā ꝟm nisi
ꝓpter necessitatē. i. cū suadet alicui ali
qd ꝟm qd ei expedit vel vtile est cre
dere ꝛ tn̄ n̄ vult credere simplici asser
tioni. xxij. q. j. ita igit̄. Tertio qn̄ deest
iusticia. Justicia ꝟo est vt illd quod iu
rat̄ licitū sit et honestū. xxij. q. j. ita ğ.
et extra de iureiur̄. Et si xp̄s. Quar D
to querit̄ vtꝝ piuriū sit mortale pec/
catū. Huic q̄sito rn̄det sctūs thomas
ij. ij. q. lxxxxviij. ꝙ piurium ex suo ge/
nere est mortale peccatū qꝛ importat
comtemptum dei nec excusatur a pec
cato mortali non implens etiaꝫ quod
coacte iurauit. Potest tamen per auto
ritatem pape ab obligatione iuramen
ti absolui. presertim si coactus fuit tali
metu qui cadere posset in constanteꝫ
virum. minor tamen penitentia impo
nitur tali. ¶ Jtem non excusatur a
peccato mortali qui iocose piurat qui
non deuitat diuinam irreuerentiam
imo quantuꝫ ad aliquid magis auget
Similiter et ille qui ex lapsu lingue ꝑ
iurat. si quid aduertat se iurare falsuꝫ
esse quod non excusat̄ a peccato mor
tali sicut nec a dei contemptu. Si autē
hoc non aduertat non videtur habe/
re intentionem iurandi. et ideo a crimi
ne periurij excusatur. ¶ Nota ꝯm
canones ꝙ piurium dr̄ quinqꝫ modis. Ad
Primo trāsgressio iuramenti. vt. vj. q.
j. quicūqꝫ sciēs. Secundo falsa iuratio
vt. xxij. q. ij. btūs paul9. Tertio reat9
piurij. vt. xxij. q. ij. hoies falsam iurāt.
Quarto incauta iuratio. vt di. xxv. §.
alias. Quinto infamia piurij vt. vj. q. j
infames. vltra prin. Quinto q̄rit̄ vtꝝ
peccet qui ab aliquo exigit iuramentū
Et primo videt̄ ꝙ sic dicit aug. ꝙ ve
ritas euāgelij n̄ recipit iuramentū igit̄
qui recipit facit contra veritatē euan
gelij igit̄ peccat. Cōtra iudex eccl'iasti
c9 n̄ recipit testes sine iuramēto igit̄
ordinē ꝯuare iudiciariū nō p̄t sine pec

cato.sed hoc est falsuz igitur non peccat iuramentum exigendo vel recipiendo. Solutio dicendum q refert vtrum exigens iuramentum ab aliquo sciat eum falsum iuraturum an non. In primo casu grauiter peccat iuramentum exigendo quia homicida est nam sm augustinum ille de suo periurio se interimit sed iste manum interficientis impressit. ¶ Nota q fuit quidam qui prouocauit alium ad periurandum qui nocte in visione ductus est ad iudicem excelsum et admirabilez a quo interrogatus. quare tu prouocasti hominem ad periurationem? Cui respondit ille. quia mihi negauit rem meam. Cui respondens nonne melius erat ut rem tuam perderes q animam illius falsa iuratione perimeres. et ille prostratus iussus est cedi et cesus est taz grauiter ut in dorso eius euigilatus vestigia plagarum apparerent. dictumqz est ei decetero caueas ne sic facias.

di

¶ Sane intelligendo que dicta sunt debent intelligi de persona priuata non publica scilicet iudice. quia priuata persona exigit propria voluntate. sed publica ex necessitate sm iuris ordinem. vnde sibi non imputatur siue sciat ipm periurare siue non. In secundo casu refert vtrum ideo exigat vt fides plenior habeatur et tunc non peccat aut quia sine hoc nulla fides haberetur et tunc mouetur aut dubitando et non peccat aut discernendo et tunc venialiter peccat peccato suspitionis. ¶ Ad argumentum augustinus respondens intelligendum est q veritas euangelij non recipit iuramentum passim et indifferenter sed in casibus. ¶ Sexto queritur que pena veniat pro peccato periurij imponenda? Dicendum est sm canones grauis debet imponi penitentia tamen inspectis circumstantijs magis vel minus aspera penitentia est imponenda. Item periuri sunt infames vj.q.j. infames. nec amplius ad testimonium admitti debent. vt in canone

tio

quicunqz. xxvij. q. v. et capitulo parnull. ea questione et causa non obstante q de tali periurio penitentiam egerint. vt legitur et notatur extra capitulo testimonium. de testi.

¶ Vicesimum preceptum.

Minorem te ne contempseris. Istud preceptuz includitur sub tertia specie iusticie vidz obseruantia que est virtus quedam per quam minores informantur qualiter reuerentiam et honorem maioribus debeant exhibere et maxime hijs qui indignitate sunt constituti et qui habent particulare dominium super hominez vel super aliquam creaturam ac etiam qui habent officium gubernandi et regendi respectu alicuius rei sicut principes habent ciuitates gubernare. ¶ Ciues in rebus ciuilibus. dux autem exercitus in rebus bellicis. et magister in discipulis. ¶ Uerum quia aliquando ex talibus superioribus reperiuntur vt aliqui sint intantum superbia excecati q minores paruipendunt ac etiam contemnunt ex eo q maiores excedunt in aliqua gratia temporali vel corporali vel etiaz spirituali propter quod minores retrahuntur ad reddendum ipsis maioribus debitum honorem sm quod hec virtus obsaruantie requirit ideo autor in hoc precepto informare intendit maiores et superiores a talium contemptu abstinere debere dum dic. Minorem te ne contempseris. quasi velit innuere q quantumcunq precellant maiores in aliquo dignitatis gradu vel alicuius virtutis aut etiam etatis q nullomodo propter hoc debeant minores ipsos paruipendere vel etiam contemnere. ¶ Et hoc est quod scribit salomon i ecc. c. iiij. non vereatis proximum tuum in casu suo, at etiam apls

A

B

C

D

ad romanos.xij. similiter dicit ꝙ sicut in vno corpore multa membra habemus omnia autem membra non eundem actum habent ita et multi vnum corpus sumus in christo autem singuli alterius membra ꝛc. Super isto precepto non est hic instandum. quoniaꝫ supra in secunda probemiali parte.§. xlj. sufficienter est de ipso tractatum. ac etiam deductum.

¶ Vicesimumprimum preceptum.



A Agistrum metue. ¶ Istud preceptum pertinet etiā ad supra scriptaꝫ iusticie speciem videlicet ad obseruantiā. per quam informantur scolastici qualem timorem ac etiam reuerentiaꝫ magistro debeant exhibere tanꝙ persone que ꝑeminentiā quandam tenet super discipulos in actu regiminis et discipline ac etiam bonorum morum informatione. ꝛ hoc rationabiliter persuaderi potest. quia quemadmodum prima species iusticie videlicet docet deo debitum impendere honorem ꝑ primum et secundum latrie actum scilicet per orationem supplicationem et ad orationem scilicet per iurisiurandi obseruantiam. Et sicut secūda species scilicet pietas docet parentibus honorem et reuerentiam exhibere. Sic obseruantia iusticie que est species generaliter subditos et minores omnes informat vt non solum exhibere debeant reuerentiam hijs qui sunt in dignitate constituti. verum etiam hijs qui in aliquo particulari preeminēt officio. vt sunt scolarium rectores et magistri. et hoc est quod autor intēdit dū dicit. Magistrum metue. Pro cuius precepti intelligentia ac etiam obseruantia duo principaliter occurrunt.

Primuꝫ est pro parte magistri versus discipulum omnimoda ac etiam bone sta diligentia et beniuolentia. Secundum est pro parte discipuli versus magistrum prompta obedientia ꝛ reuerētia. ¶ Circa primum est sciendum ꝙ ad hoc quod magister metuendus sit et venerandus debet in se quatuor principaliter habere. Primum est ꝙ sit sapientia illustratus. Secundum ꝙ sit beniuolentia inclinatus. id est humilis et benignus. Tertium ꝙ sit innocentia decoratus. Quartum ꝙ sit experientia certificatus. ¶ De primo dicit boecius de disciplina scolarium ꝙ cum ad magistratus excellentiā iuuenis bone indolis velit accedere. Oriēdum est vt sciat que ad tanti nominis pertinet reuerentia et queqꝫ scita vel quesita exprimere noscat et ne scriptorum commissione se totaliter committat vt librorum copiam acquirat ac cū sibi opus fuerit: consulat nec tamen eis omnino credat scilicet sufficere. qꝛ vt ait aristoteles. Infimi ingenij est semper inuentis vti et nunꝙ inueniendis. ¶ Ascendēs igitur ad gradum magistralem oportet ꝙ sit subditus scientijs alias caueat: ne sibi dicatur. Ad romanos. ij. Qui alium doces teipsum non doceas. Ideo sapientie xviij. Anteꝙ loquaris. s. docendo. disce prius audiendo. Et iacobi. iij. Nolite plures magistri fieri. In hoc etiam canones satis concordare videntur. lviiij. distinctione. ordinatos. l xj. di. ministerum. xvj. questione. j. Si quis clericatus. et decret. cuꝫ. n. magistrū. de elec. extra. ¶ De secundo dicit gregorius in canone. hoc habet. xxvj. di. ꝙ magister debet esse scolaribus humilis et benignus et humiliter docere que infert non cuꝫ austeritate qđ approbat decret. hūilis. de ma et obe: extra. Tn̄ talis humilitas sic moderari debet ꝙ ex hoc regendi autoritas non franga B

tur. quia prout dicit augustinus in ca/
none. quando. lxxxvj. di. Dum nimiuz
seruatur humilitas regendi frangitur
autoritas. ¶ De tertio dicit boeci
us vbi supra. Magistratus inquit mo
rum honestate polleat quia debet es
se in sermone verax. in iudicio iustus.
in consilio prouidus. in commisso fi/
delis. constans in vultu. pius in affe/
ctu. virtutibꝰ insignis. ꝛ bonitate lau
dabilis. ¶ Sequitur nulla siqui/
dem res magis est perniciosa discipu/
lo ꝙ̃ vita contumeliosa magistri. ꝛ sic
doctrina vilescit ex ignominiosa vita
docentis. hec boecius. viuat ergo ma
gister virtuose ut discipulos informet
Seneca epistola. vij. Plus homines
oculis ꝙ̃ auribus credunt longuz enim
iter per precepta breue et efficax ꝑ ex
empla. Sicut enim cuius vita despici
tur restat vt eius predicatio contem/
natur. Ait gregoriꝰ omelia. vj. libro. ij
Sic cum vita docentis despicitur et
eius doctrina contemnitur. Ideo hiero
nimus epistola. lxxxviij. Magister
probe etatis et vite eruditionisqꝫ est
eligendus. ¶ De quarto ꝛc̃. magi/
ster insuper debet esse longa experien
tia in doctrina exercitatꝰ ꝛ hoc pꝫ vi
delicet quando docet recte et artificia
liter vnumquemqꝫ ſm suam capacita
tem et ſm cuiuslibet artis exigentiam
dꝫ etiã esse mansuetus prout oportu/
num est. debet etiam esse rigidus vt
lites dissoluat ablatrantes remordeat
obloquentes reprimat. proteruientes
castiget. hoc verum ſm canones ita ut
non fiat cum seuicia scilicet nimis cor
rigendo hoc est aspere verberando.
quia talis culpe imputatur quia leuis
tantum castigatio eis permissa est ſm
leges. vt. ff. l. locum. §. Item queritur.
extra de homi. ad audientiam. xxiij. q.
vj. capitulo primo. ꝙ si leuiter euꝫ per
cusserit et talis scolaris moriatur. dicit
vincentius ꝙ non tenetur magister si
sanus erat puer et robustus. secus si

tener vel infirmus quia iam non est le
uis percussio. ff. ad. l. acquil. qua actiõe
§. si quis. hoc etiam notatur in decret.
Cum in magistrum. de elect. extra.
¶ Debꝫ etiã esse non negligens nã
sicut mater in vnoquoqꝫ opere inue/
nitur constantia. ita vniuerse doctrine
et discipline nouerca est negligentia.
¶ Nota etiam ſm canones ꝙ per
cussio triplex reperitur. Prima est in/
utilis. cum cor inutili sermone percut/
titur. hec semper prohibetur. xlv. di. ca
pitulo vltimo. ¶ Secunda spiritu
alis que fit per anathematizationem
vel excommunicationem. iij. questione
iiij. engeltrudam. ¶ Tertia corpo
ralis in qua tria considerantur scilicet
percutiens quia prelatus hoc tantum
potest non per se nec etiam per laycũ
sed tantum per clericum vel mona/
chum hoc dico contra clericos. vt de
senten. excommu. vniuersitatis. extra
percussus. nam pueri et clerici minoris
ordinis pro minoribus culpis verbe/
rantur. xxxv. di. capitulo vltimo. et in
§. salomon. xlv. di. In maioribus vero
ordinibus uel dignitatibus non nisi ꝓ
magnis culpis verberentur. Secundo
consideratur causa percussionis ne fiat
odij causa vel vt timeatur sed propter
correctionem verberati. vt in predicto
§. salomon et capitulo episcopum. et
ca. cum beatus. di. eadem. De experien/
tia et disciplina medici commentator
sexto ethicorũ dic̃. Oportet medicum esse
instructum disciplina et longa experiẽ
tia illud idem in magistro scolarium ꝛ
similium. ¶ Circa secundum prin/
cipale ꝛc̃. breuiter est sciendum ꝙ tria
sunt que maxime inducere debent di
scipuluꝫ vt magistro prompte debeat
obedire ac etiam reuereri. ¶ Pri/
mum est natura cum hoc etiam bruto
rum industria. Secunduꝫ est sacra scri
ptura. Tertiuꝫ est principium antiquo
rũ exẽpla. ¶ Circa primũ ẽ notãdũ ꝙ
discipulꝰ sic dꝫ se hr̃e circa disciplinã

et magistri sui mādata quēadmodum facit terra naturaliter ad germina et plantas et alia producenda. Et sicut aqua ad natatilia et aeris obedientia ad volatilia procreanda iuxta diuinaz obedienciam. Ad hoc etiam faciunt brutoꝝ exempla. nā videm9 canes suos dn̄os revereri et signa timoris ostēdere. Item equ9 suis dominis et scutiferis. Boues bubulcis et elephantes et leones animalia seuissima timoris signa et reuerencie suis magistris ostēdunt. Sic directe magistris debetur honor et filialis timor ac etiaz largitio muneris ꝭm illud ad ro. xiij. Reddite omnibus debita. Cui tributum tributum. Cui vectigal. vectigal. Cui timorem timorem. Cui honorem honorem Hic timor discipuli ad magistrū dꝫ eē filialis et talis ex amore ꝓcedit et cuz amore pn̄stit. qꝛ sicut bon9 fili9 offensam patris timet etiā si non debeat penam habere: ita discipulus magistri offensam timere debet cuz pater sit more ꝛ discipline. Item timere debet magistrum suum discipulus timore quodam reuerentiali quando considerat altitudinem et excellentiam magistri. quia timet se equiperare magistro.

¶ Secundum inductiuum ad timorem et reuerentiam magistro exhibendum est sacra scriptura. vnde super illud apostoli. ad hebreos. xij. Patres carnis nostre habuimus eruditores et reuerebamur eos. dicit glosa. Reuerentia est cum timore honorem impendere. ¶ Ubi notandum ꝙ reuerentia tripliciter accipitur: Primo enim modo dicit motum quendam ad effugiendum ab altitudine rei alicuius in propriam paruitatē et vocatur iste motus timor reuerentie et huic motui interiori respondet exterius elongatio. vel fuga qua humiles persone elongant se ab hijs qui in dignitate sunt constituti non audentes eis approximare. ¶ Secundo modo reuerentia dicit honorem quem aliquis exhibet alij homini gratia dignitatis ad ostendendum ꝙ ei subiectus sit et paratus sequi eius voluntatem. vt est assurgere venienti. assistere sedenti. inclinare transeunti. genu flectere. incidentē sequi. ¶ Tertio comprehendit motum timoris reuerentie et honoris et isto modo sumitur hic. dum dicit. Magistrum metue. ¶ Tertium inductiuum ad timorē et reuerentiam magistro exhibendam sunt antiquorum exempla. Legimus enim ꝙ multi principes et barones quamuis fuerunt in summo fastigij imperij et dignitatis eleuati nihilomin9 suos magistros summe honorauerunt. Unde de troiano imperatore legitur ꝙ pluchartum magistrum suum excellenter honorauit. Similiter etiam legitur de alexandro ꝙ dum semel socratem suum magistrum obuiaz habuisset de curru suo in quo residebat eo viso statim ad terram prosilijt ipsumqꝫ reuerenter suscepit ꝭm quod in quodam libello qui quinqꝫ clauium nuncupatur plenius recitatur vnde ibi metrice dicitur. Magnus alexander qui toto regnabit i orbe. prosilijt e curru quando vidit socratem. ¶ Pro premissorum ac etiam infra dicendorum intelligentia magis in speciali est de infra scriptis dubitabilibus pergrendum Et primo an magister in corrigendo discipulum maiorem potestatem habeat ꝙ̄ pater in filium. ¶ Breuiter dico ꝙ magister maiorem potestatez habet in discipulo ꝙ̄ pater in filio qꝛ magister adhuc post susceptionem ordinis habet in eo potestatem. sed pater post ordinez nullo modo in eo habet potestatem. et hoc per decre. illaz Super eo. de sen. excōmu. ¶ Secundo an magister licite scolaribus valeat collectam imponere. vel etiam exigere. ¶ Hanc questionem mouet hostiensis et eam terminauit sub

hac forma dicens. quod si magistro sit an nexum sufficiens beneficium siue suf ficiens salarium publicum non licz exi gere alias simoniaz committeret. quia venderet obsequium spirituale quod ex officio suo tenetur facere. extra de simo. nemo. j. questione. iij. vendentes et capitulo. non solum. sed tamen spon te oblata recipere potest. ¶ Si vero non sit annexum tale beneficium vel salarium aut si non sufficiat ei potest accipere collectam pro laboribus su/ is. argu. xij questione. ij. quicunqz. et capitulo. ecclesiasticis. et capitulo. cari tatem. et videtur hosti. innuere quod non solum ab extraneis verum etiam a cle ricis ecclesie potest exigere. non tamé a paupere cum ipse debeat potius pau pertati subuenire. sed tamen talis exa ctio secundum vuil. non debet esse coartaria vt quod si non soluat expellat eos de sco lis aut accipiat res eorum sed potius inopiam suam eis exponendo. Et hec omnia secundum eundem hosti. intelligenda sunt. si magister insufficiens est et offi cium docendi assumit non est ei ex de bito prouidendum. sed sibi culpam im putet. vt. ff. ad. l. acqui. idem iur. Si ve ro sufficiens est et non habet proui/ sionem vt dixi etiam si diues est po/ test a diuitibus licite accipere quia nó tenetur eis seruire. In hac opinióe có cordant Innocentius et raymundus de hoc notatur plene in canóe. de qui busdam. xxxvij. di. in glo. doceant.

Tertio quid etiam de magistro qui festum alicuius sancti quod de se co/ lendum est non vult concedere ad ce lebrandum nisi data sibi pecunia. Hác questionem tangit raymundus et eaz determinat sic dicens quod talis magi/ ster indubitanter simoniam cómittit. quia vendit spirituale ad quod tene/ tur vt in principio precedentis questi onis tactum est. Et per eadem iura et eodem modo si festum celebrandum non est et ipse vult illud festare nec vult legere nisi data sibi pecunia.

¶ Uicesimumsecundum autoris preceptum.

Litteras disce Postquam autor in su perioribus quedaz prebuit rudimenta ad flumen paradisi primum videlicet iusticie spectantia cum quibusdam riuulis hoc est parti bus et speciebus ipsius emanantibus et deriuantibus ab eodem. Nunc ve ro in presenti precepto subsequenter prebet rudimenta spectantia ad secun dum paradisi fluuium scilicet pruden tie. cum riuulis. id est partibus et spe/ ciebus emanantibus et deriuantibus ab eodem et precipue de quodam ri uulo. id est parte ipsius prudentie que docilitas nuncupatur. Hec autem vir tus maxime vnicuiqz scolastico valde necessaria est vt sit discipline suscepti uus. In hijs enim que ad prudentiaz pertinent discipulus ab alio indiget erudiri et precipue a senioribus qui cir ca fines operabilium adepti sunt sa/ num intellectum. vnde philozophus vj. ethicorum dicit. Oportet attendere expertorum et seniorú atqz prudentú i demóstratióib9 enúciatióib9 et opi nionibus. Et ideo ecclesia. ij. scribitur In multitudine presbiterorum. id est seniorum prudentum sta. et sapientiaz illorum ex corde coniungere. Licet. n. docilitas sicut alie partes vel species que ad prudentiam pertinent secundum apti tudinem a natura perueniat tamen ad eius consummationem vt plurimum valet humanum studium. dum scilicet sollicite et frequenter suum animum applicat maioris documentis non eni debet esse propter ignauiam negli/ gens nec etiam propter superbiam có temnens. ¶ Hec autem documenta A

pfecte haberi nō valent nisi per acqui sitionem litterarū. propterea cassio/dorus libro tertio epistolarum inquit desiderabilis litterarum eruditio que naturam laudabilem eximie reddit or natam. ibi bellator reperit vnde animi virtutes roborātur. inde princeps acci pit quomodo populos sub equitate componat: nec aliqua in mundo po/test esse fortuna quam litterarum non augeat gloriosa leticia. hec ille. ¶ Non igitur immerito ducit autor vnum/quemqz ad studia literarum quia per literarum adeptionem efficitur homo deo similis ḿm sententiam ambrosij de fuga seculi. transumptiue in canone Similem esse dei. de pe. di. ij. ¶ Ad hoc autem nos ordinat documentum autoris propositum dicens. Litteras disce. pro cuius precepti intelligentia et obseruantia est sciendū qꝫ cupiens lit teras discere et ad earum perfectam noticiam peruenire tria precipue debz attendere. Primū est qꝫ a deo qui sci entiarū est dominus eas deposcat hu militer. Secundū est qꝫ eas discat ar tificialiter. Tertium qꝫ eas discat vti liter. ¶ Dico primo qꝫ scolasticus debet scientiam a deo humiliter po/stulare nec de proprio ingenio debet confidere qꝛ reuera nihil scire potest sine diuini luminis illustratione et re stat nisi cū ps dicere. deus meus illu/mina tenebras meas. Alias blandit se de memorie tenacitate de studij assi/duitate de lingue volubilitate cum so lius dei qui scientiarum dominus est sit docere. ab ipso igitur est humiliter postulanda. iaco. j. Si quis indiget sa/pientia postulet a deo. Cathedrā enī habet in celis qui hominum corda do cet in terris. Solus deus docet homi nem effectiue magister autē docet ex citatiue. vnde bernardus in quadam epistola. Falleris fili falleris si te pu/tas inuenire apud mundi magistros scientiam quam soli xpi discipuli dei munere consequentur. ¶ Non enim docet lectio sed vnctio. Jo. ij. Trāsum ptiue per aug. in canone vnctio. de pe. di. ij. ō sacra. vnc. c. vno. Hec attendēs augu. in epistola ad macedonium di/cebat ex illa sapientia que vna est. ve ra est si quid habeo a deo sumpsi. nō a me presumpsi. ab illo in me profici fi deliter spero a quo inchoatū esse hu militer gaudeo nec in eo qꝫ ad hoc nō donauit incredulus nec in eo qꝫ dona uit ingratus non enim meo vel inge/nio vel merito sed eius dono sum. sed quid laudabiliter sum. hec aug. in li/bro quoqꝫ de blasphemia in spiritum sanctum. ¶ De hijs que potui dei dono vel cogitatione inuestigare vel explicare discendo. illi gratie sunt agē de a quo sumus a quo petimus a quo pulsamus. nihilqꝫ crebrius repetendū qꝫ deo gratias vt sic de tali cum hu/militate scientiam a deo postulāti me rito dici possz quod scribitur zach. iiij Ipse adducet lapidem primariū sima ragdum. et exequabit gratiaz. De hac materia require latius supra in prima prohemiali parte. §. xij. qui incipit. ad fontem. B. post principium. Principiū igitur discipline est humilitas cuius p cipue documenta ad discipulum per/tinent. Primū vt nullam scripturam nullam scientiam vilem teneat. Secun dum vt a nemine addiscere erubescat Tertium vt cū scientiam adeptus fue rit ceteras non contemnat. ¶ Se/cundo dico qꝫ scolastic9 addiscere de bet scientiam artificialiter bonam do ctrinam. Circa hoc prebet boecius de disciplina scolarium vbi docet qualit pueri artificialiter et ordinaliter in/struendi sunt pro eorum capacitate ut scilicet prius discant figurarum litte/rarum repetitionem et diligant litte/ras quas addiscunt et discant artifi/ciose coniungere recte pronunciare. qꝛ difficilius est puerum male instructū reinstruere qꝫ in nullo instructum informare. Unde refert quintilianus in libro de instructione oratorum de

thimotheo qui in arte tybiarum excel
lebat ꝙ duplices mercedes exigebat:
et plus accipiebat ab hiis qui fuerant
male preinstructi q̃ꝫ si omnino rudes
accederent. Error enim duplicem exi/
git laborem cum delenda sint peruer
se instructionis semina et bona fide/
lius sint inserenda. Prima autem insti
tuta vel documenta tenaciter inherēt
pueris siue bona sint siue mala. Unđ
Jeronimus epl'a.lxxxvij. Ipsa literaꝝ
studia temeris melius inseruntur inge
niis idqꝫ penitus inherere solet sensi/
bus quod prius sederit in mente. Pri
mo igitur instruantur in grāmatica et
grāmaticalib9 que diuiditur in litterā
sillabam dictionem et orationem. Ait
hugo de dyastolicon parte secunda.
Et ꝙ primo addiscere debet vocē arti
culatam litteram sillabam pedes ac/
centus et sic de aliis. vbi determinat
alias vix poterūt postea instrui in tali
bus nō nimis imbuantur doctrinis po
etarum fabulosis ne earum delectatio
nibus illiciantur. vnde narrat valeri9
libro.vj.capitulo.iij. ꝙ lacedemonii li
bros archilone ciuitate sua exportari
iusserunt quia eorum parum verecun
diam et pudicam lectionem arbitrabā
tur noluerunt enim ea puerorum ani/
mis imbui ne plus moribus nocerent
q̃ꝫ ingeniis prodessent. Imbuētur igi
tur pueri in vtilib9 doctrinis. Deinde
instruantur in loyca. boeci9 vbi supra.
Completo inquit huius gignasij sciliꝫ
grāmatico rudimento ad maioris ⁊ in
quisitionis scientie limia procedenduꝫ
scientiam inq̃ꝫ quam veri et falsi inda
gantem nouim9 ⁊c̃. Unde hugo vbi
supra ꝙ ex omnibus scientiis. vij. spe
cialiter discernerunt alias preeligerunt
antiqui in studiis suis ad opus erudi
endorum in quibus tantam vtilitateꝫ
esse pre ceteris omnib9 perspexerunt
vt quisquis harum disciplinam primū
firmiter percepisset. ad aliaruꝫ postea
noticiam inquirendo magis excercen
do q̃ꝫ audiendo perueniret. Sunt enī
quasi quedam instrumenta optima et
rudimenta quib9 via paratur animo
ad plenam philozophie noticiam huic
triuium etiam quadriuium nomen ac
cepit. eo ꝙ hiis quasi quibusdam viis
viuax animus ad secreta sophie intro
eat. Unde hugo vbi supra. Pictagoras
in studiis suis hanc consuetudineꝫ ser
uasse dicitur seu legitur vt vsqꝫ ad se
ptennium ſm numerum scilicet septeꝫ
liberalium artium nullus discipuloruꝫ
suorum de hiis que ab ipso disceban
tur rationem poscere auderet sed fi/
dem daret verbis magistri quousque
omnia audiuisset sic ꝙ iam per semet
ipsum rationem eorum posset inueni
re has septem tanto studio quidaꝫ di
discisse dicuntur vt plane omnes ita
in memoria teneret vt statim singula
eorum parata haberent scilicet regu/
las et rationes. que in illis artibus do
cebantur. Et hinc accedit eo tot tem/
pore fuisse sapientes vt plura ipsi scri
berent q̃ꝫ nos legere possumus. Sed
nostri scolares ait hugo aut nolūt aut
nesciunt modum congruum discendo
seruare. Idcirco multos studētes pau
cos sapientes inuenimus. ¶ Adinstar
quod de sacerdotibus crisost. dicit in
canone. multi. iiij. di. dicit enim multi
sacerdotes et pauci sacerdotes multi
nomine et pauci opere. Boecius insu
per vbi supra dat etiam sex que maxi
me facere debent scolastici cupientes
in literarum scientia perficisci. Primū
est constantie stabilitudo. Constantia
enim parit: inconstantia parta dissol/
uit: prima colligit secunda collecta di/
spergit. Exemplificat de quodam qui
primo voluit esse literatus deinde fa
stiditus fuit mercator. postea tedio af
fectus ad militiam se transtulit. Deinđ
territus iterato se studiis inhiabat. et
sic in nullo profecit. ¶ Secundum est
ꝙ suam complexionem discrete consi
deret quia aliter laborare debent me
lancolici aliter colerici. vt ibi exempli
ficat. Tertiuꝫ est ꝙ magistros diligāt

et venerantur et credant siue suppo/
nant dicta ipsius ab illis. ❡ Quar/
tum cum eisdem maneant siue coha/
bitant. Quintum est bonorum socioꝝ
atqz fidelium adinuentio. Sextuz est
sumptuum et expensarum sufficiens
prouisio. ❡ Itez docet vitare duo
scolasticos que valde obsunt vt om/
nino abstineant. Primum est mulierũ
vetularum maxime lotricum rara ac
cessio. Secundum est seruorum hilin
gulum et detrahentium exclusio. De
hijs omnibꝰ persequitur boecius vbi
supra de predictis introducens exem/
pla. ❡ Dixi tertio ꝙ scolaris discat
vtiliter. vbi aduertendum ꝙ scolastici
affectualiter siue feruenter continue
siue prouide recte siue ordinaliter sci/
licet ad amorem vere sapientie stude/
re debẽt recta igitur intentione scien
tiam acquirant et recto modo ea vtan
tur non se ex ea eleuando sed humiliã
do. Scientia enim inflat. j. ad corinth
viij. et in multa sapientia: multa indi/
gnatio eccl. j. Bernardus super can/
tica omelia. xxxviiij. Est inqt in se om
nis scientia bona quantũ veritate sub
nixa sit. sequitur. non probat apostolꝰ
quando ait non plus sapere q̃ oportz
sapere rc. ad ro. xij. non probat inquã
multum scientem si sciendi modum ne
scierit. Quid igitur dicit modum scien
di nisi vt scias quo ordine quo studio
quo fine quecunqz noscere oporteat.
Quo ordine vt illud prius quod ma/
turius ad salutem. Quo studio vt illd
ardentius quod vehementiꝰ ad amo
rem. Quo fine vt non ad inanem glo
riam aut curiositatem sed ad edifica/
tionem tuam vel proximi. Bernardus
etiam ponit quinqz modos addiscen
tium. Aliqui enim sunt boni et aliqui
mali. vnde dicit ꝙ sunt qui scire volũt
eo fine tantum vt sciant et turpis cu/
riositas est. Et sunt qui scire volunt ut
sciri videantur et turpis vanitas est.
De quibus satiricus. scire tuum nihil
est nisi te scire hoc sciat alter. De tali/

bus bene scribitur math. xxiij. vt vo/
centur ab hominibꝰ rabi. Et sunt qui
scire volunt vt scientiam suaz vendãt
pro pecunia et pro honoribus et tur/
pis questus est. vt. vij. q. j. in canone.
sunt in ecclesia hij qui litteras discunt
in malum finez tendunt. Quidam ut
edificent et hec est prudẽtia. vt. xxxvj
di. §. j. quidaz vt edificent et hec cari/
tas vt in canone due sunt. xxxxv. di.
Et hij duo modi vltimi nõ inueniunt
in abusione scientie. ❡ Alij omnes
audiant scienti bonum et non facienti
rc. Jaco. iij. et Luc. xij. Seruus sciens
voluntatem domini rc. H..us exem
plo demonstrat natura cibus indige/
stus et qui non habet bonam decocti
onem malos generat humores in cor
pore et corrumpit corpus. ita scientia
multa indigesta stomacho anime qui
est memoria si non fuerit decocta igne
caritatis per actꝰ anime et memorias
transfusas magis corrumpit vitaz ho
minis q̃ nutriat. vt de tali dicat pro/
pheta. ventrem meuz doleo. Jere. iiij.
Studeant igitur scolastici in fructuo
sis et vtilibus non in scientijs noxijs.
augustinus de doctrina christiana. vi
detur mihi inquit studiosis rc ingenio
sis adolescentibus debere precipi vt
nullas doctrinas que preter ecclesiam
christi exercentur tanq̃ ad vtranqz
vitam capescendam sequi audeant sed
eas sobrie et diligenterqz diiudicent.
sequitur. alleuent studiuz a superfluis
institutis hominum rc. Sed studens
in sacra scriptura non confidat de acu
mine ingenij nec de subtilitate scruti/
nij nec de sedulitate studij sed de bo/
nitate et pietate orationis siue oraculi
et humilitate cordis itimi ait hugo di
dascalicon. parte. ij. ❡ Et pro tanto
ipsa increata sapiẽtia dicebat pater ab
scondisti hec a sapientibus rc. Luc. x.
et ps. intellectum dat paruulis. Ideo
ait cassianus monachum cupientez ad
scripturarum noticiam pertingere ne/
quaq̃ debere labores suos erga com

mentariorū libros impendere sed om nem industriam mentis et intentionē cordis erga emendationem viciorum carnaliū detinere quibꝰ expulsis cordis oculi sublato velamine passionū scripturarum sacramenta contemplatur et ponit exemplum de oculis corporalibus et lumine visibili quod intuētur oculi naturaliter ablatis vicijs oculorum. Studendum est igitur cū humilitate et cordis sanctitate et orationis pietate et operis equitate. ecclesiastici. j. Fili concupiscens sapientiam serua iusticiam. Studendū est igitur ordinate vt primo in facilioribus scilicet in historia per scienda et quia res sunt significatiue studendum est in facilioribus intelligentijs vt pertingant ad ꝓfundiores et altiores. Hugo vbi supra. Instruendus est studens scilicet in scriptura sacra quid cauere debeat Deinde informandus qualiter ea que sunt agenda perficiat. ¶ Nota ꝙ sensus scripture per doctores sanctos et canones quadrupliciter assignantur

Ad Primus est historicus quando illud intelligitur quod dictiones exprimunt Secundus allegoricus. quando illud quod dicitur significatur iam factum vel futurum. Et dicitur allegoricum quasi alieni loquium. Tertius dicitur tropologicus siue moralis cū aliquid dignū significatur moralitas enim mores instruit. Tropologia autem dicitur sermonis conuersio. di. xxxvij. vi/ nō inebriantur. Quartus dicitur analogicus quando aliquid de superioribus dicitur id est de diuina essentia: de angelis ꝰ vita eterna. ¶ Hec om nia patent in hac dictione hierusalem

di que historiace dicitur ciuitas. allegorice militans ecclesia. Tropologice hominis anima. Analogice celestis patria Vel aliter hec vox hierusalem historiace significat ciuitatem illam terrestrem. Allegorice ecclesiam militantē Tropologice fidelem animam. Analogice hierusalem celestē. de hoc. xxvj

di. ieiunium. in glo. Nota etiam ꝙ scriptura dicitur apocripha ſm canones multipliciter scilicet tripliciter. Primo quando est secreta id est in secreta legenda et non in publico. Secundo cuius autor secretus est. aut si non ignoratur ab ecclesia tamen reprobatur. Tertio etiā si in ecclesia recipitur sed in canone sanctorū librorum non reputatur id est inter libros legis ⁊ prophetarum. nec inter agrographos vt liber thobie et iudith. et liber qui dicitur sapientie et alij. hec leguntur et notantur i. §. Item qui vero opuscula et capitulo. canones. xvj. di. tio

¶ Uicesimumtertiū autoris preceptum.

Lege libros. A

Postq̄ autor i primo ꝓcedēti ꝓcepto ꝓbuit rudimēta ad litterarum acquisitionem inducentia per quarum eruditionem humana natura ornatior redditur ac etiam multipliciter laudabilior efficitur qđ maxime fit per docibilitatis virtutē que est vnus riuulorum ipsius prudentie. Nunc vero in presenti precepto subsequenter prebet rudimenta scolastica litteras discere cupienti ꝙ discat in libris. que quidam facultati et sue conditioni conueniant. quia reuera impossibile videtur absq̄ libris quempiam literas discere posse nisi miraculose hoc fieret sicut de dydimo in. viij. libro historie tripertite legitur qui a puericia cecus grāmaticam dyaleticam rethoricam ⁊ arismetricā alias q̄ philozophicas disciplinas auditu solum didicit et memoriter sciuit. In super nouum at vetus testamentum sic perfecte cognouit ꝙ multos libros edidit et de trinitate tres libros fecit Et super librum marcho origenis ex/

planationes eximias reliquit. Quantū vero spectat ad informationem scolarium requiritur debita organi disposi/tio ad visum. Ad visum enim requiritur presentia obiecti. non enim sufficit scolastico vt a magistro solum au/diat sed oportet vt etiam libros dili/genter inspiciat nam duo sensus deser/uiunt acquirende scientie. visus scilicet et auditus. Ideo prouer. xx. scribitur Aurem audientem et oculum viden/tem dominus fecit vtrunqз. Conside rans igitur autor ꝙ litteraruз scientia minime acquiri valet nisi per libroruз inspectionem continuam. vt est dictuз Idcirco hic hortatur quemlibet scolasticum ꝙ libros aspiciat: ac ad eos animum applicet studiose dicens. Lege libros. Sed aduertendum est nobis ꝙ illi scolastici contra huius autoris preceptum faciunt qui multos libros pulcherrimos et bene paratos habe/re volunt sed in eis studere nolunt. Tales vero per heredem congrue assignari possunt qui glorians in pelli/bus interpretatur. gloriantur enim tales in pellibus caprinis et vitulinis. talis enim gloriatio est species peccati superbie qua laborant scolastici qui li/bros decoratos habere volunt. quoddam etiam spirituale adulterium committunt quando magis amplectuntur pulchritudinem scripture quo sapientiam magis amplecti debuerint. vnde talibus exponi potest illud. ij. petri. ij. Habentes oculos plenos adulterij. Sapientia igitur nostri intellectus est sponsa anime. vnde sapie. viij. Hanc amaui et exquisiui a iuuentute mea et amator factus sum forme illius. Scriptura vero est quasi quedam ancilla sapientie. Unde cauendum est ne an/cilla sit tante pulchritudinis ꝙ pulchritudine sapientie derelicta cum pulchritudine scripture animus fornicetur. Sed timendum est eis illud quod di/citur in iob. ij. Pellem pro pelle. ne scilicet pro pelle caprina quam iniuste detinent detur eorum pellis inferno tremenda. tales enim vt scribitur ad romanos. j. Ueritatem dei in iniusti/ciā detinent. quia libros suos de qui/bus nihil faciunt pauperibus scolari/bus qui libenter addiscerent tradere deberent. ¶ Isti fructum scientie non attingunt quia libros quos pro/pter eorum pulchritudinem clausos tenent in eis raro vel nunquam student. Et ideo non est mirum si in eis paruз intelligant. De talibus merito dici po/test quod scribitur ysa. xxv. capitulo. Erit vobis visio omniuз sicut verba libri signati ꝙ cum dederint scienti litteras id est ei qui reputatur scire cum tamen nihil vel paucum sciat dicent lege istum librum tunc respondebit vel respondere poterit non possum signatus est enim liber. de talibus ait quidam sapiens. In nugis sunt subtiles et in necessarijs tardi ꝛ ebetes. Et ne nihil fecisse videantur cum repa/triauerint de pellibus vitulinis cum magnis spacijs lata componunt vo/lumina eaqз pellibus rubeis viridi/bus et diuersorum colorum vestiunt et sic cum sapienti saculo: sed cum in/sipienti animo ad parentes redeunt. Et tamen talia volumina sunt fortu/ne supposita adeo ꝙ fur subripere. mus rodere. et tinea demolliri. aqua delere et ignis cōburere potest. Hec quidem exemplo vulgari et familiari approbantur ꝙ semel scolaris quidaз de numero talium fatuorum cuз redi ret ad patriam cum numerositate li/brorum casus contingit ꝙ somerius qui libros ferebat in aqua cecidit et sic omnes taliter perdidit. quod atten/dens scolaris quidam pauper post eū peditans. libris pauper diues scientia: qui quidē qd̄ in scolis audierat non libris sed memorie cōmendauerat. hos versus composuit videlicet. Cordi nō carte tradas que noueris arte. Ut si carta cadat tecum sapientia vadat. Pro tanto dat autor preceptum pro/ B

positum dicens. Lege libros. scilicet cum effectu qui non solum contineant scientias vanas multiplicis erroris. sz potius firmum librum veritatis. De quo veritatis libro prouer. xxij. scribitur. Labium firmum veritatis erit in perpetuum. ¶ In libris vero in quibus seculares scientie sunt descripte est vanitas multiplicis erroris. Ideo Jere. iiij. scribitur. Hec dicit dominus. Juxta viam gentium nolite discere quia leges populorum vane sunt Et ad thitum. iij. Stultas et inanes questiones deuita sunt enim inutiles et vane. et interdum in talibus libris parum est soliditatis et multum vanitatis. ecclesiasti. vij. Uerba sunt plurima multaqz in disputando vanitatem habentia. nec in talibus refectio spiritualis minime reperitur. vnde Jero. ad damasum epistola. xiij. loquens de siliquis. quibus filius prodigus nō poterat saciari. sic inquit in hijs nulla saturitas veritatis: nulla iusticie refectio reperitur. studiosi earum in fame veri et virtutum penuria perseuerant. hec ille. Jste sunt enim scientie que faciunt vt plurimum scolasticos insanire sicut dictum est de paulo actuum. xxvj. Insanis paule multe littere te faciunt insanire. Ideo in talibus libris et scientijs non debet scolasticus nimis esse intentus. Unde Jero. ad eustachium epistola. lxxxij. refert de seipso ꝙ ideo quia circa libros ciceronis nimis erat studiosus ante tribunal eterni iudicis est deductus et ibi atrocissime verberatus. ¶ Narratur etiam de vita sancti hugonis cluniaceñ. ꝙ semel cuz dormiret vidit per somnum sub capite suo cubare multitudinem serpentum et ferarum et euigilans et exquirens inuenit librum varronis sub ceruicali positum obscenatibus plenum: et ritibus gentium quem postꝙ abiecit in pace quieuit. Et ideo scolasticus orare debet. Auerte oculos meos ne videant vanitatem. scilicet scientiaruz secularium. In via tua viuifica me. Hec via est lex diuina que ducit ad celum. sapientie. vj. Concupiscentia sapientie deducit ad regnum perpetuuz Dulci igitur diuine sapientie debet scolasticus vnusquisqz per studium continuum adherere. et quicquid d̄ secularibus scientijs nouerit in eius seruicium dedicare. vnde Jero. exponēs illud quod habetur deutro. xxj. in epistola. xiij. ad damasum. Jta dicit secularis sapiētie ritus in deutronoio sub mulieris figura describitur de qua diuina vox precipit vt si israelites eam habere voluerit vxorem: caluicium ei faciat: vngues resecet: et pilos auferat Et cum munda fuerit effecta tūc trāseat in matrimonij amplexus. ¶ Hec si ɓm litterā intelligimꝰ nonne ridicula sunt. Jtaqz et nos hec facere solemꝰ quando philozophos legimus quando ad manꝰ nostras libri veniunt: sciētie secularis si quid in eis vtile reperimus ad nostrum dogma conuertimꝰ Si quid vero superfluum de ydolis de amore: de curis secularium rerum: hoc radimus. hijs caluicium indicimꝰ hoc in vnguium more ferro accutissimo resecamus. Et ideo nec absurdum nec inconueniens alicui videatur. Si verba philozophie vel ciuilis scientie in doctrina christi maxime cum ratio hoc postulauerit admittantur nec debet aliquis querere calumniose d̄ qua facultate sumātur dummodo edificent ad salutem. Sicut nec de herbis cōqueritur que terra eas procreauit aut quis ortulanꝰ eas excoluerit duz mō virtutem habeant salutarem. Et ideo interdum causa eruditionis cōmunis aliqua de gentilium libris recipi possunt in diuinis eloquijs. Nam et paulus apostolus cuz quosdam vellet redarguere vsus est versibus eumenidis poete ad thitum. j. capitulo. ¶ Pro premissorum intelligentia magis in speciali est de duobus inuestigandū. Et primo vtrum scolasticis

liceat indifferenter sibi libros acqui/rere et in eis pro libito voluntatis stu dere. ¶ Secundo vtrum liceat cle ricis ac etiam laycis in libris poetaruꝫ gentilium studere seu in eisdem con/templari debere? ¶ Quo ad primū questitum respondet seneca epistola. ij ad lucillum dicens ꝙ multitudo libro rum distrahit ita ꝙ cum legere non possis quantum habueris satis est ha bere quantuꝫ legas. Sed inquis hunc librum euoluere volo modo illuꝫ. sed fastidientis stomachi est multa degu stare que vero varia sunt et diuersa inquināt nō alūt probatos itaqꝫ semꝑ lege. Et si ad alteros vertere libuerit: ad priores redi. Epistola. xxxvj. non etiam refert ꝙ̄ multos sed ꝙ̄ bonos habeas libros lectio certa prodest va ria delectat. Multitudo enim libro/rum honorat non instruit et sanctius est paucis autoribus te tradere ꝙ̄ er rare per multos. Non enim finis est faciendi libros ecclesi. xij. ¶ Quo ad secundum quesitum. vtrum liceat clericis ac etiam laycis in libris poeta rum vel gentilium studere vel in eis/dem contemplari restat nunc perqui/rendum. Et primo videtur ꝙ non sit in talibus libris studendum. Per il/lud quod habetur in canone. sacerdo tes. xxxvij. di. in q̄ reꝑhendūtur sacer dotes qui obmissis euangelijs ꝛc.
¶ Item prohibetur etiam indif/ferenter laycis ꝯm quod dicit ysido/rus in canone qui incipit. Ideo prohi bētur christianis figmenta poetarum legere quia per oblectamenta fabula/rum mentem excitant ad intentiua li/bidinis. non enim solum thura offe/renda demonibus immolant. sed etiaꝫ eorum dicta libentius capiendo. Et ut dicit hic glo. vnil. et est argumentum contra actoristas qui legunt uel qui au diunt amatorios libros ouidij. non igi tur licet nec clericis nec laycis in tali/bus studere seu etiam legere. ¶ In contrarium facit quod dicit magister gratianus in. §. sed econtra. di. eadem vbi supra habetur ꝙ moyses et da/niel omnium scientiarum egiptiorum et caldeorum eruditi fuerunt ꝛc. Et sic est licitum in talibus studere et le gere. ¶ Pro solutione horuꝫ con/trariorum est breuiter scienduꝫ ac etiā distinguendum ꝙ quidam libros poe tarum et gentilium legunt ad volu/ptatem poetarum figmentis et ver/borum ornatu delectati non ad alium finem salutis retorquentes. ꝛ hij male faciunt. ꝛ contra tales loquitur Iero. et ysidorus vt in preallegatis canoni/bus videlicet sacerdotes. et. capitu/lo. ideo prohibetur. Quidam vero stu dent et legunt in libris poetaruꝫ et gē tilium vt ipsos addiscant adeo vt er/rores gentilium legendo detestantur et vtilia que in eis inueniunt ad vsum sacre eruditionis deuoti conuertant. Et hoc est quod dicit augustinus in li bro de doctrina christiana. Si philo/zophi aliqua forte vera et fidei nostre accomoda dixerunt non solum formi danda non sunt. sed etiaꝫ ab eis tanꝙ̄ ab iniustis possessoribus in vsum no/strum vendicanda. et tales laudabili/ter seculares litteras addiscunt immo etiam merentur exemplo beati pauli qui vsus fuit i pria epistola sua ad co rinth. xv. dicēs. illud terentij. Sepe bonos mores corrumpūt eloquia pra ua. Ieronymus etiam et augustinus vsi sunt versibus poetarum virgilij galieni et ypocratis ꝛc. Et sic intelliga tur quod dicit. §. Cum igitur. eadem distinctione. quam ponit magister gra tianus pro predictorum contrariorum solutione et conclusione et sic patet ve ritas questionis

¶ Vicesimumquartū autoris preceptum.

A Q Ue legeris memento. Postq̄ autor supra in proximis tribus preceptis prebuit rudimenta ad docilitatis virtutem spectantia. ac etiaz ad eandem inducentia. que quidem dicitur esse tertius riuulus secundi paradysi fluuij scilicet prudentie. per quaz virtutem instruuntur scolastici vt sollicite ac frequenter animum suum documentis maiorum debeant applicare. non ea propter ignauiam negligentes nec etiam propter superbiam contemnentes. et talia documenta perfecte haberi nequeant nisi per maiorum eruditionem et doctrinam qui sanum adepti sunt intellectum circa fines operabilium ac etiam per litterarum et librorum acquisitionem. Ideo in presenti precepto subsequenter autor prebuit rudimenta pertinentia et spectātia ad primum prefati fluminis riuulum videlicet memoriam que est pars ipsius prudentie per quam informantur scolastici vt ea que in libris legerint vel etiam a magistris audierint per memoriam vigorentur ac etiā conseruentur. ¶ Et hoc est quod seneca dicit. qui scripta sua torquent et de singulis in consilium veniunt necesse est vt que totiens ad intellectum reuocāt memoriter effigantur. quorum enim velox est stilus eorum labilis est memoria. ¶ Hec etiam in scientia perspectiua de attentione visiue potentie optime cōprobātur. Nam sapientes ipsius perspectiue scientie asserunt q̄ ad visionem requiritur necessario attentio potentie visiue. Cum enim species multorum visibiliū afficiant aerē mediū et circūferant oculū et visibilez spiritum tamen aliquando de omnibus illis visibilibus coram oculo positis visus vnicum apprehendit illud. videlicet ad quod anima intenta intendit. Sicut cum canis venaticus odore vnius cerui per attentionem potentie vehementer fuerit alligatus sic illum ceruum insequitur vt alios concurrentes vel casualiter emergentes non videre aut sentire videatur. Et hoc est q̄d seneca dicit. Cum multa perquireris in die vnum tibi elige quod illa die attente excoquas. Attendēs igitur autor q̄ scolasticus parum vel modicum in sciētia possit proficere sine tenacitate memorie pro tanto inducit eum vt que legerit vel audierit ea debeat memorie commendare dicens. Que legeris memento. ¶ Nota q̄ in scripturis triplex reperitur memoria videlicet. Beneficiorum. Exemplorum. et Damnorum. ¶ Quo ad primum breuiter sciendum q̄ duo impediunt memoriaz beneficiorum videlicet. Prosperitas et Voluptas. ¶ Primo prosperitas facit ingratos obliuisci amicorum qui eos in angustijs adiuuerunt. Gen̄. xl. Prepositus pincernarum pharaonis. Cui cum ioseph fuerat in carcere et per ipsum prophetice liberatus succedentibus sibi prosperis suis interpretis fuit oblitus. Sic moraliter cōtingit de multis qui dum infirmitatibus aduersitatibus et tribulationibus tribulantur: deum habent in memoria. sed facti sani in transquillitate et prosperitate constituti statim deum tradunt obliuioni Deutrono. xxxij. Deum qui te genuit reliquisti et oblitus es domini creatoris tui. ¶ Secundo istam memo/ Ad

riam impedit et tollit voluptas car/
nis. Boecius quoqz.iij.de cõsolatione
vocat corpus mobile obliuiosum et
hoc fm opinionem platonis. fuit enim
eius opinio q anima ab inicio cum
creatur habet omnium rerum noti/
tiam ac etiam omnium rerum species
sibi inditas adeo. sed cum infunditur
corpori terreno siue humano statim
hanc noticiam tradidit obliuioni nec
ea vti potest donec per sensus excite/
tur ideo posuit plato quod illud quod
addiscitur non est aliud nisi memora/
ri. Unde dicit q nostrum addiscere
quoddam reminisci est. ¶ Morali
ter corpus est mobile obliuiosum id
est obliuionem dei inducens vnde
anima carnis delicijs et voluptatibus
immersa obliuiscitur dei sui quo con
tra dicit psalmista. Adhereat lingua
mea faucibus meis si non meminero/
ro tui. ¶ Quo ad secundum et ter/
tium optime facit quod narrat ma/
gister historiarum super exodum q
moyses duxerat in vxorem filiam re/
gis ethiopie et cum in patriam suam
venire volebat vxor impedire eum
nitebatur. vocabat a deo freqnter in
somnijs moyses vt iret ad suum po/
pulum liberandum. sed amor huius
detinebat eum. ¶ Moyses igitur
tanq̃ vir peritus astrorum sculpsit in
gemmis duorum annulorum duas
ymagines quarum vna vocabatur ob
liuio quam dedit vxori. ¶ Alia ve
ro vocata est memoria quam retinuit
sibi. ¶ Uxor vero accepta obliuionis
ymagine statim oblita est prioris amo
ris et sic moyses libere ad filios israel
reuersus est. ¶ Moraliter gemma
anuli obliuionis est recognitio mor/
tis que mors tradit hominem obli/
uioni. Psalmista. Obliuioni datus sum
tanq̃ mortuus a corde. ¶ Gemma
anuli memorie est recogitatio vel re/

cognitio vite eterne. Psalmista. In
memoria eterna erit iustus. Et sic in
patriam nostram non obliuiosi per
carnem facti sed memores dicere cum
psalmista. Uiam mandatorum tuo/
rum cucurri cum dilatasti cor meum.
Libere reuertamur igitur ad patriam
quia fm apostolum ad hebreos. xiij.
Non habemus hic manentem ciuita/
tem. Alias autem non solũ pena sensus
verum etiam pena damni eternaliter B
punientur. ¶ Pro huius precepti
intelligentia ac etiam obseruantia est
sciendum q triplex memoria reperitur
videlicet ¶ Naturalis. Artificialis. et
Moralis. seu figuralis. ¶ Prima
est infusionis gratie diuine. Secunda
est naturalis industrie. Tertia est retri
butionis iudiciarie. ¶ Artificialem
primo informat beatus thomas scola
sticum quemlibet sepius contemplari
in sua secunda secunde. q. xlix. articulo
primo. In qua quidem questione do/
cet que coadiuuant ipsam memoriam
et que ad bonitatem memorie faciunt
Ad hoc vt iusticia proficiat scolasticus
vt ea que addiscerit memoriter reti/
neat. ¶ Prima memoria scilicet na
turalis est illa que nostris animis in/
sita est et simul cum cognitione nata.
hec autem per secundam in multis co
adiuuatur. ¶ Pro quo notandum
q sicut prima aptitudinem habet ex
natura complementum autem habet
ab excercicio vel gratia ita etiam me/
moria non solum a natura perficitur
sed etiam per artem et industriam vi
goratur et conseruatur. ¶ Sunt au
tem sex per que scolasticus in bene me
morando proficit. ¶ Primum est ut
eorum que vult memorari quasdam
similitudines cõuenientes assumat nõ
tamen consuetas quia ille cito euane
scunt sed inconsuetas quia inconsueta
magis miramur. verbi gratia de ecis

pit solis et huiusmodi et propter hāc causam magis memoramur eorū que in puericia videmus quia scilicet tunc nobis apparent omnia noua et inconsueta. ¶ Secundum est ꝙ frequenter meditetur que vult memorie commendare. Unde aristoteles in libro de memoria et reminiscentia dicit ꝙ meditationes memoriam saluent. quia vt idem dicit. Consuetudo est quasi altera natura. Unde quod multotiens intelligimus cito reminiscimur. quasi quodam naturali ordine ab vno in aliud procedens. ¶ Tercium ꝙ circa vnum vel pauca non circa multa se excercitet. vnde pueri q̄uis sint humidi firmiter in memoriam retinent. quia anime eorum non occupantur circa multa sicut anime maiorū. eccle. xxxvii. Qui memoratur actu recipiet sapientiam. ¶ Quartum ꝙ affectum et intentionem adhibeat ad ea que vult memorari quia quanto aliquid fuerit magis animo impressum tanto minus elabitur. Unde tullius in rethorica dicit ꝙ sollicitudo cōseruat integras simulat rerum figuras. ¶ Quintum quod multum coadiuuat et defectum memorie supplet est scriptura. Unde experimento didiscimus ꝙ qui libros sibi familiares post modum amittunt. Quicquid in folio aut margine studēdo viderūt acsi libꝝ inspiceret memorantur. Et in hoc maxime proficiunt qui cito rerum species apprehendunt. Et ideo dicitur ecclesi. xxxviii. Sapientiam scribe in tempore vacuitatis. ¶ In huiꝰ figura vt exemplio dominus descripsit his decalogum populo iudeorum in tabulis lapideis exodi. xxxi. ¶ Sunt tamen aliqui qui nihil ponunt in memoria sed omnia in scripto. ¶ Sunt etiã alii qui confidentes de memoria sua nihil commendant scripture et vtrumq3 est vicium. ¶ Propterea bernardus ad fratres de monte dei scripsit dicens. Non tantummodo agendum est vt cum aliqua delectatione vel sine grandi nausea dies transigatur sed vt etiam de preterita dicta ad profectum mentis semper aliquid in conscientia resideat inuenire memorie dimittendam est quod fidelius digeratur et rursum denotatum crebrius fumigetur. quod proposito conueniat quod intentionem proficiat: quod detineat animum vt alia cogitare non libeat. Ideo fatuū3 est propter confidentiam memorie nihil scripto commendare. quia in memoriam primo senectus incurrit vt ait seneca.

¶ Sextum est placentia rei cognite. Hanc causam innuit plato esse in tenera etate quare ea que addiscuntur firmiter in memoria teneantur. Tenacior inquit et forte maior illa etate cognitionis dilectio cognita mētibꝰ alteriꝰ infigit. Hec que dicta sunt spectant ad memoriam artificialem: que multum coadiuuant memoriam naturalem qua nil valet dignius reperiri. ¶ Hanc etiam habere debet prudens dominus vel princeps oportet enim eum esse memorem vt ex preteritis precognoscat quid euenire debeat: vel possit in futurum et quod non habemus ex dono vel documento nature acquiratur nobis ex arte. nam vt philozophus dicit ꝙ natura que cunctis animalibus arma cōtulit homini denegauit vt sibi per artem acquireret tanquam animal pru

dens quod natura non daret.

¶ Tertiam memoriam ſcilicet moralem ſeu figuralem que erit retributionis iudiciarie docet ſalomon eccle. xij. Jugiter contemplari ubi ſic dicitur Memento creatoris tui in tempore iuuentutis tue antequam veniat tempus afflictionis tue antequam tenebreſcant ſol et lumen et ſtelle et luna: antequam rumpatur funiculus argenteus et vitta aurea recurrat et conuertatur ydria ſuper fontem ⁊ confringatur rota ſuper ciſternam et reuertatur puluis in terram ſuam et ſpiritus redeat ad deum qui dedit illum.

¶ Nota etiam ſm ambroſium in quadam oratione ꝙ quatuor ſunt que memorie debes tenaciter imprimere. ſcilicet diem mortis, diem extremi iudicij. damnatio eterni ſupplicij. ⁊ beatitudo regni eterni. Qui vero hec quatuor meditatur pro certo poteſt dici ꝙ a domino electus eſt. ¶ Memorari igitur debet cuiuſcunq; hominis anima dei ymagine formata: dei ſimilitudine decorata: creatorem ſuum et hoc in diebus iuuentutis ſue

¶ Cum autem pronior ſit ad peccandum et acceptabilior ad penitentiam peragendam antequam ſue afflictionis tempus aduenia: ſcilicet mortis et iudicij. et antequam lumen ſolis tenebreſcat. id eſt claritas mūdane proſperitatis mortis caligine tenebretur et luna et ſtelle. id eſt corporis ſenſus. quaſi ſtelle corporis que quidem in ſenectute debilitantur ac etiam obſcurantur in morte. ¶ Memorari etiam debet ꝙ antequam funis argenteus. id eſt vite corporalis conſumatio rumpatur. et vitta aurea. id eſt anima precioſa vnde venit recurrat. Et ydria ſuper fontem conteratur. id eſt hominis corpus de terra formatum per mortem diſſoluatur et tunc puluis in terram ſuam de qua erat reuertatur. ſicut dixit dominus ade geneſis. ij. ca. Puluis es et in puluerem reuerteris. Et ſpiritus id eſt anima. redeat ad deum qui fecit eum ſententiando ſcilicet et remunerando ſm opera que viuendo geſſit hec omnia proculdubio in die mortis effectui mancipabuntur de qua quidem die et hora yſa. ſcribitur. Jn die illa ſublimitas hominum et altitudo virorum conculcabitur et ydola conterentur et ſtabunt homines ad cauernas ſaxorum et ſciſſuras petrarum a facie furoris domini. ¶ Jn die enim mortis omnis hominum ſublimitas honoris et dominationis corruet. et altitudo diuiciarum et potentiarum tunc penitus deficiet. Et ydola. id eſt quinq; ſenſuum corporalium conſolationes eneruabuntur et corruent et ex ſententia furoris dei peccatores in penam duplicem inferni proijcientur. ſcilicet cauernas ſaxorum. id eſt penam damni. ſcilicet viſionis beatifice ac etiam miſericordia perpetuo priuabuntur. necnon et ſciſſuras petrarum. id eſt penas ſenſus. videlicet ardoris et caliginis. hec omnia ſuſtinebunt peccatores quia cognoſcere noluerunt tempus viſitationis ſue. ſcilicet facte per inſpirationes ſanctas et aliq̄n p infirmitates. necnon et mundi aduerſitates vt cōuerterent ad ipſum

De qua visitatione dicitur ezechielis xxxiiij. Requiram oues meas et visitabo eas sicut pastor gregem suum.

¶ Sed quis deum vt pastorem recipere noluerunt eos visitabit vt iudex. sicut per semetipsum per psalmistam dicit. Uisitabo in virga iniquitates eorum. scilicet quo ad eternam damnationem. et in verberibus peccata eorum. scilicet quo ad diuersa genere tormentorum etc.

Uicesimumquintum auctoris preceptum.

Nil temere credideris.

A Istud preceptum ad prudentie virtutem spectat ex eo quod prudens animum ab omni leui credulitate retrahendum inducit. proprie enim prudentis est ait seneca prius examinare consilia et non cito facili credulitate ad falsa prolabi. quia qui cito credit leuis est corde. eccl. xxxviiij. De hoc quo ad hanc partem pretactum est supra in secunda prohemiali parte. §. ij. qui incipit Experientie nuditas superflua credulitas multos dissipauit. Quia reuera nil tam inquietat hominis mentem quam facile totum credere hinc crebre dissensiones: Hinc odia nascuntur iniusta: hinc sepe de amicis inimici efficiuntur dum credulas et benignas animas maligna lingua dissociat. nam per hoc etiam multi innocentes reperiuntur quandoque fuisse damnati. vt patet de iosepb: qui vt dicitur ductus est in egiptum. Emitque eum scutbifar eunuchus pharaonis magister militie. Erat autem iosepb pulcbra facie et decorus aspectu. Post multas itaque dies iniecit regina oculos suos in iosepb et ait ei. Dormi mecum: qui nequaquam acquiescens nepbario operi dixit ad eam. Ecce dominus meus omnibus mihi traditis ignorat quid habeat in domo sua nec quicquam est quod non sit in potestate mea vel que non tradiderit mihi preter te que vxor eius es quomodo igitur possum hoc malum facere et peccare in dominum meum. Loquebatur huiusmodi per singulos dies et mulier molesta erat adolescenti et stuprum recusabat. Accidit autem vt quadam die intraret iosepb domum ut opus quippiam absque arbitris faceret. Et illa apprehensa lacinia vestimenti eius diceret dormi mecum. Qui relicto in manu eius pallio fugit et egressus est foras. Cumque vidisset mulier vestem in manibus suis et se esse contemptam vocauit homines domus sue et dixit ad eos. En introduxit virum hebreum vt illuderet nobis: Ingressus est ad me ut coiret mecum. Cumque ego subclamassem et audiuisset vocem meam reliquit pallium quod tenebat et fugit foras. In argumentum igitur fidei retento pallio ostendit marito reuertenti domum et ait. Ingressus est ad me seruus hebreus quem adduxisti vt illuderet michi. Cumque vidisset me subclamare reliquit pallium quod tenebat et fugit foras. His auditis dominus nimium crudelis et credulus verbis coniugis iratus est valde tradiditque iosepb in carcerem vbi vincti regis custodiebantur et erat ibi clausus. fuit autem dominus cum iosepb et misertus illius

dedítq3 illi gratiam in conspectu prin/
cipis carceris et erat cu3 illo et omnia
opera eius dirigebat. Hec historialiter
leguntur genesis.xxxix. Similit̃ legit̃
d̄ ottone ip̄eratore q̄ credidit accusatio
nib9 vxoris queđā militē iniuste occi
dit. Comperto aūt in processu tempo/
ris q̄ fuisset accusatus iniuste intan/
tum de eius offensa et morte doluit
q̄ vxorem suam que militem falso ac
cusauerat comburi fecit et seipsum in
manibus vxoris interfecti militis to/
taliter dedit. Non igitur immerito di/
cit autor. Nil temere credideris.

B ¶ Pro huius precepti intelligentia
magis in speciali est aduertēdū q̄ ɔtra
hoc p̄ceptū faciūt oēs sarraceni ⁊ īfide
les ac oēs falsi xp̄iani qui temere cre/
diderunt et credunt machometo et
alijs heresiarchis de fide catholica mi
nus bene sentientibus. Et qui et quot
sunt talium errores est perutile de ali
quibus inuestigandum fore. Et primo
de errore illorum qui negant deu3 esse
Secundo de errore ydolatrie.
De hijs duobus plenius videtur in/
fra in primis preceptis metricis pri/
me partis metrice. Si deus est ani/
mus. ¶ Tertio de errore maniche
orum qui dicunt q̄ omnia visibilia cre
ata sunt a dyabolo. et deo attribuunt
solam creationem inuisibilium. Et cau
sa huius erroris est quia dicunt deum
esse summum bonum sicut verum est
et omnia que sunt a bono: sunt bo/
na. vnde nescientes discernere quid
bonum et quid sit malum. credunt q̄
omnia illa que sunt aliqualiter mala
sint simpliciter mala. sicut ignis quia
vrit ab eis dicitur simpliciter malus
et aqua quia necat. Et ideo quia nihil
istarum rerum sensibilium est simpli/
citer bonum sed ex aliqua parte defi/
ciens dixerunt q̄ omnia ista non sunt
facta a deo sed a malo scilicet dyabo/
lo. ¶ Contra hos ponit augusti/
nus tale exemplum. Si aliquis intra/
ret domum fabri et inueniret ibi in/
strumenta in quibus impingeretur et
lederetur et ex hoc reputaret illum fa
brum malum q̄ teneret illa instrumē
ta. stultus esset cum faber teneat illa
instrumenta ad suum opus necessa/
rium. ¶ Ita stultum est dicere q̄
propter hoc creature sunt male q̄ in
aliquo sunt nociue. nam quod vni no/
ciuum est alteri vtile est. ¶ Hic au
tem error est contra primum articu/
lum ad diuinitatem pertinentem vi/
delicet. Patrem omnipotentem facto
rem celi et terre visibilium omnium
et inuisibilium. ¶ Et ideo ad hunc
errorem remouendum dicitur facto/
rem visibilium. Genesis.j. In princi/
pio creauit deus celum et terram. Et
Joh̄.primo. Omnia per ipsum facta
sunt. ¶ Quarto de errore illorum
qui dicunt q̄ christus ad hoc natus est
et venit in mundum vt etiam demo/
nes saluaret. ¶ In hoc autem er/
rore fuit principaliter origenes qui di
cit demones esse in fine mundi saluan
dos hic error refellitur per illum arti
culum sanctorum patrum vbi dicitur.
Qui propter nos homines. non pro/
pter demones. et propter nostram sa/
lutem. non demonium. ¶ Quin/
to de errore illorum qui dicunt q̄ lic3
filius dei fuerit semper ac etiam de/
scenderit de celo tamen non veram
carnem assumpsit sed fantasticam et
apparentem et in hoc errore fuit su/
pradictus manicheus hereticus. sed hoc
est falsissimum dicere vel etiam crede
re non enim decebat doctorem verita
tis aliquam falsitatem habere et ideo
sicut veram carnē ońdit sic realiter ha
buit vñ dixit discipulis. Luc̄.cap̄. vlt̄.
Palpate et videte quia spiritus car/

nem et ossa non habet sicut me vi/
distis habere. Et ideo ad remouen/
dum hunc errorem dicitur in simbo/
lo. Et incarnatus est. ¶ Sexto de
errore illorum qui dicunt ꝙ christus
natus est de beata virgine sed ex vi/
rili semine. Et in hoc errore fuit prin/
cipaliter ebion iudeus hereticus. Sed
hic error refellitur per hunc fidei no/
stre articulum. De spiritu sancto. Et ꝑ
illud quod dicit angelus Mathei. j.
Quod in ea natū est de spū sācto est.
¶ Septimo de errore illorum qui
dicunt ꝙ licet christus conceptus
fuerit de spiritu sancto tamen dicunt
ꝙ spiritus sanctus vnum corpus cele
ste portauit et in beata virgine posue
rit illud et hoc fuit corpus christi. vnde
nihil aliud operata est virgo maria
nisi ꝙ fuerit locus eius. vnde dicunt
ꝙ ita transierat illud corpus per bea
tam virginem sicut per aque ductum
In hoc errore fuit principaliter valen
tinus hereticus. Hic autem error re/
fellitur per hunc fidei nostre articulū
Natus ex maria virgine. Et etiā per
illud quod dicit apostolus ad galath
iiij. At vbi venit plenitudo temporis
misit deus filium suum natum ex mu
liere factum sub lege. ¶ Octauo de
errore illorum qui dicunt ꝙ licet christus
sit verbum dei et natus ex ma/
ria virgine tamen non habuit animā
sed loco anime fuit ibi diuinitas. In
hoc errore fuit principaliter arrius et
appollinaris. Hic error refellitur per
articulum fidei. Et homo factus est.
Homo enim ex anima et corpore con
stat. vnde verissime habuit omnia que
homo habuit preter ignorantiam et
peccatum. In hoc etiam ꝙ dicitur. et
homo factus est. destruuntur omnes
errores superius positi ac omnes alij
qui circa hoc dici possent. ¶ No/
no de errore illorum qui ponunt animas
de nouo non creari que in corporibus

infundunt quia error diuersificatur in
quatuor oppositos errores. Pri
mus ponit in corporibus non esse ani
mas nisi angelos apostatas seu demo
nes qui in eis includuntur vt ibi agāt
penitentiam et successiue possunt in di
uersis corporibus ingredi vt si peni/
tentiam non agant in vno corpore
agant in alio. ¶ Secundus ponit
duas animas esse in corporibus de quo
errore loquitur augustinus libro de
duabus animabus. ¶ Tertius po
suit animas creatas fuisse simul.
Quarto ponit animas sicut et corpo/
ra seminari. licet autem hij errores di
uersi sint tamen in hoc conueniunt ꝙ
veritati fidei catholice contradicunt
que asserit animas creari et creando
in corporibus infundi et infundendo
creari. hoc bene preuidit psalmista dū
dicit. Qui finxit sigillatim corda eorū
Glosa ibi creauit animas singulas
per se ex nihilo. Augustinus in eccle/
siasticis dogmatibus Credendum est
et firmiter tenendum ꝙ anime non
sunt ab inicio create vt origenes fin/
git. nec cum corporibus seminantur vt
luciferyani et cyrillus et quidam lati/
norum affirmant. sed dicimus animā
infundi et creari simul in corpore com
pacto et firmato vt viuat in vtero
homo. Illi autem qui sunt primi erro
ris tria falsa ponunt. scilicet demones
esse saluandos. Et animas non esse. et
demones incarceratos esse in corpo/
ribus humanis. ¶ Primus error
refellitur per illud quod habet math
xxv. Discedite a me maledicti in ignē
eternum. Item per illud quod scribi
tur. ij. petri. ij. capitulo. Deus angelis
peccantibus non pepercit sed rudenti
bus inferni traditos in tartarum tra/
didit in iudiciū reseruandos cruciari.
Rudētes dicūtur inmundorū spirituū
conamina que mox insfiante supbia im
pulsi se aduersus creatorē erexerīt ipsi

elationis conatibus in abyssi profundum sunt rapti. Secundus error refellitur per illud quod math. xj. scribitur Et inuenietis requiem animabus vestris. Et apoc. vj. Uidi sub altare dei animas interfectorum. Constat igitur esse animas cū ipsa veritas id est christus dicat animam se habere quā posuit. et iterum assumpsit. Joh. x. Potestatem habeo ponendi rc. ¶ Tertius error etiam refellitur per illud quod habetur genesis. j. capitu. ꝙ deus fecit hominem ad ymaginem et similitudinem. vnde absurdum est dicere ꝙ deus demones incarcerauerit in tam nobili creatura vbi etiam spiritussanctus habitat. Ad corinth. vj. Nescitis qm̄ mēbra vestra templum sunt spiritussancti qui in vobis est. igitur ibi nō est dyabolus. ¶ Que enim conuētio christi ad belial. ij. ad corinth. vj. vbi autem sit carcer demonum beatꝰ petrus supra in principio huius capituli luculenter demonstrat. vbi dicit ꝙ deus angelis peccantibus non pepercit. ¶ Illi vero qui sunt secundi erroris omnia bona hominis attribuunt illi bone anime. Omnia autem mala illi male anime. Bonam enī animam dicunt esse arborem bonam que non potest facere fructum maluʒ. Animā vero malam que fructū bonū portare non potest. Bonas vero missas dicunt esse ad reprimendam maliciaʒ gentis tenebrarum. ¶ Hunc errorem quantum ad hoc quod dicit animam partem dei esse destruit Glosa augustini super illud genesis. ij. Inspirauit in faciem eius spiraculum vite. non sunt ait audiendi qui putant animam partem esse dei. ¶ Si igitur hoc essʒ nec a se nec ab alio decipi posset nec ad malum faciendum vel patiendum compelli nec in melius nec in deterius mutari. Item si anime sūt de diuina substantia quomodo differunt a filio dei qui similiter est diuina substantia. Item si diuina substantia habet partem aut omnipotentiā. ita est totius quod etiam partium. aut ita est totius quod non partium.
Si primo modo igitur anime que sūt partes ipsius habent omnipotentiaʒ. quod est falsum. Si secundo modo ergo non remanet ōnipotentia in deo tot partibus ei detractis quot sunt anime. non enim ibi remanet totum vbi tot detrahuntur partes. ¶ Hunc errorem quantum ad hoc ꝙ dicit alteram animam esse de gente tenebrarum et non a deo conditam destruitur Jo. j. di. Oīa per ipsum facta sunt igit̄ ⁊ aīe sed si ab ipo facte sunt bone sunt. Et si sunt bone igitur non sunt de gente tenebrarum. Unde augustinus. Deus ex nihilo fecit omnia et si subtraheret in nihilum redigerentur. ¶ Contra tertium errorem sic obijcitur. Constat ꝙ habebant anime potentiam cognoscendi et volendi antequam corporibus infunderētur sed omnes ab inicio create sunt. vt illi dicunt igitur cum non haberent eas ociose merebantur vel demerebantur. ¶ Si merebantur debuerunt in bonitate cōseruari sicut angeli. Si demerebantur obstinati facti sunt sicut et angeli qui peccauerunt et peccatum eorum fuit irremissibile sicut et angelorum malorum. ¶ Item si habuerunt potentiam cognoscendi et volendi cum cognoscerent carnem corruptam cui viuebantur aut voluntarie viuebantur et sic erat in eis peccatum actuale. aut inuoluntarie et sic iniuste cum eis agebatur cum corpori maculato viuebantur. ¶ De quarto errore scilicet de illo qui ponit animas seminari sicut corpora. id est cum semine traduci decisione facta ab anima sicut a corpore. Cōtra quē primo est qđ le. geñ. ij. hoc nunc os ex ossibus meis rc.

ait adam per spiritumsanctum. Si
igitur esset anima de anima sicut os
de osse et caro de carne debuit hoc
differentie spiritussanctus. vnde glosa
augu. super predictum verbum si aliō
fiebat in femina q̃ in viro vt a carne
animata anima eius duceretur: non
sicut viri aliunde corpus aliunde ani/
ma quia igitur non dixit ex anima viri
factam animam mulieris innuit nihil
aliud ad presens putandū q̃ de viro
fuerat dictum. scilicet inspirauit ⁊c̃.
genesis. ij. glosa. augu. inspirare est fla
re vel sufflare. flare vero hic dicitur
flatum facere id est animam facere.
ysa. lvij. Flatus igitur faciā id est ani
mas. ¶ Item cum anima sit sim/
plex non potest anima ab anima esse
per decisionem. sicut corpus a corpore
igitur omnib9 christicolis dici potest
quod dicit autor. Nil temere credide
ris. Quasi velit dicere q̄ omnes qui
credunt contra articulos fidei ⁊ gene
raliter contra illud quod sacrasancta
credit ecclesia. q̄ temere credunt ⁊ cō
tra hoc autoris preceptum faciunt.
Ad ¶ Nota s̄m canones q̄ hereticus
dicitur sex modis. Primo dicitur here
ticus noui erroris inuentor. xxiiij. q. iij
hereticus. Secundo veteris sectator.
xxiiij. questiōe. j. hacatius. Tertio qui
di est a bonitate abruptus vt excommu
nicatus. iiij. questione. j. capitulo. ij.
Quarto sacramentorum peruersor. j.
questione. j. benedictio. Quinto sacre
scripture peruersus intellector. xxiiij.
questione. iij. heresis. Sexto romane
ecclesie publicus iniuriator. di. xxij. om
tio nis. ¶ De materia articulorum fi
dei latius et plenius require infra in
secundo speculo methaphorico que ē
prima pars metrica. Sed est secunda
principalis pars libri. Si deus est ani
mus nobis vt carmina dicunt. Et inci
pit viso supra in prima huius libri pro
saycali ⁊c̃

¶ Vicesimumsextum au toris preceptum.

Nil menti
re velis.
Supra posi/
ta sūt aliqua
rudimēta nos A
ad maiorem
reuerentiā ex
hibendā or
dinancia ex quibus maiorum ad mi/
nores beniuolentia quedam inde con
trahitur. ¶ Nunc vero ordine de
bita ponenda sunt aliqua rudimenta
ad amiciciam et affabilitatem pertinē
tia que quidem species est iusticie per
quam reddimus equalibus debitum
suum. Est autem amicicia siue affabili
tas quedam naturalis amor et genera
lis quo omnis homo omni homini na
turaliter est amicus. De qua quidem
amicicia dicitur ecclesiasti. xiij. Omne
animal diligit sibi simile. ¶ Pro cuius
amicicie euidentia est sciendum q̄ sūt
aliqui actus ad amiciciam pertinentes
at etiam ipsam amiciciam conseruan/
tes. et ex hoc dantur aliqua rudimen
ta affirmatiua vt est salutare amorem
et beniuolentiam ostendere. cum bo/
nis ambulare. Bonis etiam beneface
re. econuerso reperiuntur aliqua vicia
amicicie et affabilitati contraria ⁊ hec
maxime sunt lingue vicia. vnd̄ p illis
vicijs amouendis dantur aliqua rudi
menta negatiua sicut non blasphema
re. non maledicere. non irridere. et nil
mentiri. Et quia inter cetera vicia que
multum repugnant affabilitati et ami
cicie naturali: est per verba falsa ami/
cū fallere. Pro tanto autor hoc viciū
amicicie destructiuum penitus remo/
uere intendit dū dicit. Nil mētire vel.

¶ Pro cuius precepti intelligentia et obseruātia est sciendum ꝙ tria sunt maxime que vnumquenqȝ ab hoc vicio retrahere debent. ¶ Primū est vicij huius sacre scripture detestatio. Scdm est vtriusqȝ iuris aspa punitio Tertium est viciorum multipliciuȝ incursio. ¶ De primo ecclesiastici.iiij. Ne accipias faciem aduersus faciem tuam nec aduersus animam tuā. Mēdacium faciem aduersus faciem accipit qui vitate exclusa a corde suo que est dei similitudo falsitatem que dyaboli est facies assumit. Et ecclesiasti. vij. Noli velle mentiri omne mendacium assiduitas enim illius est non bona. ¶ Circa secunduȝ notandū est ꝙ taȝ de iure canonico ꝙ̄ ciuili ac etiā diuino acriter punitur hoc vicium. vnde prouerbiorum.xix. Testis falsus non erit impunitus et qui loquitur mendacium peribit.et.xxj. Testis falsus peribit. Pro huius puncti euidentia est sciendum ꝙ differt mendacium a falso in hoc ꝙ quicunqȝ loquitur aliud ꝙ̄ quod est verum falsum dicit ꝛ hoc contingere potest dupliciter. vno modo quando credit dicere verum et si habet de hoc probabilem causam nō peccat vel saltem non mortaliter. quia ream linguam non facit nisi rea mens xxij.questione.ij.homines. Alio modo quando credit dicere falsum et cōtra mentem loquitur et hoc est mendacium.quia mendacium ſm augustinum est falsa significatio vocis cum intentione fallendi.xxij. questione.ij. §.Ille igitur. Et nomine vocis tanquā principali intelligi debet omne signuȝ vt scripture siue etiam nutus vel quocunqȝ facto mentiatur sicut nec refert quantum ad homicidium vtruȝ quis gladio: securi: baculo: vel etiam quocunqȝ alio instrumento interficiat et mentiri dicitur quasi contra mentem ire. quandoqȝ etiam dicendo veritatem. sed contra mentem suam scilicet quando credit dicere falsitatem et sic decipere erit mendacium. quia quantum in eo est falsum significat hec sententia est raymundi. ¶ Hoc preceptum est idem cum precepto decalogi exodi.xx. Non falsum testimoniū dices. Unde ysidorus libro.iij.de summo bono capitulo.lix. Falsidicus testis tribus est obnoxius. Primo deo quem contemnit. Secundo iudici quē decipit. Tertio innocenti quem ledit. hec habentur in decret. falsidicus testis.de crimi.fal.et in glo.ij.dicitur ꝙ quia in tribus offendit triplex ei debetur pena. ¶ Primo quia deum offendit grauis ei debet imponi penitentia inspectis tamen circumstantijs magis vel minus aspera est ei penitentia imponenda nec amplius debet ad testimonium admitti extra de testi.testimonium. ¶ Secundo quia iudicem offendit seu delusit infamabitur. xxij. questione.v. Si quis conuictꝰ. ac et ā verberibus castigabitur.v. questione v.aliqui. ¶ Tertio quia proximuȝ lesit iuxta modum lesionis punietur. vt in canone. hec ymago. xxxiij.q.v. vbi punitur pena talionis. ¶ Augustinꝰ de plagis ait ꝙ octaua plaga fuit locusta animal dente noxium et significat falsum testem. quid em̄ vult nisi nocere mordendo et consumere menciendo. hij veritatem id est christum interimunt et contra eum insurgunt. Math.xxvj. de hoc ambrosius in sermone de passione ait. Christꝰ est veritas pax iusticia. qui relinquunt ꝓ falsitate veritatem. qui pro temporali precio relinquunt iusticiam. qui odiūt et scindunt pacem christum occidunt. debet enim reddere sicut cogitauit facere fratri suo. ¶ Quo ad tertiuȝ ꝛc̄. Ad hoc vt circa materiam mendaciorum plenior habeatur noticia ita ut quilibet euitare sciat: Est sciendum ꝙ octo sunt genera mendaciorum ſm augustinum in libro de mendacio. que transumptiue describuntur in canone.primum.xxij.questione.ij.

B

¶ Primum est quod fit in doctri
na religionis quod est contra fidez et
bonos mores vt christuz non esse na
tum de virgine vel non esse passum
vel simile contra articulos fidei vt di
cit glosa religionem. hic appellat fidē
articulorum qua christicole religantur
deo. Secundum est ꝙ nulli prodest ꝛ
alicui obest. vt est mendacium detra/
ctoris vel falsi testis in causa criminali
Tertium est quod vni obest et alteri
prodest vt mendacium testis in causa
pecuniaria. Quartum ꝙ sola libidine
menciendi et hoc sine causa vel vtili/
tate et hoc appellat augustinus mirū
mendacium. Quintum ꝙ fit placendi
cupiditate per suaue eloquium vt mē
dacium adulationis. Sextum est qđ
nulli obest et alicui prodest ad euadē
dum periculum pecunie verbi gratia
si quis pecuniam alicuius sciens iniu/
ste tollendā a fure vel a predone vbi
sit nescire se mentiatur. Septimum
quod nulli obest et alicui prodest ad
euadendum periculum persone vt si
mentiatur nolens hominem prodere
ad mortem quesitum. ¶ Octauuz
quod nulli obest et ad hoc prodest ut
ab imundicia corporali aliquem tuea
tur vt si volenti corrumpere virginez
menciatur esse coniugatam. In hijs
enim tanto minus peccat quis cū mē
titur quanto magis a primo recedit.
Et q̄uis glosa hic diuersimode expo
nat hunc recessum a primo mendacio.
tamen sanctus thomas. ij. ij. q. cx. arti
culo. ij. simpliciter intelligit dictū au/
gustini ſm ordinem hic positum et ꝙ
octauum mendacium minus est q̄ se
ptimum quia maius bonum est hone
stas virtutis. que conseruatur octauo
mendacio q̄ bonum corporis et gene
raliter in omnibus quanto nocumen
tum intentum per mendaciuz est ma
ius tanto peccatū est grauius. Et quā
to bonum intentum est maius tanto
minus est peccatum. ¶ Item ꝛ alia
fit magistralis distictio ex verbis eius
dem augustini et breuior et planior ut
dicit raymundus. §. iiij. videlicet ꝙ mē
daciorum aliud est perniciosum siue
malignitatis. Aliud iocosum siue leui
tatis. Aliud officiosum siue pietatis.
xxij. q. ij. ne quis. Sub pernicioso conti
nentur tria prima genera mendacioꝝ
Sub secundo scilicet sub iocoso conti
nentur alia duo scilicet quartū et quin
tum. Sub tertio autē scilicet officioso
continentur sextum septimum et octa
uum. ¶ Ad detestationem huius vi
cij faciunt tria infra scripta per que se
retrahere debent hoīes ab hoc incura
bili vicio inueterato. ¶ Primū est
quia mendacium est viciuz dyaboli/
cum. Primum enim mendacium dixit
quando primis parentibus dixit illud
geñ. iij. nequaq̄ moriemini. Et io. viij.
Dum loquitur mendaciuz ex proprijs
loquitur quia pater est mendacij. Se
cundum quia mendacium illud mem
brum inquinat in quo magis indecēs
est immundicia scilicz os quod deo red
dit abhominabilē iuxta illud prouer.
xij. Abhominabile domino labia mē/
dacij. ¶ Tertio quia mendaciū est
quasi venenum tante efficacie ꝙ ha/
bens in ore hominem interficit. sapien
tie. j. Os quod mētitur occidit animā.
Item magnitudo huius vicij insinua
tur ecclasiastici. xx. Potior est fur q̄
assiduitas viri mendacis perditionem
autem ambo hereditabunt. Mendax
peior est q̄ fur. quia fur nocet corpori
mendax autem anime dum eam in er
rorem inducit. Mendacium igitur vi
cium est dyabolicum et peccatum ma
licie. Unde a solomone enumeratur
inter peccata que odit deus prouer. vj
Sex sunt que odit dominus et septi/
mum detestatur anima illius et ocu/
los sublimes et linguam mendacem.
Duo insuper sunt que causant menda
cium scilicet cupiditas et timiditas. q
autem vult a peccato mendacij preca
uere expedit ꝙ prius a se cupiditatēs
expellat quia ab ea procedūt mēdacia

ut patet in mercatoribus. vñ cayn qui inuenit inter homies primũ mendaciũ dixisse. genes. iiij. nescio dñe. nũquid cu stos fratris mei sũ ego? Cayn possessio interp̃tat̃ ꝛc. Cupiditas etiã causa fuit cur ananias et saphirus mentiti sunt pe tro actuũ. v. oportet etiam timorem re mouere mundanũ siue humanum. hac nãq3 causa petrus negauit dominũ. Lu ce. xxij. ¶ Pro premissoꝝ intelligentia magis in speciali est de duobus dubita bilibus querendũ vel inuestigandũ. Et primo vtrũ omne mendacium sit pecca tum? ¶ Scđo utrũ propter liberatõem hoĩs etiã a quocũq3 piculo sit mentien dum? ¶ Quo ad primũ quesitum bre uiter est dicendũ ꝙ omne mendacium est peccatũ. xxij. q. ij. ca. michi aũt. ꝛ ca. premiũ. Sed vtrum sit mortale? Circa hoc distiguit sanctus tho. scđa. ij. q. cx. di. ꝙ mendaciũ contrariari põt caritati tripliciter. ¶ Primo mõ ẽm se. s. ex ipsa falsa significatõe. Sed considerandum est circa quid sit ipsa falsa significatio? nã si sit circa res diuinas: cõtrariat̃ cari tati dei. Cuius veritatẽ aliqui tali men dacio occultat vel corrũpit. tale menda cium est mortale et grauissimũ. Simili ter si sit circa aliqd cuius cognitio per tinet ad hoĩs bonũ. puta ad perfectio nem sciẽcie et informatõem moꝝ cõtra riat̃ caritati ꝓximi. et tunc est mortale. Quid si circa aliquid de quo non refert vtrũ sit vel aliter cognoscat̃: tunc ex ta li mendacio nõ dãnificatur proximus. sicut si aliquis fallatur in aliquibus pti cularibus ad se non ptinentibus. et tũc non est peccatũ mortale. ¶ Scđo mõ potest mendaciũ contrariari caritati ra tione finis ĩtenti: puta si dicitur iniuriã dei. qđ semp est mortale. Aut in nocu mentũ proximi q̃tum ad personã diui tias vel famã. et hoc iterũ est mortale. Quid si ipse finis non sit cõtrarius ca ritati: non est mortale peccatũ. sicut pa tet in mendacio iocoso. ¶ Tertio mõ mendaciũ potest cõtrariari caritati per accidẽs. s. rõne scãdali vel cuiuscũq3 dã ni cõsequentis factum fuerit. et sic erit etiam peccatũ mortale. ¶ Sed qđ qui dam dicunt ꝙ pfectis viris omne men dacium est peccatũ mortale. irratõaliter dicit̃. ratio q2 nulla circunstantia aggra uat in infinitũ nisi que trãsfertur in aliã speciem. non autem circunstãtia psone. ¶ Quo ad scđm quesitũ dicendũ est ẽm eundẽ sanctũ tho. q. predicta ꝙ nõ est licitum ita precise mẽdacium dicere. sed licet veritatẽ prudenter occultare. uidel3 sub aliqua simulatõe ut august. dicit in libro cõtra mendaciũ. ꝛ sic abra ham fecit: ut dicit august. in questioni bus. genes. xij. sarram sororem suã esse veritatem voluit celare. non mendaciũ dicere. Soror eni dicitur q2 filia fratris genes. xx. vere soror mea est filia patris mei. quia ex parte patris ei attingebat. ¶ Sed ad quesitum respõdit august. sic satisfaciẽdo et instruẽdo de quesito inquit ad mortem si nescis: te nescire fa tendum est. Si scis: non est dicendũ ne scio. Sed si necessario aliquid dicendũ sit: sic respondebis. scio vbi lcit. nunq̃ autem manifestabo?

¶ Incipit. xxvij. ꝑceptũ.

A Bonis benefacito. ¶ Postq̃ autor supra aliqua prebuit rudimenta ad affa bilitatẽ siue amiciciã ptinẽ tia. que cõnumerant̃ inter riuulos. i. ptes primi fluis iusticie. videl3 per quã instruimur equa libus vel socijs debitũ reddere ẽm le gẽ amicicie impendẽde. Ex qua quidẽ vniuersalis amor et generalis quo om nis homo omni hoĩ est amicus natura liter resultare videt̃. et hoc maxie quo ad signa extrinseca. que fiũt per verba. B ¶ Nunc vero in hoc. xxvij. ꝑcepto sub sequẽter prebet rudimẽta ad ipam affa bilitatẽ spectãtia quo ad signa extrinseca que fiunt et demonstrant̃ per facta ẽm legem vere amicicie ut est subuenire ꝛ

benefacere amicis cũ expedit. Uerum quia inter amicos aliqui repiuntur vici osi et mali. et aliqui boni et virtuosi. qui aliqñ cõcurrũt iplorando seruicium aliquod ab amico. et talis forte non potest vtrisq3 iuxta petita subuenire. vel non vult forte nisi vni ipsorum subuenire. et sic videtur ex hoc aliqualiter pplexus cui videl3 potius subuenire debeat an prauis vel viciosis: vel potius virtuosis et bonis. an neutris ipsorum: querit a magistro discipulus. Cui interrogati oni breuissime respõdit autor noster dicens. Bonis bñfacito. potius q̃ prauis qd probat seneca de bñficijs triplici rõne dicens. q melius est dare beneficiũ seu subuenire bono paupi q̃ diuiti. maxime qñ diues est prauus. ¶ Prima ratio sua est q2 diues nõ vult obligari ex tali beneficio minori se seu paupiori. qd necessario facit beneficiũ datũ. na3 obligat bñficiũ ad retribuendũ suo benefactori. ¶ Hanc rõnem tãgit ipse hijs verbis. melius est apud bonos q̃ apud diuites beneficiũ collocari. nã qui diuites sunt: obligari bñficijs nolunt. q̃uis magnum beneficiũ se recepisse arbitrẽtur. ¶ Scda rõ est. q2 diuites nõ credũt a bñfactorib᷒ se amari debere. nec pp̱ter ipsos sed pp̱ter suã fortunã et potẽtiã credũt bñficia eis dari. Hãc rõnem tãgit hijs verbis aliqd a se expectari suspicantur. s. diuites quasi dicunt nõ credunt q beneficia eis dentur pp̱ter ipsorum amorẽ. sed pp̱ter vtilitatẽ quã spectant ab eis illi qui eis beneficia largiuntur. ⁊ sic non credũt se amari sed sua ¶ Tertia rõ eius est q per beneficiũ datũ cõsueuit magis memoria bñficij conseruari et idigentes ad confidentiã subleuare. Et hãc rõnem tãgit hijs verbis. Si malo opulento bñfacias: in illo vno aut forte in eius familia. mans gratia. i. gratitudo beneficij. Si autẽ inopi et bono omnes inopes boni presidiũ sibi patum vident. et cũ iopi bono beneficiũ spectant: se non suã fortunã putãt. Non imerito igitur dat autor consiliũ q potius subueniamus et bñfaciamus bonis q̃ malis. dum dicit. Bonis benefacito. quia in eccl. xij. scribitur. benefac humili et non des impio. et in eodem capi. benefac iusto. et inuenies retributionem. et si non ab eo: certe a domino. ¶ Pro huius precepti intelligentia et obseruãtia possit lector plus de tali questione querere vel inuestigare. videlic3 vtrũ prauis hominibus sit benefaciendum. ¶ Hanc questionẽ non expedit hic refricare. quia habetur supra in. ix. precepto. Cui des videto. in tertia questione. et ibi vide et cetera.

¶ Incipit. xxviij. p̄ceptũ.

Ua te consule. Postq̃ autor supra in. xxiiij. p̄cepto prebuit rudimenta ptinẽtia ad memoriã. que est tertia pars seu tercia pars secundi padisi fluis. s. prudentie. per quam memoriã humanũ studiũ vigoratur et conseruatur. Nunc vero in presenti precepto prebet rudimẽta ptinẽtia et inducentia ad pu̱identiam que etiã est scda pars ipsius pu̱idẽtie per quã instruimur quomõ ex preteritis et p̄sentibus de futuris ppendere ac discutere debeam9. qd põt ex diffinitõe ipi9 pu̱identie luculẽter contẽplari. Tullius in primo rethorice sic eã diffinit dicẽs. q prouidẽtia est virt᷒ per quã videtur aliqd futuru3 anteq̃ factũ sit. Inter cetera si quidem pu̱identie inimica est ipsa negligentia et actio subita opponuntur eidẽ. quia eo ipso q homo est negligẽs vel subito festinus in actu ex eo sequit necessario q iprouidus sit. Et pp̱terea dicit seneca in ep̄lis. turpissima est iactura que ex negligentia pu̱enit. Dicit etiã Apuleus de deo socratis q᷒ nulla potest esse res eadẽ simul festinata et examinata. Punitur eni festinãtia ex legis

auctoritate. ut ꝓbat. l. i. de secūdis nup. capi. verum. quia perfecte haberi nō potest noticia vnius prudentie partis nisi aliaꝝ partium etiā habeatur. Ideo de alijs prudētie partibus insimul necessario restat discutiendum. ¶ Scōm eni phm octo sunt partes seu officia prudentie. scilꝫ memoria preteritoꝝ. ꝓuidētia futuroꝝ. itellectus. ratio. solertia. docilitas. experientia et cautio. ¶ Prudentem igitur oportet omnes partes antedictas habere. Ratio huius est. q2 partes ipsius prudētie ita sunt ānexe et colligate ut est dictum ꝙ prudentia perfecte haberi nō potest nisi omnes alie habeātur. quod sic probatur. Oportet eni primo prudentem esse memorem ut ex ꝑteritis precognoscat quod euenire debet in futurum. ¶ Scd̄o expedit ꝙ sit prouidens excogitando quomō per vias cōpetentes ad intentum possit peruenire. ¶ Tertio et quarto simul ꝙ sit intelligens et rationalis ꝙ̄tum ad alia. quia modus per quā debet dirigi debet esse humanus. quia quātūcunqꝫ sit nobilis et potens: tamē homo est sicut ceteri inferiores. et hoc est qđ dicit psalmista. ut sciant gentes qm̄ hoīes sunt.
B ¶ Quinto ꝙ sit solers ut ex se inuenire sciat pertinētia et expediētia ad bonum gentis sue. ¶ Sexto quia ex seipo inuenire non potest omnia ad regimen pertinentia: oportet esse docilem alioꝝ consilijs acquiescendo. ut sapientum et senioꝝ. ¶ Septimo et octauo simul ꝙ sit expers et cautus. quia in expectabilibus falsa admiscentur veris. sic et in agibilibus multoꝝ mala bonis admiscentur. Super omnia aūt oportet prudentem esse bonū. quia ꝓut. vj. ethicorum dicit phus. Impossibile est prudētem esse non existentem bonum. dānat eni aliquando malicia iudicium ut aliquis ip̄rudenter agat ꝓpter maliciam depravantem volūtatem. Quare vltra partes prudētie antedictas oportet prudentem maxime principem esse bonū. et nunꝙ̄ voluntatem depravatam habere: ne ꝓpter appetitus sensitiuos malicīā ip̄rudenter agat ne iudicet esse agēda que sunt penitus fugienda. ¶ Nūc aūt in proposito dicēdum est ꝙ ad prudentem pertinet ꝙ in agendis considerate procedat et mensurate. ut scilꝫ prouideat et bene consideret suarum virium quantitatem si expedire seu sufficere possunt ad expediendum et terminādum negocia que agere ꝓponit. et hoc est quod autor in hoc precepto intendit dum dicit. Tu te consule. hoc est te ipsum consule. i. considera si tue vires sufficiunt ad rem quam agere disponis vtrum vires tue sint proportionate negocio quod aggredi intendis. hoc etiā exemplo methaphorico ostendit dominus et saluator. luce. xiiij. dicens. Quis ex vobis volens turrim edificare: nōne sedens prius computat sumptus qui necessarij sunt ad perficiendum ne postꝙ̄ fundamentum posuerit et non potuerit perficere: omnes qui vident incipiant ei illudere dicentes quia hic homo incepit et non potuit ea consummare ꝛc̄. Similiter etiam alio probat exēplo dicens. Rex iturus cōmittere bellū aduersus alium regem: nonne prius sedens cogitat si possit cum decem milibus occurrere ei qui cum. xx. milibus venit ad se. Alioquin ille longe a gente legationem mittens rogat ea que pacis sunt. De hac materia latius dicetur ifra in tertia parte metrica ꝑcepto. xvj.
Qđ potes id tempta. ¶ Pro premissorum intelligencia magis in speciali ꝙ̄tū ad presens spectat est de duobus dubitabilibus querendum seu inuestigandum. Et primo vtrū prouidentia inter partes prudentie debeat cōnumerari. Scd̄o vtrum aliquis sollicitus debeat esse in futurum. quod spectat ad prouidentiam. ¶ Quo ad primum respondit beatus tho. scd̄a. ij. q. lix. articl'o. vj. dicens ꝙ prouidentia proprie est circa ea que sunt ad finem. et hoc ad officiuꝫ eius proprie pertinet vt ad finem debite ordinet. Et ꝙ̄uis aliqua necessaria C

sint propter finem que subijciuntur di uine prouidentie. humane tamen proui dentie non subijciuntur nisi contingen tia operabilia que per hominem possunt fieri propter finem. Preterita aut ad ne cessitatem quandam transeunt. quia im possibile est non esse quod factum est. Similiter etiam presentia inquantum hu iusmodi necessitatem quandam habet. Necesse est enim sortem sedere dum sedet vnde consequens est quod contingentia fu tura secundum quod sunt per hominem in finem humane vite ordinabilia pertineant ad prudentiam. vtrumque autem horum impor tat ratione prudentie. Importat enim prude tia respectum quendam alicuius distantis ad quem ea que in presenti occurrunt: ordi nanda sunt. vnde prouidentia est pars prudentie. ¶ Quo ad secundum quesitum etc. ¶ Respondit idem sanctus thomas eodem libro. q. lv. articulo. vij. Et primo arguitur quod aliquis debeat esse sollicitus in futurum. Scribitur enim prouerbiorum vj. vade ad formicam o piger. et considera vias eius. et disce sapientiam que cum non habeat ducem nec preceptorem: pa rat in estate cibum sibi. et congregat in messe quod comedit. sed hoc est in futurum sollicitari. igitur laudabilis est sollicitu do in futurum. ¶ Preterea sollicitudo ad prudentiam pertinet. sed pruden tia precipue est futurorum. Precipua enim pars prudentie est prouidentia futurorum. ut supra dictum est. igitur virtuosum est sollicitari de futuris. ¶ Preterea quicumque reponit aliquid in posterum conser uandum: sollicitus est in futurum. sed ipse saluator noster dominus ihesus christus vt legitur Jo. xiij. loculos habuisse ad aliquid conseruandum. quos iudas deferebat. Apostoli etiam conseruabant prediorum precia que ante pedes eorum ponebantur. ut legitur actuum. iiij. igitur licitum est in futurum sollicitari. ¶ In contra rium facit quod dicitur Math. vj. noli te solliciti esse in crastinum. Cras enim ponitur pro futuro sicut dicit hierony. ¶ Solutio dicendum est quod nullum opus potest esse virtuosum nisi debitis circum stantijs vestiatur. inter quas vna est de bitum tempus. eccle. viij. Omni nego cio tempus est et opportunitas quod non so lum in exterioribus operibus: sed in in terioribus sollicitudine locum habet. Unicuique enim tempori competit pro pria sollicitudo sicut tempori estatis com petit sollicitudo metendi. Tempori au tumpni sollicitudo vindemiandi. Si quis igitur tempore estatis de vindemia iam esset sollicitus: ille superflue preoccupa ret futuri temporis sollicitudinem. vnde huiusmodi sollicitudinem tanquam super fluam dominus prohibet dicens. Noli te solliciti esse in crastinum. vnde subdit. Crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipsi. idest suam propriam sollicitudinem habebit. que sufficiat ad animum ho minis affligendum. Et hoc est quod subdit sufficit diei malicia sua. i. affli ctio sollicitudinis. ¶ Ad primum igitur dicendum est quod formica habet solli citudinem tempori congruam. et hoc no bis imitandum. ¶ Ad secundum dicendum est quod ad prudentiam pertinet prouide tia debita futurorum. Esset autem inor dinata futurorum prouidentia vel solli citudo si quis temporalia in quibus di citur preteritum et futurum tanquam fines quereret. vel si superflua quereret vel vltra presentis vite necessitatem. vel si tempus sollicitudinis preoccuparet. ¶ Ad tertium dicendum sicut dicit au gust. in libro de sermone domini in mon te. Cum viderimus aliquem seruum dei prouidere ne ista necessaria sibi desint non iudicemus ipsum de crastino solli citum esse. nam et ipse dominus propter exemplum loculos habere dignatus est. Et in actibus apostolorum scriptum est. Ea que ad victum sunt necessaria pro curata esse in futurum propter iminen tem famem. Non enim dominus impro bat si quis humano more ita procuret: sed si quis propter ista militet deo.

A

Incipit.xxix.preceptū.



Aledicus ne esto.

Postq̄ autor supra in septimo p̄cepto saluta libenter ꝛ similibus prebuit rudimenta ad affabilitatem ꝛ amicabilitatem inducentia per verba affirmatiua salutem anime ꝛ corporis optantia. sicut est quecunq3 libenter salutare.ac etiam per bona facta. sicut est libenter mutuum cum expedit gratis tribuere et huiusmodi que omnia pertinent ad amiciciam seu affabilitatem.que etiam est species iusticie.per quam reddimus equalibus socijs debitum suum. Nunc vero subsequenter in presenti precepto prebet rudimēta per que talis affabilitas et amicabilitas minime dissoluant:sed potius semper conseruentur. et hoc facit per verba negatiua dum dicit. Maledicus ne esto.quasi dicat ꝙ malum alteri imprecari ad viciū lingue pertinet. quod maxime cōtrariatur affabilitati.que quidē in quadam dulcedine et fandi pulchritudine consistit eo ꝙ dicitur affabilis quasi fans belle siue pulchre. ideo super omnia instruit nos a vicijs lingue. que affabilitati contrariantur penitus abstinere. quia tales hoc vicio laborantes vocantur a philosopho duri siue aggrestes. Et pro tanto dantur hic rudimenta negatiua per que remoueantur omnia amicicie et affabilitati repugnantia. sicut est maledicere.miserum irridere ꝛ huiusmodi. Primū igit̄ quod amicicie repugnat est malum libenter referre vel imperare vel etiam optare. Et hoc est quod autor remouere hic intendit dum dicit. Maledicus ne esto. Si curiosus quereret que nam est causa ꝙ autor prebet precepta sub modo affirmatiuo et partim sub modo negatiuo. Huic quesito sic responderi potest ꝙ preceptum est imperium faciendi aliquid.vel non faciendi.Et ideo ad instar preceptorum decalogi que data fuerunt alia sub modo affirmatiuo. vt honora patrem.Alia sub modo negatiuo ut non mechaberis ꝛc̄.Sic ista tribuere debuit. quia ad idem suo modo tendunt. Precepta igitur affirmatiua stricte sumendo dicuntur precepta. sed negatiua dicuntur prohibitiones. Precepta affirmatiua obligant semper sed non ad semper.negatiua vero obligant semper et ad semper.Ita in proposito autor similiter facit.quia aliqua ex eis sunt affirmatiua ut parentes ama. Cognatos cole ꝛc̄.Et aliqua sunt negatiua:ut istud Maledicus ne esto et similia.et hec obligant semper et ad semper.et hec precipue ad vicia lingue pertinent. que ut plurimum et difficiliter reprimi possunt.vnde Jaco. in epla.ca.iij.manifeste ostendit dicēs.Omnis enī natura bestiarum et volucrum et serpentium ceterorum q3 domatur ꝛ domata sunt a natura humana. linguam autem nullus hominū3 domare potest inquietum malum plena veneno mortifero.Forte autē3 dicit apl̄us ꝙ lingua plena est veneno mortifero.quia peccata ligue sunt.xxiiij.s̄m ꝙ enumerat autor qui composuit summam de vicijs ꝛ virtutibus in tractatu de ira que infra describuntur videlicet blasphemia contra deum et sanctos.peccatum murmuris contra deum et bonos.peccati defensio.mendacium.periurium detractiō adulatio.maledictō.conuicium idest defectuum improperatio.contentio bonorum derisio.prauum consilium.peccatū discordias seminantium. indiscreta taciturnitas. peccatū bilinguium. portatio rumorū3. indiscreta iactantia.secreta cōmissi reuelatio. indiscreta cōminatio.indiscreta promissio ociosum verbū.multiloquium. turpiloquium. scurrilitas.&

lo cularitas. ¶ Querere posset aliquis que est rō quare ligua sic difficulter refrenat̄? ¶ Huic quesito responderi potest ꝙ duo sunt motꝰ animi. vnus qui precedit deliberatōēȝ. et iste motus nō est in potestate nostra. Alius qui sequit̄ deliberationem. et iste est in potestate nostra. Nūc aūt sic est ꝙ quedam sunt membra que facilima sunt ad motum et ad impulsum primi motus stati mouentur sicut lingua et oculus. Nō enim requirūt magnam virtutem in mouēte Et quia difficilimum est immo impossibile primos motus refrenare. eo ꝙ nō in nostra sunt potestate. ideo difficilimum est linguā refrenare. quia cum sit aptissima ad statim moueri ad primum motū animi: preuenientem rōnem mouetur ipsa lingua. ¶ Pro huius precepti itelligentia et obseruantia est breuiter pnotandū ꝙ tria sunt per que quilibet ab hoc pestifere lingue vicio debet abstinere et eidem modestie frenū apponere. ¶ Primū est scriptura. Secundū est natura. Tertiuȝ est canonica iura. Scriptura hoc viciū multū destatur dicit apl'us. j. ad corītħ. vj. neqȝ maledici neqȝ rapaces regnum dei possidebunt. et tanto grauius q̄to personā cui maledicimus magis amare et reuereri tenemur. vñ leuitic. xx. Qui maledixerit patri suo et matri: morte moriat̄ ¶ Scd̄o hoc lingue vicium abbominatur natura. quod sic ostenditur. q̄ad modum ad amiciciam et affabilitatem in cordibus ut est dictum generandaȝ nutriendam simul et augmentandā valet ut plurimū affabilis et dulcis lingua Sic econtra lingua aspera et maligna ē guerrarum et malorum quasi omnium causatiua. amicicie ipeditiua et plerūqȝ penitus destructiua. et turpe est et quasi extraneuȝ a recta ratione videtur. ut lingua canis medicialis sit. et lingua hominis sit mortalis cum contrarium natura ostendat. nam cōstat ꝙ natura soli homini iter animalia omnia dedit loquelam in qua contulit generalem do

B

ctrinā ꝙ verba ex ore procedentia esse debent rationabilia et medicinalia vulnerum anime sanatiua. amicicie cōseruatiua. diuini nominis laudatiua. beneficiorum regratiatiua. non brutali veneno plena. non falsa non adulatiua. non discordie seminatiua. nō proximi bonorū denigratiua cum hec omnia sint ratiōi contraria sicut primo posita sunt eideȝ conformia. ¶ Est igitur nature contrarium ut lingua mēbrorum nobilissimū humane laudis expressiuū ad deuȝ laudandum et ad proximum cōmouendū inuenta faciat hominem proximo odiosum. ¶ Nota fm scripturas et canones ꝙ canis dicitur methaphorice quiqȝ modis. Primo homo qui est in assiduitate peccandi. ut de pe. di. iij. irrisor. ¶ Scd̄o hereticus qui lacerat ecclesie vnitatem vel detractor qui detrahēdo lacerat fratris famam. iuxta illud. Noli te sanctum dare canibus Math. vij. ¶ Tertio ydolatra. ut patet de cananea in euuangelio Math. xv. Cui dixit christus. non est bonum sumere paneȝ filiorum et dare canibus. ¶ Quarto predicator propter linguam. quia medicinalis est. ut in psal. ut intingat in sanguine canum tuorum ꝛc. ¶ Quinto pastor ecclesie propter custodiaȝ. vnde ysa. lvj. Canes muti non valentes latrare ꝛc. xliij. di. sit rector. ¶ Fertur ꝙ vulturis lingua si absqȝ ferro precisa et in panno vno albo alligata. et appēsa portetur ad collum: facit hominem gratiosuȝ. Sic reuera nulla bestia vel res alia tantū nocet hominibus sicut lingua praua nisi custodiatur. vnde dicit Solinus ꝙ est quidam serpens cuius lingua est inicīū venenosa ꝙ si tangat hominem ꝙ homo totus liquefit in carne et ossibus ex illius ueneni fortitudine. Sic lingua praua tangens hominem veneno detractionis ipsum quantum per ipsa mium potest in nichilum resoluit. eccle. xxviij. Plaga lingua comminuet ossa. Lingua etiam vnius mali consiliarij vl' inggestoris quādoqȝ destruit vnam to

ad
di
tio

tam prouinciā quod non facerent mille lupi. Et hoc ē qđ ecclesi.xxviij. scribit sapiēs.lingua tertia multos cōmouit et dispsit illos de gente in gentē ciuitates diuitum munitas destruxit.nocumentū etiam lingue magnum eodez ostēditur capto. Multi ceciderunt in ore gladij: sed non sic quasi qui interierunt p linguā suaz.Et ideo prauoꝝ lingue discordias seminantes. hec est ptialitas guelforū et guibellinoꝝ cōmouentes et cōcitantes fere totā ytaliam destruxerūt Et ꝙ hec vera sint satis māifeste mōstratur.nam pspicuū est ꝙ nemiem guibellinū ꝛ guelfum originaliter nūꝗ͂ natura pduxit.sed corruptibilis hō ex inordinata sua voluntate mores puersos et vicia psequēs iuidijs cupiditatibus supbijs et alijs sceleratis habitibus se imiscuit.et vagus relaxatur in eis. sine qbus naturalr natus ē.hoc est autē qđ seneca in psona hūane nature loquens scribit ad Lucillū epl'a.lij.dicēs.Peiores moriunt̄ hoīes ꝗ͂ nascunt̄.vel nascant̄ nostrū.Istud non naturale viciū est. illa de nobis cōqueri potest et dicere. Quid ē hoc?sine cupiditatibus vos genui.sine tumoribus sine perfidia.sine pestibus. quales igit̄ tristes exitis? Et ppterea.ij.ethicoꝝ dicit phus.Moralis virtus ex more fit. vñ et nomen habuit parū declinās a more.Ex quo manifestū est ꝙ neqꝫ vna moraliū virtutū natura nobis insit. Cū igit̄ morales habitus nō a natura: sed ab vsu opatōis accedāt.Idcirco primi ptiū fundatores et scādalisatores orbis maxīe ytalie:miserabiles et miserādi destructores nō a natura nec a rōne cōmoti:sed a malicia facinorosa deuicti' ppter pximi ꝛ boni cōis destructōem ptialitatem et malicias inuenerūt. nā ptiales huiusmōi propter cupiditatē eoꝝ vniuersos honores lucra et officia sue cōitatis ꝛ patrie occupare volētes. vel ppter supbiam eorūdē ipatientes.et suū pximū abhorrētes sibi parē adesse.aut ipsius pximi statui psgo inuidentes.vel virtuose excellētie emulātes. Et ex hijs et alijs viciosis defectibus discordes effecti aduersus seipsos hostiliter insurrexerūt. vtriqꝫ ꝛ sub ptialitatis colore. Inuidiā auariciā et supbiā simulātes scipos sub pretextu et noīe guelfo et guibellino alterutrū offenderunt.Quod siquidē ab ipsis principalibus pmotoribus est ppagatum in posteris. ut filij enutriti et docti in puerſis iniquitatibus et ptialibus patrū et predecessoꝝ suoꝝ eisdem simulatōibus grauibus et piculis hodie realiter et psonaliter offendant̄. et ad ptialitatis sue pfidiā potētius defendendā ecclesiā et impiuz velut ptialitatum suaꝝ principalia fundemēta cōstituant. Nā guibellini p eis impiuz et contra ecclesiā.et guelfi p eis ecclesiam et impium cōtra suscipiūt. In quo quidē inquātū ipsi ptiales omnes seducant̄ et errant.necessitas rōnis et dignitatis ostēdit.Quoniā sicut testat̄ euuāgelica veritas cū omis potestas a deo sit.ppter qđ summū sacerdotiū in pontifice spūali et impio tēporali. spiale fastigiuz ad vniuersā spūalem et tēporalem salutē sunt data vel pmissa de celo.que cū ambo gerāt ymaginarium forem dei statū indignitatis tāte officijs destructionū et ptialitatū ut haberent facere in psonis causa similitudinē exēplo bonitatis eterne.penes quā nō est acceptio psonaꝝ.Etiā q: ignominiosuz est credere ut apl'ica sanctitas saccrdocij et potētissima maiestas ipij que spūalium et tēporaliū oīm potestatū possident in terrenis.assumāt sibi ptem vel ptialitatez ex eo cuius totū iure veri regiminis ꝛ ordinati dñij ad eos noscitur ptinere. ppter qđ nō est verisimile neqꝫ verū ꝙ ecclesia nec impium quorū cōscia deliberatōes.et vie sancte et iuste sunt.nec pro guelfis et guibellinis. vel cōtra fuerūt operati.vel faciūt nisi queādmodū bonū rōnis exigit ad ptialiū eorūdem deuotionē ꝛ fidem dignis fauoribus cognoscendis. vel ad ipsorū inobedientiā vel maliciā digna iusticia

C

punlendis. nec obstat ꝙ ipsi guibellini quoscunqȝ processus iustos ecclesie vel ipsi guelfi quoscunqȝ processus iustos impij quantūcunqȝ iustissimos habent ex ipsoꝝ malicia obstinata suspectos. ⁊ illis pro viribus opponuntur. ratio est. quia magis ipsi eligūt miseri ptiales su per oppressionibus ⁊ tyrānide conciuiū et proximoꝝ suoꝝ. ac in superbijs luxu riosis cupiditatibus illecebris tempora libus ⁊ suis corruptibilibus passiōibus permanere. quā preter passiones easdē sub ecclesiastico vel ipiali iusto vel san cto regimine residere. Sed ꝙuis ad ec clesiam et impium spūale et temporale dominiū guelforum et guibellinoꝝ ac terrestrium omniū pertinere noscatur ꝙuis etiam ipsi guibellini imperium si bi caput et defensorē appellent. et guel fi ipsi pro eis summū pontificē et eccle siam fateantur et inuocent adiutricem. tamen nec guelfi volunt ecclesiam. nec guibellini querunt imperiū pretextu iu sti dominij vel gubernationis eoꝝ. sed solū in casu defensiōis subsidij et opor tunitatis ptialiū eorūdeȝ eos dominos suos non corde sed labijs honorantes. imo sicut frequēti experimēto videtur: guelfi repugnant ecclesie. Et similiter guibellini aduersantur impio vsqȝ ad vltimam destructonem ipsaꝝ partialiū predictarum totis viribus opponētes. et quod maioris confusionis est: graui us guelfus in guelfinū. ⁊ guibellinus in guibellinū insurgit se alterutrum prose quentur et dissipant. quia ex inuidia su perbia et auaricia terrenoꝝ que sunt cō traria caritati et paci nō possunt nec ra tionabiliter debent vnica trāquillitate manere. ¶ Itē qd derisorium est plu rimi ex huiusmodi partialibus ꝭm acci dentia temporum ptialitatis emolimen ta vidētes: se faciūt guibellinos et guel fos. quoꝝ patres aut cognati nunꝙ fu erunt de parte eoꝝ. Et qui per partiali tatis negocia vnicā iniquam nō sustinu ere iacturaȝ. Insuper guibellinus guel fo et guelfus guibellino vnitur. ut ex ta li vnionis virtute nedū contra ceteros guibellinos et guelfos: sed aduersus ec clesiam vel imperium possit cupiditatū et passionum suaruȝ motus defendere aut tyrānides excercere. Et in pmissis supra cupiditatem et inuidiam et alijs viciosis effectibus diutius et potentius permanere. O igitur ptialitas detestan da ab omni veritate ⁊ qualibet bonita te semota. O igitur guelfi et guibellini nominis infelix ⁊ odiosa peruersio inui die et auaricie fomes falsitatis et ꝓdi tionis amica. boni cōmunis et reipubli ce destructiua. tu puritateȝ orbis ad scā dala suscitasti. tu hominum innocentiā vulnerasti. sed miserandam ytaliam pa ce et caritate nudatā in dolorem et bel lorum campestrium et ciuilium calami tatem demersaȝ sauciatā ducis ad mor tem nisi misericordiā pater omnipo tens de bonitatis sue supna clementia se opponat. Ve tamen superioribus di gnitatibus et potentijs vniuersis pe nes quas assumptio talis partialitatis est ex quibus personarum destructio ⁊ animarum perditio causatur. ¶ Quo niaȝ sicut per august. scribitur in sermo ne quodā ꝙto ceteris gradibus digni tas episcopalis est altior: tanto si per ne gligentiam dilabatur ruina est grauior Et propterea clamat dominus per eze chielem prophetam aduersus potenta tus et principes in proposito. Audite re ges et discite iudicium firmum terre. et prebete aures vestras. quoniā a domi no data est potestas vobis ⁊ virtus ab altissimo qui interrogabit opera vestra et cogitationes vestras scrutabitur. qm cum essetis ministri regni illius non re cte iudicastis nec custodistis legem iu

sticie. Reuera guelfi et guibellini figurari possunt per reges israbel et iuda qui inito consilio prophetarum quos deceperat spiritus mendax ascenderūt ad prelium contra rabach galaat. et confusi sunt ambo. ¶ Moraliter galaat interpretatur possessio aquarum. et denotat huius mundi dominia circa que domini temporales multo labore insudant. sed labuntur uelut aque fluenta. Reges vero iuda et israbel guelfi et guibellini sunt qui decepti a falsis prophetis. i. ab inordinatis appetitibus dominandi et cupiditatibus rerum mundi in quibus ut plurimum dyabolus ipse qui hec suadet mentitur. ascendunt igitur ad ista optinēda. sed credunt vincere et confunduntur. vnde grego. in moralibus. Potentes huius mundi dum de potentie sue gloria extolluntur: hora qua nesciunt subito rapiuntur. et dū pedes fixisse se credunt casu lubrico ad yma laci descendunt. ¶ Tertium quō multum retrahere debet ab hoc pessimo lingue vicio sunt canonica iura. Canones enim multum acriter puniunt tales maledicos. maxime maledictionē contra deum et sanctos proferentes. Super hoc non expedit hic instare. quia satis de hac materia habetur supra in scda prohemiali parte. §. xlvij. in questione scda. et ibi require si placet ¶ Pro premissorum intelligētia magis in speciali q̄tum huic proposito cōgruit est de duobus dubitabilibus querendum vel inuestigādum. ¶ Et primo vtrum licite quis possit maledicere homini? ¶ Scdo vtrum maledicere sit peccatum mortale? ¶ Quo ad primum quesitum respondet breuiter beatus thomas qui eam format secunda scde. q. lxxvj. dicens ꝙ maledicere est idem ꝙ malum dicere. ¶ Dicere autem malum tripliciter se habet ad illud quod dicitur. Uno modo per modum enunciationis sicut aliquid exprimitur modo indicatiuo. et sic maledicere nichil aliud q̄ malum alterius referre. quod pertinet ad detractionem que est denigratio fame. vnde quandoqꝫ maledici detractores dicuntur. j. ad corinth. vj. neqꝫ maledici neqꝫ rapaces regnum dei possidebunt. ¶ Alio modo dicere se habet ad illud quod dicitur per modum cause. Et hoc quidem primo et pricipaliter competit deo qui omnia suo verbo fecit ꝯm illud psalmiste. ipse dixit et facta sunt et cetera. Consequenter autem competit hominibus qui verbo suo alios mouent per imperium ad aliquid faciendum. Et ad hoc instituta sunt verba imperatiui modi. ¶ Tertio modo ipsuꝫ dicere vel maledicere se habet ad id quod dicitur quasi expressio quedam affectus desiderantis: id est quod verbo exprimitur. et ad hoc instituta sunt verba optatiui modi. ¶ Pretermisso igitur primo modo maladictionis qui est per simplicem enunciationem maledicentis considerandum est de alijs duobus. vbi oportet scire ꝙ facere aliquid et velle illud se habent cōsequenter in bonitate et malicia. ut ex supra dictis patet. vnde istis duobus modis quibus malum dicitur per modum imperantis vel per modum optantis eadem ratione est aliquid licitum et illicitum. Si enim aliquis imperaret vel optaret malum alterius inquantum malum. quasi ipsum malum intendens. sic maledicere vtroqꝫ mō est illicitum. et hoc est maledicere per se loquendo. quod est contra legem amicicie et caritatis. Et ideo bene dicit autor. Maledicus ne esto. ¶ Si autem aliquis optaret vel imperaret

malum alterius sub rõne boni.tūc est li
citū:nec est maledictio per se loquēdo.
sed per accidēs.qr principalis intētio di
centis. non fert ad malū sed ad bonū.
Cōtingit aūt malū aliqđ dici imprando.
vel optando sub rõne duplicis boni.
qñq3 quidez sub rõne iusti. et sic iudex
licite maledicit illū cui precipit iustā pe
nam iferri.Et sic ecclesia maledicit ana
thematisando.Sic etiā pphete qui im
precantur mala peccatoribus quasi con
firmātes voluntatē diuine iusticie.licet
huiusmodi imprecatões possent etiam
per modum prenunciatōis intelligi.qñ
q3 vero dicitur aliquod malū sub rõne
vtili.puta cū aliquis optat aliquē pec/
catorem pati egritudinem aliquam:aut
aliquod ipedimentum.vel ut ipse meli
or efficiatur.vel ut saltē ab alioꝝ nocu
mento cesset. ¶ Quo ad scđm quest
tum respondet idem sanctus tho. eadē
q̄stiōe et libro dicens ꝙ maledictio de
qua nunc loquimur est per quaȝ pnun
ciatur malū cōtra aliquē vel iprecando
vel optādo.velle aūt malū alicuius vł
imprecari est cōtra illud preceptū dilige
ꝓximū sicut teipsum.Et iđ maledicere
ꝺm genus suū est peccatū mortale.quia
repugnat caritati et nisi esset peccatum
mortale nō excluderetur a regno dei. a
quo tñ excluditur.iuxta qđ dicit aplus
j.ad corinth.vj. neq3 maledici:neq3 ra
paces regnum dei possidebūt.Et tanto
est grauius quanto persona cui maledi
cimus magis amari et reuereri tene/
mus.vnde leuitic.xx. Qui maledixerit
patri suo aut matri morte moriatur.Cō
tingit tamen esse veniale propter par/
uitatem mali quod quis alteri impreca
tur. vel etiam propter affectū eius qui
profert dum ex leui motu:vel ex ludo
aut ex surreptōe aliqua talia verba pro
fert.quoniam peccata verborum maxi
me ex affectu pensantur.

¶ Incipit.xxx.preceptuȝ.

Extimatōeȝ retine.
Postq̄ autor sup̄ i.xxviij.
precepto prebuit rudimēta
ad virtutē ꝓudentie indu
cētia que est vnus riuuloꝝ
ipsius scđi padisi fluīs.scilȝ
prudentie. per quā quidē prudentiā in
struimur quomō ex p̄teritis de p̄senti
bus et futuris discutere ac librare debe
amus ꝺm tullij doctrinā seu diffinitōeȝ
Et inter cetera ipsius ꝓudentie īimica
negligētia et actio subita opponāt eidē
quia eo ipso ꝙ hō est negligens vel su
bito festinus in actu: eo ipso sequit̄ ne
cessario ꝙ īprouidus sit.et cum ad pru
denteȝ ptineat:expedit prōptam et faci
lem de rebus moralibus coniecturā ha
bere.et hoc fieri nequeat nisi per soller
tiā qui est quintus riuulus ipsius ꝓu
dentie.Pro tanto autor in presenti pre
cepto ad hanc virturem inducit vnum
quemq3 dum dicit.Extimationem reti
ne.Quasi velit innuere coniecturā retine
hoc est in agendis omnibus eā debes
seruare.vel aliter.et hoc dicit̄.Et primo
passiue:ut sit sensus. Extimatōem reti
ne.i.tā bñ habere te debes circa omēs
ut de te semp bonū et nō malū extime
tur.De q̄ qdē extimatiōe loquit̄ Boeti
us di.Fedatus sum extimatiōe.i.praua
cōiectura vel ifamia. ¶ Scđo actiue:ut
sit sensus.Extimatōeȝ retine.hoc est cū
videris aliquē aliqua bñ opantē quātū
cūq3 appeat de genere bonoꝝ:nō stati
extimes eū esse bonū añq̄ expiaris vel
ecōuerso.qr sic dicit Cassiodorus.Fir/
mū ē iudiciū cuius tenet̄ exēplū. nec lo
cus ābiguitati relinquit̄.vbi expimenta
ꝓbabilia suffragant̄. Et phus i.j.me/
thaphisice dicit ꝙ vnicuiq3 expto i sua
scia est credendū.nā explētia facit arteȝ
et inexperientia casum. propter quod
euuangelica veritas per Math.vij. ca
pitulo asserit a fructibus eorum cogno
scetis eos.Et pro tanto august.omelia
vj. quod etiam transumptiue habetur.
ij.q.vij.non omnis. dicit ꝙ non omnis
qui dicit pax vobis. quasi columbus ē

audiendus. quasi velit innuere ꝙ non omnis predicator licet bona predicet: est propter hoc simpliciter bonus cen/ sendus. sed prius eius vita est inspicien da an vitam corui ducat: an columbe. vnde sequitur. corui de morte pascun/ tur. hec columba fel nō habet. imo de fructibus terre viuit inocēs est victus eius. idest incruentus et sine sanguine. et sic respicit quod dicit coruus de mor te pasci. alias non est innocens cum tol lat. Et ex hoc infertur ꝙ coruo equi/ patur predicator sophisticus vel malus prelatus. et hoc propter sex conditiōes prauas que in coruo reperiri dicuntur. Et primo in nigredine viciorum. Se/ cundo in raucedine uocis. scilicet peruer se predicationis. quia male predicat. ¶ Tertio in voracitate. scilꝫ oblatio num. ¶ Quarto in fetore spiritus. ¶ Quinto in garrulitate. ¶ Sexto in furto. ¶ Pro huius precepti decla ratione ac obseruantia. ac etiam que cir ca ipm competere possunt: est breuiter attendendum ꝙ beatus thomas scđa ij. q. xlix. ar. iiij. dicit ꝙ prudentis est re ctam extimationeꝫ de operandis habe re. Recta autem extimatio siue opinio acquiritur in operatiuis sicut in specula tiuis dupliciter. vno quidem modo p se inueniendo. Alio modo ab alio addi scendo. Sicut autem docilitas ad hoc pertinet ut homo bene se habeat in ac quirendo rectam extimationem seu opi nionem ab alio. ita sollertia ad hoc per tinet ut hō bñ se habeat in acquirendo rectam extimatiōem seu opiniōem per seipsum. ita tamen ut sollertia accipiaꝰ per eustochiam cuius est pars. nam eu stochia est bñ coniecturatiua de quibuscū qꝫ. Sollertia autem est facilis et prom pta coniecturatio circa inuentiōem me dij ut ait aristo. in primo posteriorum. tamē ille philosophus qui ponit soller tiam prudentie partem: accipit eam cō muniter pro omni eustochia. vnde di cit ꝙ sollertia est habitus qui prouenit ex repentino inueniens quod contingit et conuenit. Reuera si quis bene consi derat huius autoris precepti effectum videre poterit ꝙ ad hanc coniecturā: que ē eustochia vel sollertia per ipsum preceptum inducimur manifeste ad in uestigandum media que ducunt ad fi nem itentum cuiusmodi sunt media hu iusmodi. ¶ Sed notandum est ꝙ sol lertia nō solum se habet circa inuentio nem medij in demonstratiuis: sed etiā in operatiuis. puta cum aliquis videns aliquos factos amicos: coniecturat eos esse inimicos eiusdē. ut idem phūs. vj. ethicoꝝ dicit. ⁊ hoc modo sollertia per tinet ad prudentem. In speculatiuis ve ro vno mō pertinet ad prudentem res extimare ꝑm mensurā rectam et infalli bilem. quia tunc in extimatione rerum errare non poterit. Sicut enim non ca dit error in ꝗtitate rerum corporaliuꝫ quando mensurantur vel etiam ponde rantur per iustā mensuraꝫ vel lancem. Propria eni mensura rerū intrinseca ē ipsa natura non ex opinione hominum vñ ꝑm naturam ipsaꝝ extimari debēt Et hoc est qđ seneca libro. iiij. de virtu tibus dicit. Quisquis prudentiaꝫ sequi desideras: tunc per rōnem recte viues si omnia prius extimes et perpenses et dignitatē rebus nō ex opinione mul toꝝ sꝫ ex eaꝝ natura cōstitues. ¶ Pro predictoꝝ intelligentia magis in specia li est sciendū ꝙ qui vult verā ⁊ certam extimationē de rebus habere hūanis: nō debet nisi ꝑm verā experientiā vel sci entiā iudicare. ¶ Hāc conclusiōeꝫ tra dit phūs in suo primo methaphisice di cens. Scia ꝗ speculatrix est causaꝝ ma xime doctrix ē. nā hij docēt qui causas reddunt. Et primo ipse phūs primo po sterioꝝ dicit. Scire est aliquid per cau sam rei cognoscere ꝑpter quod est nec potest aliter esse. Et sic nō ex ignorātia reꝝ. non ex solēnitate verboꝝ sed reꝝ et causaꝝ certa scia expiētia et opibus manifestis debet sapiens prius res om nes extimare ac etiam iudicare. qꝛ sicut scribit aristo. methaphisice libro primo

sapientis est posse assignare causas et
cognoscere rem per certitudinem. Et
propterea dicit tullius in officijs: nec
quicquid agas cuius rationem proba/
bilem reddere non possis. ¶ Ad hoc
benefacit codicio seneca de forma ho/
minum vite dicit. Cuiuscunq; facti cau
sam inquire. et cum inicia inueneris: exi
tus cogitabis. nam sicut ex scientia cau
se ad cognicionem effectus celerius et
clarius peruenitur. Sic ex causis igno
ratis nec eorum que deinceps scientia erit
C nec perfecte poterit iudicari. ¶ Unde
huic sumpta occasione de tali pōt que
stione inuestigari, videlicet vtrum esset
melius pro republica ꝙ omnia iudicia
et humana negocia terminarentur iudi
cum extimatiōe et iudicio: q̄ legum ar
bitrio vel ecōuerso. Et ꝙ melius sit ꝙ
cōmittatur iudicum extimationi et iudi
cio. Probatur primo sic. Ille qui meli9
cognoscere et considerare potest veri/
tates personarum locorum et temporū
est magis ydoneus ad proferendum iu
dicia et terminanda negocia: q̄ ille qui
minus considerare potest. Cuius ratio
ē. quia talis melius potest discernere et
extimare quod iustum quod expediēs.
et quod non. nunc autem sic est ꝙ iu/
dex melius considerare ac extimare po
test predicta q̄ lex. quia lex considerat
personas loca et tempora tantum in ge
nere. non autem in specie et in particu
lari. iudex autem extimat et considerat
in specie et particulari hanc personam
et hunc locum et hoc tempus. igitur iu
dex est magis yone9 ad iudicia extimā
da vel proferenda q̄ lex. ¶ Scd̄o sic
Illud quod eque bene termiari potest
per pauciora nō debet fieri et termina
ri per plura. sed iudicia et omnia nego
cia humana possunt terminari solū per
extimationem et prudentiam naturalē
iudicis. per quam omnes leges huma/
ne sunt adiuente vel saltem per prudē
tiam naturalem et iusticiam. igitur meli
us est ꝙ terminentur per prudentiam
naturalem iudicis et per virtutem iusti
cie q̄ per multitudinē et siluam legū.
¶ Tertio sic. illud in quo magis vi/
get iusticia aptius est ad iudicandum
sed in iudice magis viget iusticia q̄ in
legibus. quoniam iudex est iusticia ani
mata. lex autem inanimata. igitur etc.
¶ Quarto sic. legislator non potuit
vel non potest omnes casus prouidere
quia operabilia hūana habent innume
ros diuersos casus. vnde ab vno homi
ne et maxime in breui tempore cōside
rari non possunt. vnde dicit lex ꝙ plu
ra sunt negocia q̄ vocabula. et nō pos
sunt omnes articuli litium sigillatim cō
prehendi. et etiam quia lex est de futu
ris que incerta sunt nobis. iudex autē
potest prouidere omnibus casibus qui
occurrūt. quia de presentibus iudicat. igi
tur melius est ꝙ respublica atq; huma
na iudicia iudicum exterminationi et iu
dicio committantur q̄ legū arbitrio.
¶ In cōtrarium dicit aristo. primo
rethoricorum vbi hanc questionem de
terminat dicens. ꝙ omnia committi de
bent et disponi per leges. paucissima au
tem sunt cōmittenda iudicibus. quia so
lum illa que non sunt per legislatorem
legibus determinata. Et hoc pbat tri
pliciter. ¶ Prima ratio sic formatur.
ille qui pluri et longiori tempore consi
derauit quod iustum est et quod iniu/
stum et quod expediens: potest hoc fa
cilius assignare et terminare. sed legisla
tor longiori tempore cōsiderauit. et per
experientiam longam vidit quod iustū
et quod iniustum q̄ iudex. quia iudex
considerare nō potest nisi per tempus
vite sue. igitur legislator melius profer
re potest iudicium q̄ iudex. et hoc in/
tendit aristo. primo rethoricorum in pri
cipio cum dicit legislationes ex multo
tempore cosiderantis fiunt. Iudicia au
tem supple iudicis ex subito. i. repente. D
¶ Scd̄a ratio eius sic formatur. Dif
ficilius est reperire multos sapiētes ad
iudicādū q̄ paucos. Cū igit̄ in qualibet ci
uitate requiratur ad minus vnus sa/
piens: difficile erit reperire tot iudices.

vna autem lex sufficit omnibus ciuita tibus in similibus casibus.ergo facili/ us est iudicare per leges ꝙ per iudices. Hanc rationem tangit aristo. dicens. vnū habere et paucos facilius ꝙ mul tos bene sapientes ⁊ potētes leges fer re et iudicare. ¶ Tertia ratio talis est quanto ille qui debet iudiciū proferre est magis elongatus et extraneus ab il lis passionibus que iudicium peruerte re possunt:tanto ille ad iudicādum est aptior. Nunc autem sic est ꝙ legislator et lex lata per ipsū sunt magis elōgati et extranei a passionibus odij et amo/ ris et ab affectiōe proprij cōmodi ꝙ iu dex. Cuius ratio est.quia legislator fe/ cit iudicium in cōmuni.et ad omnes in genere siue sint odientes siue inimici:si ne propinqui siue extranei. Non enī po test habere respectum. quia iudicat de futuris. Judex aūt iudicat de presenti/ bus que aliquo modo vel titulo perti nent ad eum propter affectionem odij vel amoris.cōmodi vel incōmodi pro/ prij igitur facilius fertur et aptius iudi ciū per leges ꝙ per iudices. ¶ Hāc rōnem tāgit aristo. primo rethoricorū: vbi sic dicit. Si omniū aut maximū qȝ iudicium legislatoris nō ſm partem sed de futuris et vniuersalibus est al' per fectus. Prefecti aūt et iudices iam de presentibus et terminatis iudicant: ad quos et amare et odire et propriū cō modum sepe sunt ānexa ut non adhuc possunt sufficienter videre verum. sed attendere in iudicio proprium delecta/ bile aut triste.et hoc verius videtur eē tenendum. ¶ Ad primum contrarium dicendum ꝙ non concludit simpliciter ꝙ melius fiat iudicium per iudices ꝙ per leges:sed solum cōcludit ꝙ ea que non potuit prouidere legislator melius per iudices iudicātur. et sunt iudicibus cōmittenda.et hoc de plano concedit. ¶ Ad scdm dicēdum ꝙ humana iu dicia nō eque bene terminantur per so lam prudentiam naturalem sicut per le ges. quia leges cum hoc ꝙ emanant a prudentia iudicant etiam per longā ex perientiam. et inuenta sunt iusta et vti lia. ¶ Ad tertium est dicēdum ꝙ illud qđ dictum est ꝙ iudex est iusticia ani/ mata.methaphorice dictū est.quia sola lex non fert iudicium sine opere iudi/ cis qui est animatus. ¶ Ad quartum dicendum est ꝙ verum est in hijs casi bus quos nō preuidit lex:iudicibus est cōmittendum. quia hoc non est contra illud quod iam dictum est.

¶ Incipit.xxxj.preceptū. A

Consultus esto Postꝙ autor supra ꝓbuit rudimēta per tinētia ac inducentia ad plures ptes pru dentie:videlȝ ad me diam prouidentiam et sollerciam. Nūc vero in presenti pre cepto subsequēter prebet rudimēta per tinentia et inducentia ad cautiōem que est vnus riuulorum ipsius secūdi para disi fluminis scilȝ prudentie. Per quam quidem cautionem instruimur qualiter bonum a malo et verum a falso discer nere valeamus. Hec aūt virtus est pru dēti multum necessaria. Ratio est.quia ſm sanctum thomā scda.ij.q.xlix. ꝙ in contingētibus particularibus circa que prudentia versatur verum potest quan doqȝ admisceri falso. et bonū malo. ⁊ hoc ꝓpter multiformitatem hoꝝ opa biliū in quibus sepe bona malis coope rantur.et mala habent speciem boni. ¶ Considerans igitur autor ꝙ hec vir tus prudenti valde necessaria est per ra tionem antedictam ac etiā per alias ra tiones infrascriptas vnumquēqȝ indu cit ad hoc preceptum dicēs. Consultus esto.quasi velit innuere ꝙ talis sis ut ne dū alijs sed tibi ipsi cōsulere possis. vbi notādū ꝙ ꝯsultꝰ dicit a quo ꝯsiliū peti tur. Cōsultor vo qui ab alio ꝯsiliū petit

¶ Pro huius precepti intelligentia ac etiam obseruantia est breuiter sciendum q tria sunt que ad obseruantiam huius precepti inducere debent. Et primum est sacra scriptura. Scdm est ipsius pcepti ethimologia. Tertiu est brutoꝝ aialiu industria. De primo aplus ad ephes. v. videte quomo caute ambuletis no quasi isipiétes: sed ut sapiétes. eccl. vj. facit vna qstioez quid amplius stulto habet sapiens? Et stati ad ea respondens subdit. nichil nisi ut pergat vbi est vita. ad vita pergere et ambulare idem est. Quod igit obscure primo dicit aplus. videte quomo caute ambuletis. hoc subiungit expositiue: no quasi insipiétes: sed ut sapientes. quasi dicat

B sapientes hoc aut habét amplius ab insipiétibus. qr ambulát ad vitá. ¶ Beatus etiam grego. in moralibus distinguens veram sapiétiam a falsa: dixit q vera sapiétia est qn lingua. manus oculus no discordát. Ille eni fm verá eius intentioné est sapiens: qui quod lingua dicit manu facit. et oculo intentiois ad bonum finé dirigit. Uidete igitur ingt aplus quomo caute ambuletis no quasi insipiétes: sed ut sapientes. ut scz lingua vestra sit in corde. et cor vestru sit in virtute dextre. et tandem ne sitis in tenebris: et oculus sit in vestro capite. licet autem ista sint dicta vniuersaliter: possunt tamen ad ppositum nostrum applicari singulariter. et maxime de pricipibus vel rectoribus. qr caute prius inuestigare debent de quibus nesciút prouerbioꝝ. xviij. Auris sapiétium querit doctriná. ¶ Item caute debent discernere et iudicare de quibus audiunt. eccle. iiij. Qui audit sapiétem iudicabit gétes. ¶ Item etiam cautius fortius debent executioni mádare que discrete iudicauerút. prouerbioꝝ. xxiiij. vir sapiés fortis est. et vir doctus validus et robustus. Qui aut actum iudiciarie correctóis exercent: caute et sapienter exerceant. et tunc non ut insipiétes: sed ut sapientes ac etiá prudétes. istos tres pedes mouét. Bene igit dicit. videte quomo caute ambuletis. i. prudenter. qr prudentia est recta ro agibiliu. vj. ethicoꝝ.

¶ Scdm qd inducere debet ad huius precepti obseruantiá est ipsius pcepti ethimologia. Consultus enim quasi conspiciens vlterius dicit. s. vltra supficialem rei apparentiá. vel cosultus dicitur quasi cospiciens intus. qd idem est q esse cautu. Nam cautus dicitur quasi cauens intus. que quidem conditiones competunt bono consiliario. Ad bonum aut cosiliarium pertinet tria habere et tria vitare. ¶ Primo nanqz debet habere sapientiaz. Ambrosius libro. ij. de offi. Quis se comittit ei quem no putat plus sape q ipsi sapiat. an qui querit cosiliu? vn ambrosius. necesse est vt prestantior sit ille a quo consilium petitur q ille qui petit. et sequit qualis debet esse scilz exéplo. et vsu paratior sit presentia soluat. pericula denunciet iminentia. expediat et remediu ferat. et no sit paratus ad soluendu tantum: sed ad subueniendum. Et quia raro tales inueniuntur. ideo dicitur eccle. vj. Consiliarius sit tibi vnus de mille. A tali igitur consiliario secure peti potest consilium vnde thobie. iiij. Consilium semper a sapiente perquire. C Econtra dicitur eccle. viij. Cum fatuis non habeas consiliu. Non enim diligere poterunt nisi que ipsis placent. Inter sapientem consiliariu et fatuuz talis assignatur differentia. qr

D fatuus non respicit nisi principium facti. sapiens aut finem respicit et ea que sunt ad finem. cui bene conuenit quod in ysopo dicitur. Ferre minora volo ne grauiora feram. hoc exemplo illius pricipis qui emit sensum a philosopho coprobatur. qui dum cedulam emisset in qua scriptu erat. In omnibus que acturus es semper cogita quod possit accidere. quam cum princeps accepisset: litteris aureis in foribus palacij describi mandauit. Post multum vero tépus quidam eius inimici cum barberio ordinauerunt vt ipsum principem

crudelitas accidit altero ex duobus. aut ex ignorantia aut ex superbia. nam su perbus amore proprie excellentie fir/ matur ad elationis sue sequenda consi lia in aliorum prosecutione humiliari de dignans se deprimi et inhonorari. exti mans si sua contempneret: et aliorum consilia honoraret. et ipsi ceci et obsti nati ad mentes non considerant illud quod scribitur proverbiorum. xxvj. Ui disti hominem sibi sapientem videri: magis speciem ille habebit insipientis Et propterea dicit august. Sapiēs eris si te non esse sapientem credideris. Nā summa sapientia est suam stulticiam co gnoscere. Et hoc est etiam quod dicit Gregorius in moralibus magna est per fectio sue imperfectionis cognitio. Si autem vis cognoscere consiliatorem fi delem: respice si te tua nō diligit. et hoc est quod Gregorius. ij. registro dicit. Nullus sibi fidelior potest esse ad consi lium q̄ qui non tua sed te diligit. Hoc est contra multos qui diligunt homi/ nis bona non hominem ipsum. hec nō est amicicia vera sed falsa ex aliqua cau sa vana generata et amicicie vere simil ma amico accidente fortuna. sed falsse ostenditur nulla et omnino vanissima si contra amicū optineat pars adversa. ¶ De tali amicicia bene loquitur Bo etius dicens. Quem fortuna fecit ami/ cum infortunium faciet inimicum.

¶ Quo ad scdm adhibenda est di ligentia circa viciorum palliationem ne se virtutes ostendāt. Hec palliatio mul tum est periculosa. quia aliquando vi/ cia simulant se esse virtutes. Ait grego rius in moralibus. xxiij. ponens aliqua exempla q dissoluta remissio quasi mā suetudo et pietas habetur. Effusio mi sericordia creditur. et malorum perti/ nacia constantia dicitur. et hijs similia. Transsumptiue habent verba in canōe sepe. xlj. di. Hec materia latius refricabi tur in. lj. precepto. Nil arbitrio virium feceris. Hec revera dependet a carnis prudentia que viciosa est et fallax: in/ quantum spreto et neglecto vero et in commutabili bono miser homo morta lis scdm eam in bonis carnis corrupti bilibus sibi suum constituit finem. et ta lis carnis prudentia in carne non agit vnica via virtutis. sed multis vijs astu cie secundum varios status temporum personarum et locorum distinctiones. placendo et adulando iuxta confor/ mem astuciam et accidentium concur rentium de tali prudentia. que pro/ prie magis potest astucia nuncupari. lo quitur apostolus ad romanos. viij. Prudētia carnis est dei inimica. ¶ No tandum tamen est q beatus thomas scda scde. q. lvj. pertractans de tali car nis prudentia conclusiue tenet ac etiam determinat q si talis carnis prudentia accipiatur scdm absolutam prudentie rationem. ita scilz q in cura carnis con stituatur vltimus finis totius vite. sic est peccatum mortale. ¶ Si vero accipi atur scdm rationem particularis pru/ dentie: sic est peccatum veniale. verūta men si bonum temporale non constitu eret ut vltimus finis: sed ageret ex ca ritate q hec esset tollerabilis et honorā da prudentia. et in istis agibilibus infe rioribus oportuna. ¶ De hac pruden tia loquitur seneca in libro de formula honeste uite dicens. Si prudentiam am plecteris: vbiqz per rationez idem eris. et prout rerum aut temporum uarietas exigit: ita te accomodes tempori. nec te in aliquibus mutes: sed potius aptes. sicut manus que eadem est cum in pal mam extenditur. credo q talis pruden tia in paucis hodie reperitur homini/ bus. et hoc verum est simpliciter. quo/ niam non pauci sed multi imo magna pars mortalium adeo sunt cupiditate et vanitate excecati q tātum ut possint principibus et dominis florentibus et regentibus cōplacere vera relicta veri tate per carnis prudentiam operantur. et sic vere offerri potest in pposito illa

pphetica psalmiste veritas.qua dicitur corrupti sunt et abbominabiles facti sunt in studijs suis.nō est qui faciat bonum non est vsqȝ ad vnum.et digne cō mendari potest etiā illa phlosophi magni dyogenis responsio qua interrogatus quare omnes homines abhorreret Et respondit malos propter malam eorum vitaȝ abhorreo bonos quia viuūt cum malis. ¶ Circa igitur talem viciorum palliationem et carnis prudentie astuciam monet autor precauere dum dicit. Diligentiam adhibe. ¶ Quo ad tertium adhibenda est diligētia et cautela: scilȝ circa inimicorum antiquorum confidentiaȝ.vbi aduertendum ꝙ vbi maius periculum inesse potest:ibi cautius est agendum et maior diligētia adhibenda.ut in decre.vbi magis periculum.de elec.libro.vj. Sed in confidentia antiqui inimici esse potest maius periculum.ergo ꝛc̄.hoc probat decreta.ꝛ si iudeos de iudeis. dicens ꝙ nulla pestis efficatior est ad nocendum q̄ familiaris inimicus. Qꝫ autem in confidentia inimici vertatur periculum tripliciter cōprobatur. videlicet ratione auctoritate et exemplo. ¶ Primo ratione et sic.quia quemadmodum antiqua amicicia per longam consuetudinem in habitu mentis sumpta ita congelatur et coagulatur ꝙ quasi lapis clarus efficitur:ita ira inueterata odium generat et odium inueteratum adeo in naturā conuertitur. ꝙ inimico antiquo nunq̄ quis confidere possit: hoc probat illa philosophica auctoritas qua canitur ꝙ consuetudo est altera natura. ¶ Secundum probatur auctoritate imo auctoricatibus multis. vnde ecclesiast.xij. De inimico veteri non confidas ineternum.quoniam si viderit vindictam:nō saciabitur sanguine tuo ꝛc̄. ¶ Tertio etiam comprobatur exemplo. Ad hoc etiaȝ optime facit quod narrat august. libro de ciuitate dei de quodam patrefamilias qui in sua domo quēdam serpentem valde familiarem habebat. et dum in quodam conuiuio prope ignem astaret copiosum:serpens ille igne calefactus filium paruulum patris sui momordit. et subito venenatus mortuus in terram cecidit. Cernens hoc pater: dolore vehementi cōmotus predictum serpentem interficere volens gladio: non potuit. tamen eius caudam precidit. et in quadam arbore prefati patris se abscondit. volens pater antedictus pacificari cum serpente accessit ad arborem et multa bona promisit si ad ipsius domum more solito redire vellet. Cui respondit serpens sic dicens.credis tu ꝙ sim ita fatuus ꝙ ꝑpter tua melliflua redire velim et de te confidere:certe nequaq̄. quia dum considero et ad memoriam reduco offensam quam tibi feci:quia tuum filium vnicum venenaui: de te nunq̄ confidere nequeo. nec etiam tu de me confidere debes. quia dum video honorem meum et pulchritudinem videlicet caudam meam a te precisam: certe nunq̄ tibi parcam. et si viderim de te vindictam non saciabor sanguine tuo. Nescis tu per sapientem eccle.xij. scriptum fore.de inimico veteri non confidas ineternum.quoniam si viderit vindictam non saciabit sanguine tuo. vade ergo in pace. ¶ Querere posset aliquis vtrum circumspectio sit pars prouidentie? Et videtur ꝙ circumspectio non possit esse pars prudentie tali ratione. quia qui potest videre que procul sunt: magis potest videre que circa sunt.sed per prudentiam homo est potens inspicere que ꝓcul sunt. ergo ipsa sufficit ad considerandum ea que circunstant prudentie. Non ergo oportuit preter prouidentiam ponere circunspectionem partem prudentie. ¶ Pro solutione huius quesiti dicendum est ꝙ ad prudentiam sicut dictum est precipue pertinet recte ordinare ad finem. quod quidem non fit nisi et finis sit bonus.et id q̄d ordinat̄ in finem

sit etiam bonum et conveniens fini. Sed quia prudentia ut dictum est circa singularia operabilia in quibus multa concurrunt: contingit aliquid scdm se consideratum esse bonum et conveniens fini quod tamen ex aliquibus concurrentibus redditur vel malum vel non opportunum ad finem. sicut ostendere alicui signa amoris scdm se consideratum videtur esse conveniens ad alliciendum eius animum ad amorem. sed si contingat in animo eius superbia vel suspitio adulationis: non erit hoc conveniens ad finem. Et ideo necessaria est circunspectio ad prudentiam. ut scilz homo illud quod ordinatur in finem comparet cum hijs que circunstant. ¶ Ad argumentum in contrarium respondetur quod sicut ad prudentiam pertinet prospicere illud quod est per se conveniens fini ita ad circunspectionem pertinet considerare an sit conveniens fini scdm ea que circunstant. utrunqz autem horum habet specialem difficultatem. et ideo utrunqz eorum seorsum ponitur pars prudentie.

¶ Sequitur quadragesimũ primũ autoris preceptũ.

A

Blandus esto. Istud preceptum facit ad materiam preceptorum nos ad affabilitatem et amiciciam cum quibus cõviuimus ordinantiũ et est unus riuulorum idest species primi paradisi fluminis videlicet iusticie per quem monemur reddere nedum maioribus: verumetiã equalibus et socijs et omibus cum quibus cõuiuimus debitum suum. quia nõ solum sufficit amicos et alios cum quibus conuiuimus cordialiter amare, et eis toto posse servicia impendere: nisi etiam gestibus ac etiam verbis delectabilibus nos cum eisdem habere. et hoc est quod in presenti precepto intendit autor dum dicit. Blandus esto. hoc est quod cum omnibus debes esse mitis et affabilis. ¶ Pro cuius tamen euidentia est sciendũ quod beatus thomas secunda scde. q. cxv. assignat differentiam inter placidum adulatorem et blanditorem. quia placidus scdm philosophum dicitur ille qui sola intentione delectandi loquitur. tamen in delectando modum excedit. ¶ Adulator dicitur qui laudat aliquem in quibus non est laudandus. quia forte sunt mala vel non recta: siue nõ circa bona. aut si timeri possit quod ad inanem gloriam prouocetur. Hec plenius tanguntur quantum ad hanc partem in. §. alias. in versi. si cuiuscunqz. in glo. adulari. xxv. di. ¶ Blanditor vero dicitur qui alium delectat per verba blanda intentione alicuius lucri vel cõmodi consequendi. et quantum ad hoc videtur sonare potius in vicium quam in virtutem quod est contra autoris mentem et intentionẽ dum dicit. Blandus esto. ¶ De isto cõtrario dicendũ ẽ quod licet hoc nomẽ blandus proprie loquẽdo et stricte sumendo: sonet potius in malam partem quam in bonam ut est dictum. tamen autor vtitur hoc nomine large et improprie prout sonat in bonã partem. et prout sumitur scdm cõmunem modum loquendi. quia blandus accipitur generaliter pro beniuolo. pro mite et etiã pro affabili. et isto modo ut est dictum recipitur ab autore. blandus esto. ¶ Nota quod sunt quinqz que efficiunt ac etiaz ostendunt hominem esse blandum. ¶ Primum est modestia in sermone. ¶ Secundum est mansuetudo in conuersatione. ¶ Tertium est fidelitas in temptatione. ¶ Quartum est obsequium in largitione. ¶ Quintum est amor in preventione. ¶ De primo ecclesiast. xx. Sapiens in verbis amabilem se facit. gratie autem

fatuorum effundentur. ¶ De secundo
eccles.iij. Fili opera tua in mansuetudi
ne perfice. et super gloriam hominum
diligeris. De tertio eccle.vj. Si possi
des amicum in temptatione possi de eũ
Et eiusdem .xxxiij. Seruus fidelis sit
tibi quasi anima tua. et quasi fratrem
sic tracta eum. ¶ De quarto apostolus
ad roma.xij. Si esurit inimicus tuus ci
ba illum. si sitit: potum da illi. hoc enim
faciens carbones ignis congeres super
caput eius. et cognita caritate inflam/
mabitur cor eius. ¶ De quinto aug.
libro de cathetisandis rudibus. nulla ē
maior ad amorem inuitatio q̃ᵐ preueni
B re amando. ¶ Et q̃ᵐ presens preceptũ
dicatur species iusticie ex eo ꝙ cũ qui
bus cõuiuimus reddere debeamus de
bitum suum. tamen propter predictas
ipsius conditões cõgrue põt ad virtutē
mansuetudinis conuenire. quia per eaꝫ
multum homo ornatur exterius dum
apparet benignus in vultu. dum placa
bilis in aspectu. dum modestus per om
nia in incessu. dum gratus et amabilis
in gestu. dum affabilis et dulcis in affa
tu. dum etiaꝫ est liberalis in omnibus
in effectu. Hec virtus maxime conue/
nit homini. quia diffinitur homo a phi
losophis ꝙ sit animal mansuetum a na
tura: quare valde est detestandum et a
iusticia alienum ut sit animal ferum. fel
le amaritudinis plenum. quod natura
instituit esse mansuetum. nam ut dicit
xiiij. libro de animalibus ꝙ quedaꝫ ani
malia non habent fel sicut equus mu/
lus et asinus et elephans. Et additur
ꝙ homines qui habent naturam epa/
tis sanam et quorum sanguis naturali
ter est dulcis. aut non inuenitur fel in
eis. aut valde modicum inuenitur. Et
dicit ꝙ illorum epar qui carent felle est
boni coloris et dulcis saporis.
¶ Natura ergo dictat nos mansuetos et
blandos esse debere. que cum omni/
bus animalibus arma tradiderit: homi
ni subtraxit. cui soli mansuetudinis si/
gna dedit. Naꝫ videmus ꝙ natura qui
busdaꝫ animalibus cornua fortia dedit
ad feriendum. quibusdam dentes ser/
ratos contulit siue culmas ad dilani/
andum. quibusdam spinulas in dorso
ad rescindendum. quibusdaꝫ rostra vn
cata ad discependum. quibusdam vn/
gues acutos et longos ad diuellenduꝫ
quibusdam aculeos ad feriendũ. et qui
busdã leuitatē ad aduersariũ demulcē
dũ. ¶ Cũ igitur natura nichil horuꝫ ho
mini cõtulerit: sed hec omnia signa cru
delitatis ab eo detraxerit: quante esse
debet mansuetudinis ipso facto perdo
cuit. cum ipsa nichil faciat frustra: non
sit superflua nec etiam diminuta. ¶ Ue
rum quod natura subtraxit malicia ad
inuenit. quia plura habent homines ar
ma et magis crudelia q̃ᵐ bruta. et fortio
ra peragunt bella. et acriora sibi infe/
runt vulnera nulla mansuetudine ob/
seruata. Quare scđm Boecium homo
sua natura deposita conuersus est in be
luam. De hac materia vide latius infra
iiij. parte metrica precepto. xiij. Cũ tibi
preponas. D. post principiuꝫ. Sunt eni
nonnulli qui se ad tempus mansuetos
esse simulant donec suos inimicos occi
dunt. vnde tales sunt similes cuidã ani
mali quod migale est appellatũ ad mo
dum muscelle magnum hoc enim ani/
mal se esse mansuetum ostendit. et mo
re scorpionis faciem blandam ostendit
donec ei homo appropinquat: in quem
subito insilit. et mortale venenuꝫ infun
dit. Sunt etiam quidam qui obliti hu
mana natura armati sunt ita ut belua.
et tales apro sunt similes: qui dum telo
percutitur: tanta iracundia incitatur vt
spumans ore fremens dente intantum
vindicare desiderat ut per medium te
lum suum percussorem inuadat. plus
volens mori q̃ᵐ suam iniuriam non vi
cisci. hoc idem apis facit que per vindi
ctam vitam propriaꝫ paruipendit sicut
iam patuit. quoniam feriendo figit acu
leum quem inde extrahere non valen
tes cũ illis oĩa viscera reliquũt. et sic sta
tiꝫ moriunt̃. Sũt etiã qdã qui dũ bene

aliquid faciūt ꝑ modica causa turbati: omnia destruunt que fecerunt. et tales sunt ericio similes. hoc eni animal q̃uis paruum vltem: tamen et pomeriū scandit. vnde vuas et poma deijcit. et descendens se super illa inuoluit ut sic suis spinulis inuoluantur et frangātur. Preter illa autem que portat in dorso: semper vnum aliud in ore gerit. Sed si ex omnibus quando redit aliquod vnum ceciderit: iratus a se omia excutit. et ad arborem se iterum oneraturum redit. Sunt etiam nonnulli qui inter conuiuentes ita imansueti existnut ꝙ velut ericius nisi omnia ad nutum assentientur: eisdem aculeis iniuriarum et contumeliarum eos pungunt et despiciunt. cum tamē monet apostolus mores seruitorꝝ necnon et oim conuiuentiū dulciter supportare et per hoc christi legē adimplere dicens. alter alterius onera portate. et sic adimplebitis legem christi. hoc verū sane intelligendo nisi per aliquam vtilem necessariam causam necesse sit eos contristari. et hoc fiat propter aliud bonum inde consequendum vel propter aliquod malum vitandum Pro tāto apostolus. ij. ad corinth. vij. capi. dicebat. Si contristaui vos gaudeo: non quia contristati estis: sed quia contristati ad penitentiam deducamini Cui bene cōcordat canon prodest. xxiij. q. v. siue plectendo siue ignoscēdo hoc totū bene agitur: dum modo vita hominum corrigatur. Si tamen virū māsuetum irasci contingat: ratione iracundiaꝫ vincere debet. iuxta illud psal. Irascimini et nolite peccare. multa esse bruta recogitans que feritate depositā māsuescunt. ❡ Pro premissorum tamen intelligentia magis in speciali de ipsa mansuetudine quinqꝫ occurrūt vidēda et cōsideranda. Et primo quid sit mansuetudo? Scdo quomodo ipa māsuetudo facit ipm hoiem beatum? ❡ Tertio quare mansueti terram possidebunt? ❡ Quarto quod donum mansuetudini adaptetur? ❡ Quinto vtrum mansuetudo et clementia que sunt partes integrales temperantie sint potissime virtutes? ❡ Circa primū quid sit mansuetudo? Dicendum est ꝙ mansuetudo ꝑm ꝙ eam peregrinus sacerdos describit est modesti animi trāsquillitas. que nulla incurrentium rerum perturbatione agitatur vnde glo. sup illud Math. v. Beati mites ꝛc. Mitis est quē asperitas mentis seu amaritudo non afficit Alia glo. ibidem. Mansuetus non irritat vel irritatur. nec nocet vel nocere cogitat. ❡ Item alia glo. Mitis est quem nō rancor vel ira afficit: sed omnia equanimiter sustinet. ❡ Circa secundū scꝫ quare mansuetudo facit hominem esse beatum? circa hoc est dicendum ꝙ potissima ratio est illa quā dominus tangit Math. v. dicens. Beati mites quoniā possidebunt terram. Itē quia mansuetudo ꝓpinat homini tria bona per que hō facilius beatus efficitur. Primū quia animā seruat eccle. x. Fili in mansuetudine serua animā tuā Sicut eni vasa vitrea feno inuoluta a cōfractione saluanť: ita aīa a lesiōe ire in mansuetudine. et sicut turres mediātibus cratibus ligneis in eis extrīsecus suspensis ipsas seruāt ab ictibus machinarꝫ: ita māsuetudo aiam a duricia verborꝫ. ❡ Itē māsuetudo ē sicͭ culcitra nobilissima in lecto floride ɔsciētie in qua animus cū domino requiescit. canticorꝫ primo. lectulus noster floridus. ❡ Secundū quia mansuetudo hominem deo reddit valde placenteꝫ. eccle. j. Bn̄placitum est ei fides et mansuetudo. et hoc ideo quia fides facit ut hō a deo possideať quantū ad intellectū. māsuetudo vero quantū ad effectū. ❡ Tertiū qꝛ māsuetudo hoiem saluat. vnde in psal. exaltauit māsuetos in salutē. Mansueti aūt possidebūt terram viuentiū: imo ipm deū. qꝛ ipsi mō pacifice possidenť a deo. Augu. Nullius ē deus possessio nisi eius quē ipe prius possiderit. Beatꝰ Bern. videť itelligere hoc verbū beati mites ꝛc. de terra quā calcamus ait eni

Si humilibus datur celum et mitibus terra: quid relinquit̃ imitibus et crudelibus supbis nisi infernalis miseria? Et tali rõne declaratũ est tertiũ principale in quo querebatur quare mansueti terram possidebunt. ¶ Circa quartũ scz
D
ꝙ donũ mansuetudini adaptet̃. ¶ Dicẽdum est ꝙ adaptetur mansuetudini donum pietatis. Si eni pietas accipiatur pro misericordia: manifestum est ꝙ qui habet pietatem: malo proximi compatitur. nec vult nocere proximo. vnde qui plus est: mansuetus est. Si vero pietas ꝓ cultu dei sumat̃: cultus dei est iugũ dei suaue et onus leue. Math. xj. Cui iugo mãsuetus gratus se inclinat et supponit: sicut imansuetus illud abijcit. vñ qui mansuetus est: plus est. ¶ Circa quintum scilicet vtrum mansuetudo et clementia que sunt partes integrales tempantie sint potissime virtutes? ¶ Huic questio respõdit sanctus thomas qui eaz format in sua scda scdé. q. clvij. dicens ꝙ nichil prohibet aliquas virtutes nõ esse potissimas simpliciter nec quo ad omia sed ꝑm quid in aliquo genere. Non est aũt possibile ꝙ clementia et mansuetudo sint potissime virtutes simpliciter. quia laus earũ attendit̃ in hoc ꝙ retrahũt a malo inquantũ diminuunt irã vel penam. Perfectius est autem cõsequi bonum ꝗ̃ carere malo et ideo uirtutes que simpliciter ordinãt in bonũ sic fides spes et caritas. et etiã prudẽtia ⁊ iusticia sunt simpliciter maiores virtutes ꝗ̃ clemẽtia et mãsuetudo Sed ꝑm quid nichil ꝓhibet mansuetudinem et clementiã habere quandã excellentiam inter virtutes que resistũt affectionibus prauis. nam ira quã mitigat mansuetudo ꝓpter suũ impetũ maxime impedit animũ hoĩs ne libere iudicet veritatẽ. et propter hoc mãsuetudo maxime facit homĩez esse cõpotem sui. vñ dicitur eccle. x. fili in mansuetudine serua animã tuã ꝗ̃uis cõcupiscentie delectationum tactus sint turpiores et magis cõtinue infestẽt. propter qḋ temperantia magis ponitur virtus pricipalis vt ex dictis patet. Clemẽtia vero in hoc ꝙ diminuit penas videt̃ maxie accedere ad caritatem que est potissima virtutũ per quã bona opamur ad proximos et mala eorum impedimus.

¶ Incipit .xlij. preceptum. A

Irasci ab re noli. Presens preceptũ facit ad materiam preceptorũ nos ordinantiũ et inducentium ad tempantiam inordinati appetitus quod fit quãdo quis repente irascitur sine causa. et per imoderatam iram insurgit ad conuicia vel verbera et huiusmõi. ideo autor in hoc precepto instruit tempare appetitum et ipsuz refrenare a supflua et imoderata volũtate se vindicãdi de aliqua offensa. nisi prius veritate cognita et discussa dũ dicit. Irasci ab re noli. Quasi velit innuere ꝙ dum es iratus noli de re incerta et sine causa legitima quicꝗ̃ iudicare presertim vel maxime quando animus est ira detentus. quia tunc veritatem videre non potest. vnde deponere iram tunc debes. propterea architentinus statuz irati homis describens ait. ¶ Et cũ turbat̃ animi vox intima verbis Intonat. ardescit ocl'is vultuqꝫ minatur. Surgit in articulos oculisqꝫ vomẽtibus irã Fulmiat et monitus fumanti despuit ore. ¶ Ad hoc bene facit quod legitur in libro scientie perspectiue ꝙ aliquoꝝ hominũ oculi sunt infectiui si quem inspiciant cum eos cõtingerit vehemẽter irasci. Unde refert solinus libro de mirabilibus mundi ꝙ in tracia femias quasdam nasci que bacie vocantur. et ꝓhibet eas in oculis geminas pupillas habere et visu pimere. si forte aliquem respexerint cũ fuerint vehementer irate: et quoniã rationis oculus est in irato turbatus: ideo recte de rebus iudicare mime potest. Nec mirũ

tum cor iracundie sanguine sit resper/sus. Ira eni est scdm philosophu ascensio sanguis circa cor. Et ideo iob.xvij. capi.scribitur. Calligauit ab indignatoe oculus meus. Et sicut ymago in aqua turbata non apparet. sic etiam in mente dum per iram conturbata fuerit veritas lucere non potest. ¶ Hanc autem perturbatoem procurat dyabolus. Est enim sicut piscator astutus. qui propter hoc aquam turbat ut facilius piscem capiat. Scit eni dyabolus q si in homine turbauerit vel velauerit oculum rationis q statim capiet ac eu ducet pro suo libito voluntatis. Exeplo equi. qui tuc molam circuit cum eius oculi sunt velati. Hinc est etiam q iratus cuius interiorem oculu turbauit impetus ire: interdum solet immoderate punire. ¶ Un

B valerius maximus libro.iiij. dictoruz et factorum memorabilium refert q tarentinus architus cum diu in remotis partibus sub pictagora philosopho studuisset. et tandem post adeptum donu sciencie ad patriam remeasset: ruraqz sua propter villici negligentiam perdita et corrupta vidisset. intuens malemerituz hoc fertur dixisse notabile verbu. nunc de te supplicium sumerem si tibi iratus non essem. malo te eni impunitum dimittere q propter iram iusto gravius te punire. Hoc idez refert hieronymus ad paulinum epistola.xiij. ut refert architum dixisse iam verberibus te necassem nisi iratus fuissem. Et tullius libro de officijs primo. Cauenda est ira in puniedo ne maior sit pena q culpa. ¶ Ex predictis saluberrimuz eligere possumus documentum q pendente ira nichil est acceptanduz: sed magis in posterum. donec motus ire sedatus fuerit saniori sit consilio differendu. Juxta illud poeticum. Dum furor in cursu est: currenti cede furori. Unde ambrosius de sancto Joseph dicit q grauiter delinquit qui ex ira sententiaz profert. Et sequitur. Ira sepe etia innocentes in crimine adducit. quia dum iusto amplius irascimur et nolumus aliena cohercere peccata: grauiora committimus. Ideo apostolus ad roma.xij. ait. no vos vindicantes carissimi: sed date locu ire. hoc est declinemus ea ne nos illa corrupat. Hec verba transumptiue habetur in canone ira.xj.q.iij. Et lex ciuilis dicit q iudex non debet plus iusto in ira excandescere in eos quos malos putat. vt.ff. de offi.presi. obseruandum. ideo ait seneca. Lex videt iratum. iratus non videt legem. ¶ Ex predictis infertur coclusio talis. q animus noster temperare se debet a subito appetitu vindicte. Est eni ira scdm aristotelem primo posteriorum appetitus vindicte. vnde ipse idem aristoteles.iiij. ethicorum distinguit triplicem speciem iracundie. vnde dicit q iracudiorum quidam sunt acuti. quidam amari. quidaz difficiles. Acuti qui nimis cito irascuntur. et ex leui causa. De talibus loquitur salomon prouerbior.xij. Fatuus statim indicat ira suam. qui autem non indicat iram suaz callidus est. Amari sunt quoruz ira diu perseuerat. et difficile soluitur. quia causa ire scilz iniurie illata nimis manet in eorum memoria. Difficiles siue graues sunt quoru ira diuturna est. et non mutatur sine cruciatu et vindicta inimici. Preceptum igitur autoris attenditur ad primam iracundie speciem: que cito surgit et ex leui causa. Ad hanc euitandam per presens preceptuz inducit nos autor dum dicit. Irasci ab re noli. C

¶ Pro premissorum intelligentia magis in speciali est de tali questione querendum vel inuestigandum. videlz vtrum irasci possit aliquando esse licitum? Et primo videtur q non possit esse licituz. ¶ Pro hac parte optime facit quod dicit dyonisius.iiij. capi. de diuinis nominibus. Malum anime est sine ratione. sed ira semper est sine ratione. Dicit eniz philosophus .vij. ethicorum q ira non perfecte audit rationem. Et gregorius dicit.v. moralium q cu trāquillitate mentis ira verberans

dilaniatam quodammodo scissuramqꝫ perturbat. Et cassianus dicit in libro de institutione tenebrarum. Quilibet ex causa motus iracundie refrenans exce cat oculos mentis siue cordis. igitur ira sci semper est malum. ¶ Preterea ira est appetitus vindicte. ut dicit glo. sup leuiti. capi. j. Non oderis fratrem tuum in corde tuo. Sed appetere vltioné nõ videtur esse licitum; sed hoc deo est re seruandũ scdm̃ illud deut. xxxj. Mea est vltio. ergo videtur ꝙ irasci sit sem per malum. ¶ In contrarium facit quod Crisostomus dicit super Math. v. Qui sine causa irascit: reus erit. Qui vero cum causa: reus non erit. Nam si ira non fuerit: nec doctrina proficit nec iudicia stant. nec crimina compescũ tur. ergo irasci non semper est malum. ¶ Hanc questionem terminat beatus thomas qui eã format in scda scde. q. clviij. dicens ꝙ ira proprie est passio quedam appetitus sensitiui. a qua vis irascibilis denominatur. Est autem con siderandũ circa passiones anime ꝙ du pliciter potest in eis maluꝫ euenire. vno modo ex ipsa specie passionis. que qui dem consideratur scdꝫ obiectũ passiõis sicut inuidia que scdm̃ suam speciem im portat quoddam malum. Est enĩ tristi cia de bono aliorum. quod scdm̃ se ra/ tioni repugnat. Et ideo inuidia mox no minata sonat aliqd mali. ut philosophus dicit in. ij. ethicorum. hoc autem non cõ uenit ire quod est appetitus vindicte. Potest enĩ bene et male vindicta ap/ peti. ¶ Alio modo inuenitur malum in aliqua passione scdm̃ quãtitatem ip sius sciliꝫ superhabundantiam vel de/ fectum ipsius. et sic potest maluꝫ in ira reperiri. quando scilicet aliquis irasci/ tur plus vel minus propter rationem rectam. Si autem irascitur aliquis scdꝫ rationem rectam: tunc irasci est lauda/

D bile. ¶ Ad argumentum primum re spondetur ꝙ ira dupliciter potest se ha bere ad rationem. Uno quideꝫ modo antecedenter. et sic retrahit rationem a sua rectitudine. vnde habet rationem mali. ¶ Alio modo consequenter pro ut appetitus sensitiuus mouetur con/ tra vicia scdm̃ ordinem rationis. et hec ira est bona. que dicitur ira per zelum. vnde gregorius. v. moralium dicit. Ca uendum summopere est ne ira. que in instrumentum virtutis assumitur men ti dominetur. nec quasi domina precat sed velut ancilla ad obsequium parata a rationis tergo nunq̃ recedat. Hec au tem ira ꝛ si in ipsa executione actum iu dicij rationis aliter impediat. non tamẽ rectitudinem rationis tollit. vnde gre/ gorius dicit ibideꝫ ꝙ ira per zelum tur bat rationis oculum: sed ira per viciuꝫ excecat. Non est autem contra rationẽ virtutis ut intermittatur deliberatio ra tionis in executione eius quod est a ra tione deliberatum. quia etiam ars im/ pediretur in suo actu si dũ deberet age re deliberaret de agendis. ¶ Ad argu mentum scdm̃ dicendum est ꝙ appete re vindictam propter malum eius qui puniendus est: illicitum est. Sed appe/ tere vindictam propter viciorum corre ctionem et bonum iusticie conseruande laudabile est. et in hoc potest tendere appetitus sensitiuus inquantum moue tur a ratione. et dum vindicta scdm̃ ra tionem iudicij a deo fit. Cuius minister est potestas puniẽs. ut dicit ad ro. xiij.

¶ Sequitur quadragesimuꝫ tertium autoris preceptũ.



Racundiam tempera. A

Postq̃ autor in p ximo precepto pre cedenti prebuit ru dimenta ad tertiuꝫ riuulũ paradisi flu minis spectãtia scꝫ temperantie. per que monemur animũ nostrum temperare a subito appetitu

vindicte. Nunc vero in presenti precepto subsequenter prebet rudimenta eodem modo et ad idem flumen pertinentia. per que monemur animum non solum temperare a subito: verumetiam ab immoderato appetitu vindicte duz dicit. Iracundiaz tępera. ¶ Pro cuius precepti intelligentia et obseruantia est breuiter sciendum ꝙ duplex est iracundia. ¶ Una est actiua que dicitur nostra. ¶ Alia est passiua que dicitur aliena. Passiua docet remediare. Aristoteles .ij. rethoricorum et ibi ponit decem remedia iracundiam ipsam temperantia. ¶ Primum naq3 remedium est ut ostēdat irato ꝙ illud ꝓpter qđ est iratus sit inuoluntarie factuz. q2 nullus inuoluntarie aliquid faciens: paruipendit eum contra quem fit quod facit. ¶ Secundū est quando ille contra quem aliquis est iratus: vult et facit contrariuz eius propter quod ille est iratus. Cum ergo nullus paruipendit semetipsum: nullus videtur paruipendere alium de hoc qđ vult ⁊ ipse fac̄. verbi gratia si aliqs esset iratus pro eo ꝙ aliquis vocasset eum fabrum. et ipse fabraria excerceret non videtur paruipendisse eum. ¶ Tertium quando aliquis confitetur se male egisse et penitet. tunc enim cessat ira quia iratus reputat hoc quasi ꝓ satisfactione ut dicit aristoteles vbi supra. et etiam probat. nam ut dicit quando aliquis confitetur defectum suum: ibi est quedam reuerentia. sicut est irreuerentia quando negat que sunt manifesta. Ubi est autem reuerentia non potest esse paruipensio nec despectus. Et ponit exemplum de castigatione seruoruz negantes et contradicentes magis flagellamus confitentes autez iuste flagellari: quietamur ab ira. ¶ Quartuz est quando illi contra quos irati sumus humiliantur et subijciūt seipsos nobis iratis. nec contradicunt proterue respondendo. tunc eniz videntur confiteri se esse minores iratis. Qui enim minores sunt timent. Nullus autez alium timēs paruipendit. Et autē ad humiliatos cessat ira: canes manifestant non mordentes eos qui resident ut dicit aristoteles ibi ¶ Quintum remedium est quando ille contra quem sumus irati dicit se fecisse propter iram id quod fecit contra nos: tunc enim ut dicit aristoteles non irascimur aut minus irascimur. quia nō videtur propter paruipensionem egisse illud. ¶ Sextum est longitudo temporis. nam ut dicit aristoteles quietat irā tempus. ¶ Septimū est quando maior est ira alterius contra quem irati sumus q̄3 sit nostra. et maxime quando esset punitus ab alio. vnde introducit aristoteles exemplum cuiusdam cui dicebatur. Cur non respondes irato philosopho? nondum ait. sed cum videro alium conuiciatum. ¶ Octauo quietatur ira quando ille contra queȥ irati sumus absorbet. aut incurrat malus malum q̄3 nos irati intulissemus. tunc enī cessat. quia extimat eum punitum.

¶ Nonuz cessat ira quando credimus iuste pati quod patimur ab alio. et quā do credimus nos iniuste egisse. Non enī fit ira ad iustum. ¶ Decimo cessat ira propter mortē eius cui irati fuimus vnde quidam poeta volens Achillem quietare ab ira dixit. Surdā itaq3 terram cruciat iratus. ¶ Scđa iracundia dicitur actiua que est nostra. hanc docet autor temperare dum dicit. Iracundiam tempera. ¶ Circa quod notandum ꝙ hieronymus ponit differentiam inter iracundum et iratum. quia iracundus est qui sepe irascitur vel semper. neq3 vero qui aliquando irascitur iracundus est. Sed ille dicitur iracundus qui cerebro ac passione superatur. Remedia ergo talem iracundiam temperantia sunt principaliter quatuor: videlicet dei displicentia. dyaboli complacentia. Subiecti proprij destructio. Et proximi offensio. ¶ De primo ecclesi. xxxix. Ira et furor vtraq3 excecrabilia dicit interlinealis scil3 in conspectu dei et ex eo ꝙ nullum peccatum magis

contempnit deum q̄ ira. quia se erigit
cōtra deū. Homo enī iratus q̄tum est
in ipso ipsum deum contumelijs afficit
et nititur spuere in faciem eius: sicut iu
dei faciebant. Job .xxx. faciem meam
ↄspuere nō verentur. ¶ Circa scdm̄ ꝛc.
¶ Nota ꝙ multis de causis placet dy
abolo ira. ¶ Primo quia valde po/
tens est ad destructionem totius boni
in homine Johel.j. Ad te domine cla/
mabo. quia ignis comedit speciosa de
serti. pulchriorem partem mundi exu/
rit ignis iracundie. ¶ Secundo quia
non vnum tantum lucratur dyabolus
hoc vicio. sed quandoqꝫ vnam totam
familiam vel villam vel castrum. vel
etiam patriam totam. Homo enim ira
cundus est serpens igninomus exurēs
eos qui iuxta se sunt igne ire. vnde salo
mon. vir iracundus prouocat rixas.
¶ Circa tertium ꝛc. ¶ Notandum
ergo ꝙ iracundia ista ꝓpria ꝓprio sub
iecto multis modis nocet. pmo corpori
quia zelus et iracundia minuunt dies.
eccle.xxx. Item nocet proprie substan/
tie. ecclesi.xxj. Obiurgatio et iniurie a
nichilabūt substantiam. quia homo ira
cundus pro vna alapa vel pro vna iniu
ria quandoqꝫ amittit centum vel mil/
le libras. ¶ Item nocet anime omnia
mala inducendo. vnde sup illud ꝓuer.
xv. vir iracundus prouocat rixas. dicit
glo. ꝙ omnium viciorum ianua est ira
cundia. qua clausa virtutibus intrinse/
cus dabitur requies aperta. ad omne
facinus armabitur. prouerbiorum.xxix
qui ad indignādū facilis ē erit ad pec
candū pronior. ¶ Circa quartū ꝛc. Est
etiam notandum ꝙ fere omnia mala
que sibi ad inuicem homines faciunt:
procedunt ex iracundia prouerbiorum
xviij. Spiritum ad irascendum facilem
quis poterit sustinere? Homo iracun/
dus precipue est suis amicis et familia
ribus iracundus. prouerbiorum .xxij.
Noli esse amicus homini iracundo ꝛc.
Reuera nisi hijs iracūdia temperetur
remedijs incurrit ex hoc in.x. vicijs vl
trā illa sex vicia que assignat gregorius
filias ire in libro.xxxj. moralium. Qui/
bus iracundus percutitur et atteritur
que quidem vicia in figura denotan/
tur per illa decem cornua illius terri/
bilis bestie quam daniel vidit. danielis
vij. que erat alijs bestijs dissimilis q̄s
viderat ante eam. que habebat cornua
decem. per que designantur decem vi/
cia que ex iracundia oriuntur. ¶ Pri
mum est ꝙ iracundi litigiosi sunt. pro/
uerbiorum.xix. vir iracundus suscitat ri
xas. ¶ Scdm̄ quia iracundi intollera
biles sunt prouerbio.xxvij. graue est sa
xum et onerosa est arena: ira stulti gra
uior ꝛc. ¶ Tertium quia iracundi exci
tantur ad detrahendum proximis. pro
uerbiorum.xv. Lingua sapientum ornat
scientiam. os fatuorum ebulit stulticiā
¶ Quartum quia iracundi mensuraꝫ
excedunt iusticie. vnde Jaco.j. Ira enī
viri iusticiam dei non operatur.
¶ Quintum quia iracundi concordi
am dissipant et amiciciam rumpunt.
prouerbio.xxx. Qui prouocat iras pro
ducit discordias. ¶ Sextum quia ira
cundi auferunt pacem pectoris. In pa
ce factus est locus eius. inquit psalmi.
¶ Septimum quia iracundi pertur/
bāt oculū mentis. vnde dicere possunt
illud psalmi. turbatus est a furore ocu
lus meus. ¶ Octauum quia iracundi
excitāt pedes ad currendum in malum
De talibus loquitur psalmista. veloces
pedes eorum ad effundendum sangui
nem. ¶ Nonum iracundia hominem
infatuat. Job.v. virum stultum interfi
cit iracundia. ¶ Decimum. Iracundus
ante deprimit q̄ corrigat. quod facit cō
tra illud apostoli ad galath.vj. Et si
preoccupatus fuerit aliquis in aliquo
delicto. vos qui spirituales estis vel
esse debetis eum corripite qui huius est
in spiritu leuitatis ꝛc. Cum istis decem
cornibus pugnat ista bestia cōtra chri
stum et personas eius. Melior est enim
qui istam bestiam vincit q̄ qui capit
ciuitatē. quia melior est qui dominatur

animo suo scilz iracundo expugnatore vrbium prouerbiorum.xvj. Sed est valde notandum qp istud infurnitum iracundie vicium propter eius immanitatem assimilatur per aliquos doctores septem rebus detestabilibus ¶ Primo assimilatur fornaci ardenti. Secundo gladio ancipiti. ¶ Tertio golie cananei. Quarto aranee tele texenti. ¶ Quinto frenetico furienti. ¶ Sexto olle bullienti. ¶ Septimo vrse seipsum mactanti. ¶ Dico primo qp iracundie viciu assimilatur fornaci ardenti de qua notatur exo.ix.vbi loquitur de sexta plaga qp ex cinere fornacis facte sunt pustule et vesice in animalibus ¶ Moraliter fornax dyaboli mens iracundi est. in qua ignis iracundie accenditur. De quo eccle.viij. Non litiges cum homine linguato: et non strues in eius ignez ligna Sufflatorium eius fornacis est recordatio iniuriarum contra illud autoris preceptum. Litis preterite noli maledicta referre. Aspersorium est reiteratio iniuriarum et stillicidia malorum verborum siue contumeliarum que prohibentur. eccle.xix. ne iteres verbum durum. Lime sunt lingue detractoru. que magis incitant ad odium. De quibus eccle.xxviij. Susurro et bilinguis maledictus: multos eni turbauit pacem habentes. Martellum est diuersa damna que sibi inferuntur in guerra. vnus ictus est quado destruitur domus vel vinea et sic de alijs. prouerbiorum.xix. qui impaciens est sustinebit damnu. Faber est dyabolus qui super incudem scilicet mentis duriciez fabricat rancore et homicidia. et cotumelia et iiurias q oia procedut ex iracudia. De isto fabro loquit Ysa.liiij. Ecce ego creaui fabrum sufflantem in igne. Fauille huius fornacis vel cineres sunt signa ire in facie. ¶ Post q enim dicitur pax facta inter inimicos adhuc quasi cineres remanent scilz alique reliquie. Ire in mente furiosa et vesice idest mentis turbatio. quia ardent iracundi et fiunt crudeles in proximos. ¶ Dixi secudo qp iracundie vicium assimilatur gladio ancipiti. reuera iracundia est gladius dyaboli cui vix potest resisti. Hoc gladio erat armatus lamech qui interfecit puerum suum. genes.iiij. Absolon fratrem suum. j. regum xiij. amicus non parcit amico. non filius patri. non frater fratri. cum furor ille venit. hinc bella. hinc homicidia. hinc discordie. hinc iurgia sicut scriptum est prouerbiorum.xv. vir iracundus prouocat rixas. hinc blasphemie in deum. hinc reuelatio secretorum. prouerbioru xij. Fatuus statim indicat iram suam ¶ Dixi tertio qp istud vicium golie assimilatur. et hoc propter eius nominis interpretationem. quia golias transiens interpretatur per quam ira intelligitur. quia facit hominem transire ab amore in odium. a virtute in vicium. et hoiem transfigurat in bestiam. cu enim facit toruum vultum et horridum aspectum. et frendere et spumare sicut apru ut tali dici possit illud danielis.iiij. Cu feris erit habitatio tua. ¶ Dixi quarto qp istud vicium aranee texenti assimilatur. de qua dicitur in libro de natura animalium qp cum telam facit prius extendit filo texture et ipsam ponit in termino. deinde texit in medio inter extremitates imponit texturam sufficientem et preparat vanationem conuenientem. Deinde preparat locuz in quo abscondatur ad insidiandum. et post q muscam deprehendit: eam inuoluit et interficit. et postea cum patitur famem eius humiditatem suggit. per hoc intelligi possunt malignorum insidie. qui in hoc multum sunt subtiles et astuti. ad opera bona minime. Sapietes sunt vt faciant mala. bona autem facere nesciunt. Hiere.iiij. ¶ Dixi quinto qp iracudus est similis frenetico furenti. Quis enim magis freneticus iracundo qui du

alijs offensiones non dimittit: sibiipsi maledicit. hoc patet in oratione dominica cum dicit. Dimitte nobis debita nostra. benedictionem petit. quia ille est benedictus cui dominus peccata dimittit. Sed cum adiungit sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. si non vult dimittere aperte: potest videri ꝙ sibi maledictionem imprecatur cum talem dimissionem petat qualem alteri facit. De tali scribitur ecclesi. xxxiiij. Et vnus orans benedicēs. et vnus maledicēs. cuius vocem exaudiet dominus. Dici potest quoniam nolens benedictionem elongabitur ab eo. quia scribitur dimittite et dimittetur vobis. luce. vi. ¶ Dixi sexto ꝙ iracundus similis est olle succense. De qua dicitur hyerem' e. iij. Ollam succensam ego video. et faciem eius a facie aquilonis. Sic quidem quasi olla succensa est cor hominis. quod ardoribus et anxietatibus iracundie feruet. Olla quippe succenditur cum mens iracundi maligni spiritus persuasionibus instigatur. et per consensum desiderio eius facies accenditur. ¶ Item olla quanto magis est ad ignem tanto magis nigrescit sordescit. ac etiam maiores vndas emittit. et si sit fictilis indurescit. Sic iracundus quanto magis odium in corde gerit: tanto in conspectu dei nigrior efficitur ac etiam sordescit. iuxta illud apocal'. vltimo. qui in sordibus est sordescit adhuc. ¶ Dixi septimo ꝙ iracundus similis est vrso qui de omnibus vindictam querit. dum alios ledere credit: seipsum offendit. et finaliter seipsum interimit. Legitur in libro de naturis animalium ꝙ vrsus mel miro modo diligit. pro quo altissimas arbores ascēdit. et sepe dum esurit illuc redit. venator autem dum hoc percipit: circa pedem arboris pallos acutissimos vndiqꝫ figit. solū vnum locū ad intrandū dimittit. et ante foramen arboris malleum valde ponderosum suspendit. vbi mel existit. Veniens ergo vrsus et non valens propter malleum caput ad mel immittere: ipsum malleum cum pede aliquantulum remouet a foramine. Malleus ergo pede pulsus dum ad locum suum naturaliter redit aures eius aliquantulum ꝑcutit. qui mox iratus: fortius a se malleū pellit. qui q̃nto fortius ꝑ violentiā a loco suo pellitur: tanto fortius ad eum redire probatur. Vrsus ergo tertio vehementer turbatus: fortissime a se malleum iacit. sed malleus dum redit caput eius fortiter ferit. et cum sit debilis capitis: eum super pallos facit cadere. et sic sua iracundia seipsum interficit. ¶ Moraliter multi sunt hodie qui vrsi more pro modico melle. idest pro carnis praua dulcedine, trahuntur ad mortem. ¶ Pro premissorum intelligentia magis in speciali est de aliquibus dubitabilibus inuestigandum.

¶ Et primo vtrum ira et cetere passiones cadunt in sapientem. ¶ Secūdo vtrum ira sit causa omnium malorum. ¶ Tertio vtrum ira sit peccatuꝫ mortale vel veniale. vel quando mortale et quando veniale. ¶ Quo ad primum quesitum respondit augustinus libro quarto de ciuitate dei. dicēs ꝙ aliter circa hoc sentiunt stoyci. aliter ꝑipatetici. et aliter christiani. ¶ Stoyci dicunt huiusmodi passiones non cadere in constantem virum. Quis enim quandoqꝫ aliqua sustineant aduersa: tamen in ipsis retinent firmum animum et constantem. vnde refert seneca de socrate ꝙ potionem veneni sibi iniuste oblatam tanq̃ꝫ medicamentum immortalitatis bibit. et de immortalitate anime diu disputans: potionem illam letus bibens auxit. ¶ Peripatetici vero dicunt has passiones in sapientem cadere. sed moderatas rationiqꝫ subiectas. Et ponit exemplum seneca de xenophonte rege

qui audita filii morte dolens: coronam de capite deposuit. sed audito q fortiter pugnando occubuerat: coronam resumpsit. dicens se magis gaudere de filii virtute q̄ dolere de filii morte.
In disciplina autem christiana in quarto libro de ciuitate dei dicit augustinus non queritur vtrum pius animus irascatur aut tristetur. sed vnde. nam vt idem dicit in libro retractationum. Aliud est irasci fratri. aliud culpe fratris. Non enim cum culpa fratri irascitur. qui peccato fratris irascitur: nec sine causa irascitur. ¶ Quo ad secundum quesitum videlicet vtrum ira sit causa omnium malorum? ¶ Huic quesito respondetur per obiectionem. quia primo videtur q ira sit omnium malorum causa. quia super illud prouerbiorum .xxix. Iracundus prouocat rixas. dicit glosa bede. Ianua omnium viciorum est iracundia. qua clausa: virtutibus intrinsecus dabitur via. Cum vero sit aperta: intrant vicia. et ita est causa omnium viciorum. ¶ In contrarium dicit Gregorius q ira generatur ex superbia et inani gloria et aliis peccatis. ergo non est causa omnium viciorum. ¶ Solutio. dicendum est q cum dicitur ira est ianua omnium viciorum: fit sermo de ira progressiua in actum. quia tunc est ianua aperta: et non dicitur ianua omnium viciorum proprie: sed illorum que procedunt in nocumentum proximi. vnde cum dicitur ira est ianua omnium viciorum. hoc intelligitur de illis que ad nocumentum proximi pertinent. que nominat apostolus ad ephese. iiii. in fine. et eorum opposita cum dicit. Omnis amaritudo et ira et indignatio et clamor et blasphemia tollantur a vobis cum omni malicia. Estote autem inuicem benigni misericordes donantes inuicem sicut et deus in christo donauit vobis. Concluditur igitur q ira nō est mater omnium viciorum: sed superbia. sic et ecclesi. x. Inicium omnis peccati est superbia. et qui tenuerit eam: implebitur maledictionibus. ¶ Quo ad tertium quesitum respōdet sanctus thomas qui eam format et terminat scda scde. q. clviii. dicens q motus ire &c. potest esse inordinatus dupliciter. Uno modo ex parte rei appetibilis. utpote cum aliquis appetit iniustam vindictā. et sic ex suo genere est peccatum mortale. et contrariatur caritati et iusticie. Potest tñ contingere q aliquis appetitus vindicte sit veniale ppter imperfectionem actus. que quidem imperfectio vel est ex parte appetentis: puta cum motus ire preuenit iudicium rationis. vel ex parte appetibilis: puta cum aliquis appetit in aliquo modico se vindicare. ita q etiam si actu inferatur: non esset peccatum mortale. puta si parum trahit aliquem puerum per capillos vel aliquid huiusmodi. ¶ Alio modo potest esse motus ire inordinatus quem admodum irascendi: utputa si nimis ardenter irascatur interius. vel nimis manifestat exterius signa ire. et sic scdm se nō habet ex suo genere rationem peccati mortalis. potest tamen contingere q sit mortale. ut si ex vehementia ire excidat a dilectione dei et proximi.

¶ Quadragesimumquartum autoris preceptum.

Neminē irriseris A

Postq̄ autor prebuit supra rudimenta aliqua ad affabilitatem et amiciciam pertinentia ac etiam ad primum paradisi flumen scilz iusticie pertinentia. et ex hiis aliqua pbuit sub modo affirmatiuo: et aliqua sub modo

negatiuo. et que sunt illa: pluries de aliquibus sit monstratum supra. ita ꝙ nō expedit hic amplius refricare. Nunc vero subsequenter restat determinare de isto precepto quod prebet etiā sub modo negatiuo dicens. Neminem irriseris Quasi velit innuere ꝙ si intendis cum aliquibus conuiuere: debes amiciciam retinere et super omnia precauere tibi debes ab irrisione. quia irrisio inter cetera habet amicicie et affabilitati repugnare. et ideo contra hoc dat speciale preceptum dicens. Neminem irriseris.

¶ Pro huius precepti intelligentia et obseruātia est de infra scriptis dubitabilibus perquirendū. ¶ Et primo quid sit derisio. ¶ Scd̄o quē effectum habeat vicium irrisionis. ¶ Tertio que sunt illa que habent inducere ad huius modi precepti obseruantiam. ¶ Quarto vtrum sit speciale vicium distinctū ab alijs peccatis quibus per verba nocumentum proximo infertur. ¶ Quinto vtrum irrisionem sustinens mereatur? ¶ Sexto vtrum irrisio sit mortale peccatum?

B ¶ Circa primum respondit sanctus thomas scd̄a secunde. q. lxxv. ꝙ derisio est vicium quod fit cum per verba vel facta aliquis coram alijs de quo erubescere debet necnon ꝙ apud seipsum confundatur. ¶ Circa secundum respondetur ꝙ effectus huius vicij est cum quis producit vel monet alicui turpia verba vel facta. per que sibi et alijs reducit ad memoriam defectus quos nunc habet vel habuit per tempora: ut de eis apud alios erubescat. et apud se et intra seipsū confundatur. et amittat et dimittat securitatem conscientie et bone opinionis quam habebat de seipso. Ita ꝙ irrisor proprie intendit homini tollere rem quam irrisus sibi ad propriam laudem reputabat. vnde consueuerūt dicere derisores illis quos derident. non es talis qualem te reputabas. ¶ Circa tertium ꝛc. respondit sanctus thomas vbi supra. ꝙ ad huius precepti obseruantiā inducere nos debent tria damna que derisionem honorum consequuntur. ¶ Primum est quia irrisio retrahit credentes a fide catholica et a credendorum notitia dum eorum fides irridetur. vnde glo. super illud psalmi. Miserere nostri domine: quia multum repleti sumus despectiōe. dicit sicut irridet̄ a tenēte ꝙ amat qui superat non visa vel irrisa ꝛ ei dicitur. quid credis insane: vide quid credis?

C ¶ Scd̄o irrisio retrahit penitentes ab incboata et assumpta penitentia. dum eorum irridetur penitentia. vnde glo. super psalmi. tota die exprobrabant mihi inimici mei. Dicit sic. quos dyabolus aliter nequit perdere: arte quadā vult capere. facit enim subaudiri penitentes quasi vitent eos in eorum detestationē irrisores qui laudabant eos cum erant seculares ¶ Tertium irrisio detrahit proficientes in bono a debita perseuerantia dum eorum boni actus irridentur. vnde gregorius de irrisionibus dicit sic. Si forte in aliorum actibus exoriri bona conspiciunt: mox ea manu pestifere exprobrationis euellent. ¶ Multa alia damna per irrisionem inferuntur que habentur in summa de vicijs in tractatu de superbia. in capi. de erubescentia que pro nunc obmittūtur breuitatis amore. De hac irrisione tangitur supra in. xxxviij. prose precepto. Serua verecundiam. ¶ Circa quartum ꝛc. Respondetur scd̄m sanctum thomam. vbi supra. ꝙ sicut aliquis conuiciando intendit deprimere conuiciati honorē. et detrahendo diminuere famam. et susurrendo tollere amiciciam. ita irridendo intendit ꝙ ille qui irridetur erubescat. et quia hic finis est distinctus ab alijs. ideo etiam peccatum irrisionis distinguitur a peccatis antedictis.

D ¶ Circa quītum ꝛc. Dicendum est ꝙ est quedam irrisio que reddit̄ pro bonis operibus. et talis si patienter sustineat̄: meritoria est. vñ glo. super illud Job. xij. Qui deridetur ab amico ꝛc. dicit sic. illa facit humana derisio proximū deo quē

exempla precipua. ¶ Dico primo q scriptura tam moralium q etiam diui na retrahere nos docet ab alieni con cupiscentia. Et hoc propter tria mala que ex hoc pessimo vicio progrediu tur. hec siquidem inter ceteras passio nes est detestabilis et bono communi contraria. Ratio est quia propter ipaz ne dum homo corruptus est ex ea s3 deus et proximus offendunt. Primo siquidem offendit seipsum ne dū spi ritualiter sed etiam corporaliter. Spi ritualiter enim inquantum animus ap petit bona temporalia vltra debitam mensuraz que vite et opportunitate sue ac suorum sufficit vt decenter et hone ste conuiuat inquantum inordinata vo lūtate firmatur ad ipsa bona excessiue appetenda et tenenda contra regulaz rationis et debitum ordinem caritatis. Peccat etiam corporaliter in seipso ex inordinata tenacitate bonoruz sibi.n. ipsi auarus est et sue vite ac etiam in digentie non prouidens. hoc est quod proprie dicit salomon eccl. vj.c. Est et aliud malum quod vidi sub sole. vir cui deus dedit diuicias et substantiaz et honorem et nihil deest anime sue ex omnibus que desiderat nec tribuit ei deus potestatem vt comedat ex eo sed homo extraneus deuorabit illud: et hec vanitas et magna miseria est. De hoc pronuncio q melior illo sit ab ortiuus frustra em̄ venit et pergit ad tenebras et obliuione delebitur nomē eius. Propterea augustinus in quadā epl'a ipsi cupido loquens sic inquit. Quid est q te malum velis et nihil omnino velis malum: non vxorē nec filios: non seruos: non tunicaz: postre mo non caligam: rogo te vt preponas vitam tuam calige tue. ¶ Secūdo deus ex cupiditate offenditur. Ratio est quia ex amore cupiditatis et inor dinate retentionis feruore nihil aliud cupidus intendit q diuicias aggrega re nihil aliud cupidus affectat et agit q temporalia perfida tenacitate ser uare. Et ex istorum temporalium vo racitate contemnit eternum et incōmu tabile bonum quod deus est. propter quod bernardus super cantica omel. xxiiij. sic de cupido loquitur sub hac forma quadriga cupiditatis pusillani mitas inhumanitas et tenacitas vno so lo seruitore ē otenta .s. ardore habēdi. Tertio propter ipsam cupiditatem of fenditur proximus. Ratio est quia cuz temporalia bona nō possunt simul ab hominibus possideri. Idcirco cupidus pecuniam vel diuicias inordinate con gregans et conseruans in ipsis diui ciis habundare non potest quin proxi mis in eis deficiat. propter quod hec detestabilis cupiditas sic vniuersaliter genus humanū inuasit vt omēs quasi mortales auaricie et cupiditati studeāt et propter honores lucra et ciuitatum officia et aliorū cupiditate temporaliū proximus insurgit in proximum: fra ter in fratrem. ex quo sic dolorose ex perimento videnť partialitates: guer rarum euentus: cōmunitatum et de structio ciuitatum ac personarū: et ani marum perditio causatur. Et proptea apostolus. j. ad thymo. vj. dicit q Ra dix omnium malorū est cupiditas quā quidem appetentes a fide errauerunt et inseruerunt se doloribus multis. vn̄ augustinus super illuz locum apostoli vbi supra. Diuitibus huius seculi pre cipe non sublime sapere neq3 in incer to diuiciarum sapere sed in deo viuo qui prestat nobis omnia habunde ad fruendum. dicit sic. Qui enim veram fidem habet de deo non cupit in hiis miseriis fieri diues q̄uis enim cupidi deum adorent tamen vere eum nō di ligunt quia caritas non agit perperā. j. ad corinth. xiij. Nec vere deum cre dunt quia fides sine operibus mortua est. Jaco. ij. ¶ Reuera de quolibet cupido dici potest illud apoc. iij. Tu dicis quia diues sum et locupletatus: et nullius egeo et nescis quia tu miser et miserabilis et pauper et cecus et nu E

dus es. Miser in vita: miserabilis in fama: pauper in bonis operibus: nudus in virtutibus. cecus: quia spiritua li cognitione priuatus. Et quia cupidus oculus in puluere temporalium excecatur ideo per thobyam stercoribus yrundinum excecatum congrue designatur. de quo thob. ij. ¶ Moraliter stercora yrundinum sunt passiones temporalium rerum quia calida dicuntur quando plus q̄ debeat diliguntur. et ideo qui ea diligunt excecantur. Sed qualiter hic visus valeat recuperari dicitur thob. vj. Exentera pisces etiam cor eius et fel repone tibi hec enim necessaria sunt vtiliter ad oculorum spiritualium medicinam. Curatur ergo cecitas predicta felle piscis cogitando. s. amaritudines que ex diuicijs habētur Est enim labor in acquirendo timor in possidendo: dolor in amittendo: que si quis diligenter attenderit temporales diuicias non amabit. et sic spiritualiter illustratus oculorum lumen quod per cupiditatem amiserat rehabebit.

¶ Secundo dico q̄ patrum instituta nos instruunt ab hoc vicio precauere. Et ideo sacri canones sanxerunt q̄ nullus cupidus debet ad sacros ordines ordinari vel promoueri. Et est duplex ratio. Prima quia cupiditas ut est dictum omnium est malorum radix venenosa et habetur ad thimo. vj de constitu. Nam concupiscentiam nesciebam &c. Et in canone. virum. r. c. bonorum. xlvij. di. ¶ Secunda ratio est quia mens eius cupiditate astricta semper aurum et redditus computat gratius intuetur aurum q̄ solem. xlvij di. sicut hij. iij. q. v. accusatores.

Tertio dico q̄ antiquorum exempla precipue nos instruunt a tali vicio precauere si quis bene aduertit quanta in antiquis viguit continentia et cupiditate et auaricia. non enim ambiebant dominari propter pecuniam. sed propter gloriam et reipublice custodiam vt narrat valerius libro. iij. Cum scipio accusaretur de pecunia apud senatum respondit. Cum totam affricam mee subijcerem potestati: nihil quod in ea meum diceretur preter cognomē detuli. fuit enim scipio affricanus dictus quia deuicit affricam. Item addidit. non me affricani nec fratrem meū asiam gaze maiorem reddiderunt. nam vterque nostrum magis inuidia q̄ pecunia locuples est. Item narrat de fabriciolucio cui cum per legatos a samnitibus essent multa donaria missa omnia missa remisit continentie sue beneficio prediues siue vsu familie habūde cōmunicaturus que locupletem illum faciebat non multa possidere sed modica desiderare. ¶ Ibidem de quinto tiberone narrat consulatum gerenti: cum gens ethelogetum vasa argētea magno pondere exquisita arte fabricata per legatos misisset qui retulerant se vidisse fictilia vasa in mensa eius iussit eos abire cum sarcinis suis monēs ne continentie quasi paupertati succurrere putarent. ¶ Narrat seneca epistola. vj. q̄ ipsi patres antiqui pauperes erant diuicijs sed erarium plenum erat et cum haberent opulentissimam rempublicā ipsi in suis domibus pauperes erant. ¶ Et tullius libro de officijs capitulo. iij. dicit. q̄ nec diuicias reputabant suas sed cōmunitatis vnde ait. Neque nobis solum diuites esse volumus sed liberis: propinquis: et amicis: et maxime reipublice singulorum enim facultates et copie diuicie sunt ciuitatis. ¶ De continentia dyogenis a cupiditate diuiciarum narrat valerius libro. iiij. q̄ illam alexander vincere non potuit ad quem in sole sedente cum accessisset hortaretur vt si qua sibi prestari vellet indicaret vir robustus presta inquit non indigeo vellem tamen q̄ a me non aufferes quod dare non vales id est ne stares inter me et solem. Ex hac enim sententia alexander dyogenem a gradu suo diuicijs pollere temptauit.

D

¶ Preterea seneca ait de benefi/
cijs libro.v.ꝙ dyogenes multo poten
tior et locupletior fuit alexandro om/
nia possidente plus enim erat ꝙ hic
nollet accipere ꝙ̄ ꝙ ille posset dare.
et illa die fuit victus alexander. quia
vidit hominem cui nec dare quicquaꝫ
posset nec etiam eripere. ¶ De hac
continentia hieronymus contra ioui
nianum dicit dyogenes ille famosissi/
mus fuit potentior alexandro et natu
re humane victor. ¶ Pro premis/
sorum intelligentia magis in speciali est
de aliquibus dubitabilibus queren/
dum vel inuestigandum. Et primo
vtrum hoc precise sit verum ꝙ in le/
ge prohibeatur concupiscentia interior
sicut exterior. ¶ Hoc perutile mihi
videtur discutiendum. Et videtur ꝙ
non prohibeatur interior sed tantum
exterior concupiscentia per illud quod
glosa super illud exodi.xx. Non concu
pisces rem proximi tui ꝛc. quia lex ve
tus prohibet manum non animū ergo
non prohibet actum concupiscentie in
terius latentis. ¶ Cōtra ad ro.vij.
scribitur. Concupiscentiam nesciebam
ꝛc. Dicit ibi glosa hieronymi. Bona
est lex que dum concupiscentiam pro
hibet omnia mala prohibet. Transum
ptiue in decret. Nam concupiscentiam
de constitu.extra. Sed lex prohibꝫ cō
cupiscentiam que est causa omnium
malorum ergo concupiscentiam inte/
riorem. ergo cohibet non tantum ma
num sed animum. ¶ Solutio di/
cendum est ꝙ triplex est concupiscen
tia. Quedam interior in consensu so/
lius cordis. Quedam progressiua in ex
teriora per signa operis. sicut concu/
piscentia vxoris aliene. et hec duplex
est vel interna scilicet solius cordis:
vel progressiua vsqꝫ ad sollicitationeꝫ
operis. lex vero moysi et diuina erat
ordinans hominem ad deum. et ciui/
lis ordinans hominem ad proximum
ſm statum reipublice. ¶ De isto
autem ꝙ inquantum diuina et spiri/
tualis prohibet concupiscentiam non
solum progressiuam sed interiorem
prohibitione morali non iudiciali que
fit transgressoribus infligendo penaꝫ
eternam. ¶ Sed inquantum ciui/
lis prohibet concupiscentiam progres
siuam solū prohibitione iudiciali trās
gressoribus infligendo penam tempo
ralem. Inquantum ergo diuina prohi
bet quidem et manum et animum.
Inquantum vero ciuilis non animum
sed manum cohibitione iudiciali scili/
cet infligendo penam. ¶ Ad illud
lex ꝓhibet manū ꝛc. Rn̄deo loquitur
de lege inquantum ciuili quo ad pro/
hibitionem iudicialem non inquan/
tum diuina et spiritualis. ¶ Se/
cundo vtrum concupiscentia siue cu/
piditas sit peccatum mortale. Sanctꝰ
thomas scđa scđe.q.lviij. terminando
tenet ꝙ sic. Distinguendo tamen di/
cit ꝙ cupiditas potest sumi dupliciter
vno modo ꝙ aliquis iniuste accipiat
vel retineat res alienas quod pertinet
ad rapinam vel furtum. Et sic ex suo
genere est peccatum mortale. ¶ Alio
modo potest accipi cupiditas ſm ꝙ
importat inordinatum amorem diui/
tiarum qui si intantum crescat ꝙ pre
feratur caritati ut scilicet propter amo
rem diuiciarum aliquis non vereatur
facere contra amorem dei et proximi
erit peccatum [illegible]rtale. Si autem in/
ordinatio in hoc sistat vt si homo ꝙ̄
uis superflue diuicias amat non prefe
rat amorem earum amori diuino scilꝫ
ꝙ propter diuicias non velit aliquod
facere contra deum et proximum sic
est peccatum veniale ꝛc.

¶ Sequitur quinquagesimumquintum autoris preceptum.



Illud stude agere quod bonum est. Postquam autor in superioribus prebuit rudimēta ad virtutum introductionem pertinentia et viciorum deformitatem excludentia in speciali ¶ Nunc vero in presenti precepto subsequenter documentum prebet generale quod vniuersaliter prescripta omnia comprehendit dicens. Illud stude agere quod bonum est. Quasi velit innuere quod ad bene agendum non sufficit solus actus nisi actus cum studio effectum mancipetur. Et hoc est quod iiij. regum. x. capitulo scribitur. Studiose egisti quod rectum erat et placebat in oculis meis ꝛc. ¶ Pro cuius precepti intelligentia ac etiam obseruantia est breuiter sciendum quod tria sunt que nos hortantur ad bonū peragendum ac etiam inducere debent. ¶ Primum scriptura diuina. Secundum canonica iura. Tertium antiquorum exempla. ¶ Primo ad bonum agendum inducere nos debet sacra scriptura. vnde sapientie. iij. Bonorum laborum gloriosus est fructus Et apostolus ad galat. vj. Bonum autem facientes non deficiamus tempore enim suo metemus non deficientes. Labor enim fuit inflictus homini propter peccatum. secundum illud geñ. iij. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. et tamen ipsum laborem in meritum conuertit ipse deus. ps. attestante Labores manuum tuarū qui manducabis ꝛc. Unde augustinus libro de ciui. dei. Ineffabilis dei misericordia ipsa penas viciorum transit in arma virtutū. et sic iusti meritum supplicium peccatorum. non enim posuit te dominus in mundo vt ocieris: sed vt bonum operis. quod. xviij. autoritatibus ad hoc nos impellentibus comprobatur non ocieris inquaꝫ propter eos qui stabant in foro ociosi quos misit paterfamilias in vineam suam ad operandū. Math. xx. ¶ Non enim posuit te vt torpeas. quia maledictus secundum prophetam qui opus dei facit negligenter. Jere. xlviij Operare ergo. quia christus cepit facere et docere. actuum. j. Operare quia qui fecerit et docuerit magnus vocabitur in regno celorū. Math. v. Operare quia qui fecerit voluntatem patris mei hic pater et mater et frater et soror est. Math. xij. Operare quia qui diligit me sermonem meū seruabit ꝛc. jo. xiiij. Operare quia non auditores legis sed factores iustificabuntur. Ad ro. xx. c. Operare. quia si quis est auditor verbi et non factor comperabitur viro consideranti ꝛc. Jac. j. Operare quia regnum dei non est in sermone sed in operum virtute. j. ad corinth. iiij. Operare quia regnum celorum vim patitur et violenti rapiunt illud. Math. j. Operare quia non omnis qui dicit mihi domine domine intrabit regnum celorū sed qui facit voluntatem patris mei intrabit regnum celorū. Math. vij. Operare quia super cathedrā moysi sederunt scribe et pharisei qui dicunt facite ꝛc. Math. xxiij. Operare quia messis quidem multa operarij pauci. Luc. x. Operare quia qui parce seminat parce et metet. ij. Ad corinth. ix. Operare quia vnusquisque

b

propriam mercedem accipiet sm suu3 labore3. j. ad corinth. iij. Operare quia omnes astabimus ante tribunal christi ij. Ad corinth. ij. Operare quia btūs ille seruus quem cum venerit dominꝰ inuenerit eum vigilantem. Luc. xij. Operare q: indignus est vt vox qui/ dem vox iacob sit. sed manus manus sunt esau. gen̄. xxvij. Operare quia ab sc̄ondit piger manum suam sub ascel/ la sua nec ad os suum applicat eā. p/ uer. xix. Ergo dum tempus habemus et dies est operemur bonum ad om/ nes. Ad gal. vj. quia venit nox quādo nemo poterit operari. Jo. ix. Quodcun q3 ergo homo potest facere manꝰ tua instanter operare. eccl̄. ix. quia apud in feros non est opus. sed mercis ope/ ris nec ratio. quia aristo. Non possunt ibi arguere nec scientia nec sapientia ibi sunt ad excusationem sed potiꝰ ad accusationem. quia seruus sciens vo/ luntatem domini sui non faciens ea3 vapulabitur plagis multis. Luc. xiij. Scienti autem bonum et non facienti illud peccatu3 est illi iaco. iiij. de pe. di. ij. Si enim inquit. ¶ Ad detestatio nem vicij acciole per quod vicium a bono retrahimur opere quatuor consi derationes multum valere debent. Prima est dei displicentia. Secunda est homini nociua. Tertium quia est plurimorum peccatorum causatiua. Quarto quia est dyaboli placentia. ¶ Primo quantum deo displiceat hoc vicium patet per illud apoc̄. iij. c. Utinam calidꝰ esses aut frigidus sed quia tepidus es nec calidus nec frigi/ dus 7c̄. ¶ Calidus est qui feruens est ad bonu3. frigidus qui simpliciter desistit a bono. tepidꝰ qui medio mo do se habet 7 dicit interlinealis q ma ior spes est de frigidis q̄3 de tepidis. et hec est causa quia tepidi quandа3 fi duciam et securitatem accipiūt de hoc q aliquid boni faciūt et ideo de negli gencijs suis se non corrigunt. Tūc te pidus de ore dei euomitur quando in deteriora precipitatur. Hieronymꝰ te piditas sola est que solet domino vo/ mitum prouocare. ¶ Scdō acciola homini nocet inferendo mala tam pe ne q̄3 culpe et auferēdo bona plurima Mala pene tria sunt que acciola in/ fert homini. s. paupertas: vilitas affli/ ctio siue dolor. Et etiam malis culpe replet homine3 accidia quod pat3 sm bernardum super cantica. Jn putatio ne vinee 7c̄. Acciola etia3 aufert bōi bona qd p3 Math̄. xxv. Tollite eā 7 date ei qui habet decē taléta. Justo. n. iudicio fit vt q non vult operari cum possit postea non possit cū velit. Luc̄. xix. Dico vobis q habēti dabitur 7c̄. ¶ Tercio accidia est plurimū pec/ catorum causatiua. Sed notandu3 est illud quod ysidorus in synonimis dic̄ q per vnum malū multa perdit quis et qui in vno peccauerit contingit eū omnibus vicijs subiacere. Per vnum enim peccatum multe iusticie subuer/ tuntur per vnum malum multa bona possunt subuerti. ¶ Quanta mala id est species malorum ex isto acciole vicio nascuntur et proueniunt imme/ diate enumerabuntur. ¶ Nota q xvj. vicia ad accidiam pertinere no/ scuntur videlicet tepiditas: mollicies: somnolentia: ociositas: dilatio: tardi/ tas: negligentia: imperseuerantia: re/ missio: dissolutio: iniuria: ignauia: inde uotio: tristicia: tedium vite: et desperа tio. ¶ Quarto accidia multum dya bolo placet quia in acciolosis inuenit quietis hospicium. Job. xl. Jn vmbra dormit in secreto thalami. Thalamꝰ qui vacuus est ho minem significat va cantem et ociosum in quo dormit dya bolꝰ vl' quiescit. Scdō ad bonū pagē dum et euitandam negligentiam in/

E

ducunt nos canonica iura. ¶ Dicunt enim canones quod ociositas est causa magni mali vt legitur et notatur in decret. Nisi cum pridem. de renunc. ibi dicit textus quod voluptas et ociositas arma sunt hostis antiqui ad miseras animas captiuandas. Pro tanto hieronymus monens rusticum monachum vt ab ociositate precauere deberet inter cetera documenta eidem imposita dicit. Semper aliquid bonum operis facito vt dyabolus te inueniat occupatum de consecra.di.v.nunquam. etc. Unde super illo.xij. apostolice regule precepto.domui sue bene prepositum. id est familie sue bene prepositus esse debet prelatus: maxime vt eam bone ste regat et a vicijs ad virtutes verbo pariter et exemplo eam trahat.

¶ Querere aliquis posset quare specialiter in ordinando hoc requiritur. Respondeo secundum raymundum quod duplex est ratio. vna quia non habet frontem reprehendendi alios qui sua negligit corrigere in.§.necesse. xlvij.di. Alia quia presumitur vehementer contra eum de crimine negligentie quod adeo magnum est quod etiam depositionem inducit.quod probat canon. deinde.lxxxi.di. Nam etiam negligentia punitur vt factum.quod probat canon nemo enim.de consecra. di.j. ¶ Unde hinc sumpta occasione queri posset de tali questione vtrum scilicet negligentia sit peccatum mortale. ¶ Breuissime huic questioni respondet sanctus thomas scda scde.q.liiij.dicens. quod negligentia dupliciter potest esse peccatum mortale. Uno modo ex parte eius quod pretermittitur per negligentiam quod quidem si sit de necessitate salutis siue sit actus siue circumstantia: erit peccatum mortale. ¶ Alio modo ex parte cause. Si enim voluntas intantum sit remissa circa ea que dei sunt vt totaliter a caritate dei deficiat vel etiam per negligentiam bonum facere contemnat est peccatum mortale et hoc precipue contingit quando negligentia sequitur ex contemptu. Alioquin si negligentia contingit ex pretermissione alicuius actus vel circumstantie que non sit de necessitate salutis nec hoc fiat ex contemptu.sed ex aliquo defectu feruoris qui interdum impeditur per aliquod veniale tunc negligentia non est peccatum mortale sed veniale. ¶ Tertio ad bonum vtique peragendum et negligentiam euitandam nos inducunt antiquorum exempla. Et de multis vnum perstringam parabolice fertur regem quendam tres habuisse filios qui volens de regno suo secundum extremam sui voluntatem disponere. Conuocatis coram se tribus prelibatis filijs. dixit pigriori se velle legare regnum. Tunc ait primus.ergo mihi debetur regnum quia adeo piger sum quod ad ignem sedeo et prius crus comburi permitto quam illud retraham ab ignis incendio. ¶ Immo inquit secundus. Ego ad regnandum sum aptior quia sum pigrior quia cum funem habeam in collo et mox suspendi debeam et gladium in manu teneam propter pigriciam ad abscindendam non porrigo manum meam. ¶ Immo subdit tertius. Ego regnare debeo quia in pigricia ceteros antecello. Supinus enim in lecto iaceo et stillat aqua super vtrunque oculum dextrum videlicet et sinistrum et propter summam pigriciam a stratu meo non me remoueo ad partem dextram vel sinistram. ¶ Huic legauit regnum per integrum ipsum reputans magis pigrum. ¶ Moraliter. Rex iste significat dyabolum qui est rex super omnes filios superbie Job. xlj. Per primum trium filiorum ille

zgrue designatur: qui existens in socie tate peruersa per quam ad malum in tenditur magis eligit igne peccati cre mari q̄ a tali consortio separari. ¶ Se cundꝰ vero filius significat illum qui licet peccatorum suorum funibus vi/ deat se constrictum vel etiam circum plexum quibꝰ mox suspendendus est ad inferni patibulum nihilominus pi gritatur funem peccati prescindere gla dio lingue scilicet confessione. ¶ Per tertium autem filium super cuius ocu lum dextruz videlicet et sinistrū aqua stillare dicitur ille cōgrue designatur qui doctrinam audit de paradysi gau diis ꝛ inferni suppliciis tamen p̄ pigri tia statum suū non deserit nec se vult ad dextrū amore et desiderio premio rum nec ad sinistram vt saltem pecca tū deserat metu territus tormentorū.

¶ Quinquagesimumse xtum autoris preceptum.

Libenter ferto amorem.

A Postq̄ autor in su perioribus prebuit rudimenta filio qui cum omnium mor talium in hac parte typum gerit inter casus omnium vir tutum tam de quatuor paradysi flumi nibus scilicet de quatuor cardinalibꝰ virtutibus prelibatis q̄ etiam de aliis moralibus se recreare hoc est infor/ mare per omnia se debeat vt superiꝰ spāl'r est expressuz. ¶ Nūc vero in hoc vltimo p̄cepto psayco p̄bet rudi menta ad amorē incitantia in quodā generali nec imerito si hoc preceptuz vltimum preceptorum locauit. qꝛ s̄m apostolum ad ro. xiij. Amor seu dile/ ctio est totius legis impletio. omnisq3 scientie ac virtutis perfectio. Et ad vl timum beatitudinis finem introductio.

Et hoc per presens preceptuz facit seu ostendit dum dicit. Libenter amorem ferto. Quasi velit autor innuere q̄ cū omnibus te taliter gerere debeas q̄ ab omnibus que sunt amicicie et affa/ bilitati contraria penitus debeas pre cauere. ¶ Amicicie autem et affabi litati repugnantia sunt litigium et con tradictio. Nā litigiū directe amicicie ꝛ affabilitati opponit̄. vn̄ aristo. iiij. ethi. dicit q̄ illi qui ad omnia cōtrariantur causa contristādi discoli et litigiosi vo cantur et tales ad amiciciam et affabi litatem minime sunt apti. vt. ix. ethic. dicit ph̄us. ¶ Pro huiꝰ vltimi pre cepti intelligentia ac etiam obseruan/ tia est breuiter attendēdum q̄ quāq̄ hoc preceptum sit species iusticie vna nihilominus quantum ad presens spe ctat ad caritatis virtutem nos maxie inducit que virtutibus ceteris maior est et nobilior capacior et omni perfe ctione dignior. hec eniz virtus est qua diligimus deum diligimus proximum diligimus animum nostrum et diligi/ mꝰ corpus illi coniunctum. Quatuor enim ista ex caritate amanda sunt. Et primo super omnia deus. secundo no ster animus. tercio proximus. s3 quar/ to longe amandum est corpus. magis enim q̄ corpus nostrum debemus di ligere proximum quia pro sua salute si necessitas se offerat est morti expo nendum. ¶ Item propter seipsum debemus diligere deum sed omnia ꝑ pter deuz. ¶ S3 ad omnia sequen tia est notandum q̄ ad caritatem est maxime triplex motiuum. Primū est nature documentum. Secundum est efficax brutorum exemplum. Tertium est commodum fructuosuz. ¶ Pri B mū ergo ad amorem motiuum est na ture documentum verissimum quod non pōt vllatenus esse falsum. Sēper enī vt ph̄us docet natura facit quod melius est. Et ideo eius documentum in oībus est sequendū. vn̄ boeciꝰ dicit q̄ amore inter se iunguntur celestia:

et amore vniuntur et iunguntur in istis inferioribus quatuor elemēta. Et amore iunguntur celestia et terrena ergo si corda tam diuersa et tam contraria elementa amore sunt coniuncta quantus esse debet amor inter humana corda que eiusdem participatione natu/re non solum sunt coniuncta sed ab vno sunt omnino principio generata. Et quemadmodum sol omnium est radiorum fontale principium ⁊ fons omnium riuulorum et mare omniū aquarum sic amor est omnium humanarum affectionum fontale principium. Amor.n. calamite est similis. quia sicut illa fer/rum ad se totaliter trahit: sic amor totum cordis dominiū ad se rapit vnde qui amorē suum alteri donat dat ei per consequens omne quod est: omne quod potest: omne quod habet. imo quic/quid habere potest. quare si amor bonus est bona sunt omnia. quia cuius cā efficiens est bona et effectus similiter est bonus. si autem malus est et car/nalis: mala erunt omnia que producit quia cuius causa efficiens bona nō est nec quod ex ea producitur bonum est. et ideo breuissima et verissima diffinitio virtutis ē vt doctor egregius dicit Ordo est amoris. ¶ Secundū ad amorem et caritatem introductiuum ē brutorum exemplum. Turpe est enim et a ratione contrariū vt amor affectio nobilissima inueniatur in brutis ⁊ in homine inueniri vix possit. vnde legitur quod cornicis tam validus est amor ad parentes quod dum plumis ⁊ aliis pre senectute nudare contingit iuniores cornices pennis propriis eos fouent ⁊ cibo collecto tam diu eos pascunt do/nec eos ad vsus pristinos reparant et inducunt nec credas quod amor animaliū ad solos proprios et non ad extraneos se extendat. Nam vt dicit ysidorus ecce miluus dum in vere de partibus hyspanie ad nos venit cum in volatu sit agilis et paciens sit laboris virtute deuictus amoris super se artillos ponit: et vsque ad ytalicas partes adducit et forte sicut eas portat sic forte suo tempore reportat in quo exemplum dat apostolicum illud alter alterius onera portate. ad gal. vj. cap. ¶ Tertium quod est ad caritatem et amorem in/ductiuum est cōmodum maximū dum caritatis dono ad fructum contingit peruenire eternū. quia in ea consistit omne meritum et breuiter omne bonum quod remuneratione est dignum. ve/niunt enim nobis omnia bona pariter cum illa nec malum damnabile esse potest vbi caritas adest. quia cū ea semper deus est. vnde cum cetere virtu/tes bonis ⁊ malis possunt esse cōmu/nes caritas non nisi sanctorum est. quia deformis esse non potest. ¶ Sed no/ta quod cum caritas omnium virtutum quodāmodo sit forma ipsa tamen nullius deformitatis est susceptiua. potest enim ab anima per peccatum tolli sed nunquam potest ab anima deformari. ¶ Exemplum de hoc accipere potes in igne qui potest ab aqua extigui sed nunquam infrigidari. ¶ Unde de ipsa virtute veraciter pro cōclusione est tenendum quod ipsa caritas que ex amore causatur est bonorum omnium fructuū causatiua. Unde similis ē viti per omnia de qua dicit ambrosius quod talis est nature quod velit prius perere siue fru/ctum facere quam viuere nihil enim in rebus omnibus inuenitur quod magis vite in fructibus delectetur. Unde cū alie plante velint aliquo anno a fru/ctibus abstinere vitis nunquam vult a fructibus cessare. ¶ Sic caritas si assit in anima nunquam est ociosa sed semper est mirabilium operum effectiua. Quo modo ignis quiescit in paleis et non ardebit quomodo ergo poteris caritatis ignem habere si bene operari desinas et calefaciendo auxilium proxi/mis non impendas: ignis non tactus sed in ocio sicut certo videmus expe/rimento paulatim deficit in seipso. Sic et caritas si non sit operata quia

C

opus hoc facit caritati qȝ pix igne et oleum ligno vt liberius inardescat.
Exemplum aliud huic proposito congruū hoc etiā clare demōstrat. Oculꝰ enim non sibi soli videt sed toti corpori in quo natura nos instruit vt bona que habuerimus aliis cōmunicare liberaliter studeamꝰ. vñ sapiens de sapientia loquens sap. vij. d. Quam sine fictiōe didici et sine inuidia cōmunico et honestatē illius nō abscondo. Propterea seneca in ep̃lis dicit. In hoc gaudeo addiscere vt doceam nec vlla res me delectat lȝ sit salutaris et eximia quā mihi vni sciturꝰ sum. Et ysidorꝰ. Sciam quā aure cōcipis ore effunde. sapientia. n. dando fit largior retinendo minoratur. Aliqñ. n. donū sciētie aliquibus a dño subtrahitur cū acċepta ceteris non cōicant. sed magis illeberaliter occultant. vñ et btūs bernardꝰ de seipso sup canť. omel. lxxxij Refert cum interloquendo ex hijs q̃ suggerebat spūs et si non in fideli minus tñ feruenti animo refuaret vt haberet quid diceret denuo tractaturus Ecce vox venit ad eum dicens. donec istud tenueris aliud non recipies. Ad hunc ergo amorē gerendū incitat nos autor dicens. Libenter amorem ferto. Cūqȝ in pñti precepto de amicicia vera que est operatio caritatis qua diligitur deus ⁊ pximꝰ ex mandato p quā inferior patria militans feliciter regulatur ac p consequēs superior possidetur sine qua etiā vniuersalis finis desiderate salutis ad queȝ omnes fines alij ordinātur finis felicitatis haberi ñ pōt cōpetēter vt imediate aliqualiter sit deductū. Cōsiderans insuper quod notam ingratitudinis videtur incurrere qui pigritatur ceteris cōmunicare quod gratis accepisse pbatur. Et ceca est prudentia cū facultas se offert aliis prodesse nolle. Cū ſm bernardi sniam res pfecto pximi retinetur si donis scientie: eloquentie adornatus verbuȝ bonum quod multis prodesse valeret in vtili imo dānabili silentio liget. Cuȝ maledictus sit qui abscondit frumēta in populis. pūer. xj. Ac etiaȝ quicunqȝ dono scientie illustratus debeat omnibus liberaliter impartiri. vt illud eccľ. xxiiij. dicere possit. Uidete non solum mihi laboraui sed omnibus disciplinā exquirentibus. Pro tanto volens pro posse exequi quod dictum est scientie munusculū a deo mihi sua mera liberalitate concessum omnibus ex caritate pñs opusculū participare pposui ut eadē ſm tulliū sic vtilitas vnicuiusqȝ et vniuersorū. ¶ Nota vtilem differentiā inter amorem dilectionē ⁊ caritatem. Amor. n. est pprie nature. Et dicitur amor quasi animorū vnio hic quietat appetitū in re amata. Dilectio est amor proximi ⁊ dicit̃ dilectio quasi duo ligans sociat eniȝ amantē et amatum amore vt scilicet mutuo se diligant. ¶ Caritas autē est amor in deū hec amicum diiudicat et determinat cariorem omnibus vnde dicitur caritas quasi cara vniens vel quasi carū deum faciens. ¶ Alia est differētia inter predicta quia amamus deū ppt̃ se diligimus super oīa. Caritas vtrūqȝ complectitur scilicet propter se et sup omnia. ¶ Diligere deum in hoc differt a dilectione proximi quia diligere deum est ei velle bonum quod habet scilicet qȝ sit omnipotens ⁊ summe bonus et huiusmodi. Diligere vero proximum est velle sibi summum bonuȝ non per essentiam sed per gratiam. Item diligere pximum est successum bonum ei optare et querere vel diligere proximum est velle ei hoc quod sibi. ¶ Iteȝ differentia est inter dilectioneȝ dei et proximi. quia diligimꝰ deum in se et propter se. proximum vero diligimus in deo vel propter deuȝ. Quando dicimus duplicem esse caritatem scilicet dei et proximi. hec duplicitas non intelligitur quantum ad habitus sed quantū ad actus q: vno habitu caritatis diligit̃ deus et pximus

D

Caritas qñq3 dicit habitum apl'us ad ro.v. Caritas dei diffusa est in cordib9 nostris. Qñq3 motū. canticoꝝ.ij. Ordinauit in me caritatē. Qñq3 signū. vnd Jo.xv. Maiorē caritatē nemo habet id est maius signū caritatis. Qñq3 tertiam personā in trinitate. vñ.j. Jo.iiij. Deus caritas est. et sic sumitur ꝑsonaliter. Qñq3 sumitur essentialiter et sic tota trinitas caritas dicitur. Qñq3 sumitur ꝓ feruore caritatis. vnde de magdalena dr luce.vij. de baptis. maiores. ꝙ dimissa sunt ei peccata multa. qm̄ dilexit multum. ¶ De hac materia vide infra in fine operis sed aliter et ibi satis de hoc. Et sic ad dei laudem totiusq3 celestis curie pars prosayca terminatur. Deo gratias.

¶ Epistola Monachi clareuallis ad petrum de salutijs.

¶ Generose indolis adolescentulo petro de salutijs Robertus de curomodio monachus clareuallis seipsum ad omne officium caritatis. Tua supplicat postulatio quam suscipio ꝓ mādato vt quia quandoq3 me in rethoricis sciolum asserebas: tibi libellum conderem in quo possis dicte artis gustare primicias et in familiari collogo ruditatis grāmatice fugere barbarismos. Ego sane operis preciu3 credidi tuis in hac parte non obaudire iussionibus et moralem libellū viri doctissimi marchicathonis suscepi ꝓ themate et super singulis eiusde3 viri clarissimi documentis cuius materiam prosayce dilataui verbis quidem simplicibus l3 non penitus a regulis eloquentie inexpertis in quo primiciarum lacte gustato vsum faceti sermonis animus iuuenilis paulatim inducit et hac nouitate concepta succedente tempore vt ingenio dilatato altior huius artis in posterum suscipiat documenta.


HAUTS-DE-... BIBLIOTH. DESGUINE

I deus ē aīmus nobis ut carmina dicunt. Hic tibi precipue sit pura mente colendus

¶ Uiso supra in prima huius libri ꝓsaycali parte de primo speculo methaphorico ꝛc. ¶ Nunc vero subsequenter in hac parte prima metrica que est secunda pars principalis mēbri ꝓsequendū est de secundo speculo methaphorico quod est nebularū erronearum fugatiuum. In quo instruit autor scolasticos ac etiam quoscunqꝫ alios iugiter speculari ac reformari debere. et hoc facit in hac prima metricali parte primo precepto. Si deus est animus. In qua quidem parte .xxxx. precepta seu documenta cōplectuntur virtuosa. Unde pro huius partis euidentia est breuiter sciendū ꝙ ꝑm qd̄ in quadam reperitur historia tempore platonis ph̄i in suis partibus īmensa mortalitas dicitur cōtigisse adeo ꝙ homines ibi degentes subito moriebant̄ ꝓpter quod plato sapientissimus hoc cernens et causam huius pestis ꝑscrutari volens magnum speculum fabricari fecit ipsumqꝫ super altā speculam apponi mandauit et dum sepe ꝛ sepi9 in eo diligenter inspiceret quadam die videns hominum multitudinem ciuitatis exire et repente omnes mortuos in terram cadere. diligentius in codeꝫ conspiciens speculo draconum multitudinem in duabus vallibus existentium ipsosqꝫ super colles ascendentiū et se mutuo respicientiuꝫ atqꝫ fortiter sibilantium vidit. Considerans itaqꝫ ꝙ ex tali sibulo draconū vel flatu aer inficiebatur et corrumpebatur et ex tali aeris infectiōe homines subito moriebantur et imediate suffocabantur. circa hec remedium exhibuit opportunum quia in illis vallibus ignem copiosissimum succendi fecit et eos cōburi iussit et sic ab illo morbo fuerunt illico liberati vnde ꝓpter hoc speculum illud vocatum fuit speculum de saluamento quia dicebant se per ip̄m liberatos fore. Sic in ꝓposito moraliter tempore platonis id est beati petri et aliorum apostolorū in primitiua ecclesia apparuit draconuꝫ multitudo scꝫ hereticorum infra scriptorum qui flatu suarum doctrinarum peruersaꝝ christi doctrinam seu euangelicam nec non et apostolicam maxime circa articulos fidei christi diuinitatem ꝛ humanitateꝫ cōplectentes in errores varios perducere atqꝫ variis modis peruertere videbantur. sed plato id est btūs petrus cum ap̄lis ceteris speculū magnum id est simbolum nobis ꝓpinarunt salutiferum ex quo radii duodecim id est articuli fidei ꝑm vnum intellectum et ꝑm alium. xiiij. resultarunt ꝑ quos vt est dictum nebule erronearū oppinionū fugantur et tergūtur. Ideo qꝫ ad taliū confutationem et ad christianorum instructionem et salutem vtrunqꝫ horum necessario saltem explicite scire oportet firmiterqꝫ credere necnon simpliciter confiteri. Insuper etiā christicolis scire necio oportet ꝙ a qbusdā sex a quibusdam septem articuli distinguuntur et sic omnes articuli ꝑm quosdam. xij. ꝑm quosdam. xiiij. esse dicuntur. Si enim habeatur respectus ad eos qui simbolum ediderunt tunc articuli sunt. xij. ꝑm numerū apostolorum. xij. Si aūt consideremus ꝙ radicaliter sunt credenda tunc articuli sunt. xiiij. quoꝝ. vij. spectant ad christi diuinitatem et. vij. ad ipsius christi humanitatem et hec signata sunt in septē candelabris aureis et in septem stellis in quorū medio filius dei ambulabat.

DEPT HAUTS-DE-SEINE BIBLIOTH. DESCURE

apoc.j.capitulo ¶ De materia fidei scilicet quid sit fides quot modis dica tur fides.quot sunt species fidei.quot sunt articuli fidei. quod est premium credentium.que pena non credentiuz et quot sint simbola.de hijs omnibus require in prima glosa posita super ru brica de sum. trinit:et fi.ca. extra.

¶ Primo igitur sex articulos circa fidez diuinitatis sic distinguunt.Sunt circa christi diuinitatem tria consideranda. videlicet.vnitas diuine essentie.trini/ tas personarum.et effectus diuine vir tutis. ¶ Primus ergo articulus est vt credamus diuine essentie vnita/ tem iuxta illud deutro.vj.Audi isra/ el dominus deus tuus vnus est. Circa hunc articulum plures errores euitandi occurrunt. ¶ Primus qui dam error est gentilium siue pagano/ rum plures deos ponentiuz fm quod recitat augustinus.v. de ciuitate dei. vbi legitur ꝙ gentiles ponebant tria deorum genera.videlicet dij popula/ rium et rusticorum.dij sapientũ et phi lozophorum.et dij ciuitatum et castro rum.Primi sunt de quib9 dr sap.xiij. capitulo.Vani sunt homines in quib9 non subest scientia dei de hijs que vi dentur bona non potuerunt intellige re nec cognouerunt quis esset artifex sed solem et lunam rectores orbis ter rarum putauerunt.Secundi vocaban tur dij philozophorum. Nam philozo phi habentes intellectum altiorem ꝙ̄ rudes seu vulgares ad tantam deue runt cognitionem ꝙ quasdam cogno uerunt creaturas esse solum intelle/ ctuales quas intelligẽtias nominabãt nos vero angelos appellamus. ex eo ꝙ eos immortales credimus. de hijs dicit porphirius.sumus nos ratiõales et dij sed mortale additum nobis se/ perat nos ab illis .Tertij vocabantur dij ciuitatum et castrorum hoc inicium prouenit a quodam magno principe ninus nomine qui patrem habuit quẽ multum diligebat de quo latius habe tur infra in preallegato precepto. Si deus est animus.ad litteram. B.circa principiũ. ¶ Secundus error est ma nicheorum qui ponunt duo principia esse vnum a quo sunt omnia bona.ali ud a quo sunt omnia mala. ¶ Ter tius est antroporphicarum ponentiuz quidam vnum deum sed dicentium eum esse corporeum et ad modum hu mani corporis formatum. ¶ Quar tus epicurreorum dicentium ꝙ deus non habet scientiã neqz de rebus hu manis prouidentiam. ¶ Quintus quorundam gentilium philozophorũ dicentiũ ꝙ deus non est omnipotens sed solum ea potest que naturaliter fi unt. ¶ Hos predictos errores re/ pellit btũs petr9 apostolorũ princeps cõtra quos in simbolo posuit primũ articulũ dicens.Credo in vnum deuz patrem omnipotentẽ. ¶ Secundus ar ticulus informat ꝙ tres sunt persone diuine in vna essentia fm illud.j.Joh. vltimo.Tres sunt qui testimoniũ dãt in celo pater et verbum et spiritussan ctus. ¶ Circa hunc articulum sunt plures errores.Primus quidam est sa belli qui posuit vnaz essentiam sed ne gauit trinitatem personarum dicens. ꝙ vna persona quandoqz dicitur pa ter quandoqz dicitur filius quandoqz dicitur spiritussanctus.Secundus er/ ror est arrij qui posuit tres personas sed negauit vnitatem essentie dicens filium esse alterius substantie a patre et creaturam et minorem patre non coequalẽ nec coeternum sed quod in/ cipit esse post ꝙ̄ non fuerat. ¶ Ter tius error est euuonij qui posuit filiuz dissimilem patri. ¶ Quartus mace donij qui posuit spiritumsanctum esse creaturam. ¶ Quintus error fuit grecorum qui dicunt spiritumsanctum tantum a patre procedere quia si eum mittit pater tanꝙ̄ spiritum filij et a fi lio procedentis et de hoc lati9 legitur et notatur in canone.saluator.de cõse. di.v. ¶ Hos errores destruxit andreas

in simbolo cum dicit. Et in iesum christum filium eius vnicum dominuz nostrum. Et in spiritumsanctum dominū et viuificantem qui ex patre filioqz procedit. Alij vero quatuor articuli diuinitatis pertinent ad effectꝰ diuine virtutis. Primus quorum qui est tertius pertinet ad creationez reruz in esse nature ſm illud ps. Dixit et facta sunt.

Circa hunc articuluz primꝰ quidem errauit demetrius et epicurreus ponentes ꝙ nec materia mūdi nec ipa mundi compositio est a deo sed mundus est casu factus per concursuz corporum indiuisibilium qui reruz principia exterminabant. Secundus est error platonis et anaxagore qui posuerunt mundum factuz a deo sed ex materia prelacenti. Tertius est error aristotelis qui posuit mundum factum a deo sed ab eterno. Quartus est error manicheoꝝ q posuerūt deū esse creatorē inuisibiliū: sꝫ visibilia a dyabolo facta. de isto errore tāgitur supra in. xxv prose precepto. Nil temere credideris. Quintus est simonis magi et menandri eius discipuli et multorum hereticorum eos sequentium qui creationē mundi non deo sed angelis eius attribuunt. contra quos dicit paulus actuū xvij. Deus qui fecit mundum et omnia que in eo sunt hic celi et terre cum sit dominus ꝛc. Sextus est error eorum qui dixerunt deū non per seipm gubernare mundum sed per quasdam partes tres sibi subiectas. cōtra quos dicitur iob. xxxiiij. Qui constituit aliū super terram anteꝗ̄ posuit super orbē quem fabricatus est. et contra hos errores dicitur in simbolo. Factorem vł creatorem celi et terre visibilium omnium et inuisibilium.

Quartꝰ articulus pertinet ad effectus gratie per quam iustificamur a deo ſm illud ad ro. iij. Iustificati gratis per gratiā ipiꝰ scilicet dei. Sub hoc articulo omnia sacramenta ecclesie comprehenduntur et quecunqz que pertinent ad ecclesie vnitatem et dona spiritussancti et iusticiam hominum. Iste ergo articulus instruit nos vt credamus remissionez peccatoruz hijs que sunt in ecclesia qꝛ virtute diuinitatis fit omnium peccatorum remissio que est anime viuificatio ꝛ corporis resurrectio.

Contra hunc articulum sunt. xij. errores de quibus gratia breuitatis succincte aliquos perstringam. Primus quoruz fuit corinthi et ebionis et nacareorum qui dixerunt gratiam christi non sufficere ad salutem nisi quis circumcisionem et alia legis mandata custodiat. contra quos dicitur ad ro. iij. Arbitramur iustificari hominem per fidem sine operibus legis. Secundꝰ est error donatistarum qui posuerunt gratiam christi solum in affrica remansisse quia scilicet totus alius mundus cōmunicabat ceciliano ꝛ carthaginensi episcopo quem ipsi damnauerant et in hoc negabant ecclesie vnitatem contra quos dicitur ad colo. iij. ꝙ in christo iesu nō est gentilis neqz iudeus circumcisio et prepucium barbarius et sithaseruus et liber sed omnia in omnibus christi. Tertius est error pelagianorum qui primo negauerunt peccatum originale esse in pueris. Cōtra illud quod apłs dicit ad ro. v. Per vnum hominē peccatum in mundum intrauit. et in ps dicitur. Ecce em̄ in iniquitatibus conceptus sum. Secundo dicunt ꝙ principium boni operis est hominū a semet ipso sed consūmacio est a deo. Contra quod dicit apostolus ad philippenses ij. Deꝰ est qui operatur in nobis velle et proficere pro bona voluntate. Tertio dicunt gratiam dari hominibꝰ sed sua merita. contra illud quod apostolus dicit ad ro. ij. si autem gratia iam non ex operibus alioquin ergo iaz nō ex gratia.

Quartus error est origenis qui posuit omnes animas simul creatas cum angelis et pro diuersitate que ibi egerunt quosdaz homines vocari a deo per gratiam quosdaz in insti

delitate relinqui. cōtra quod dicit apostolus ad ro. viiij. Cum nondum nati essent aut aliquid boni aut mali egissent. dictum est quia maior seruiet minori. ¶ Quintus est error cataphricarum id est montani prisce et maximille qui dicunt prophetas quasi arrepticios fuisse et quod non prophetauerunt per spiritum sanctum. Contra quos dicitur. ij pe. j. Non enim voluntate humana ablata est aliquando prophecia sed spiritusancto inspirati locuti sunt sancti dei homines. ¶ Sextus est error cerdonis qui primo dicit deum legis et prophetarum non esse patrem christi nec bonum deum esse nec iustum. patrem vero christi bonum. Quem etiam manichei secuti sunt legem reprobantes. Contra quos dicitur ad ro. j. Lex quidem facta est et mandatum factum et iustum et bonum. Et ad ro. j. dicitur. Quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo. ¶ Septimus est error eorum qui quedam que ad perfectionem vite pertinent asserunt esse de necessitate salutis quorum quidam fuerunt qui se arrogantissime apostolos vocauerunt: nullam vero spem salutis habere putant eos qui vtuntur coniugibus et propria possident. ¶ Alij vero scilicet taciani qui non vescuntur carnibus eas quasi omnino abbominantur. secundum illud apostoli ad thimoth. iiij. Docentes abstinere a cibis quos deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus. Dicunt enim quod promissio de aduentu spiritussancti non fuit in apostolis completa sed in eis contra illud quod dicitur actuum. iiij. Repleti sunt omnes spiritusancto et loquebantur verbum dei cum fiducia etc. Hij etiam dicunt homines non posse saluari nisi continue orent propter illud quod dicitur luc. xvj. Oportet semper orare et non deficere. Quod sic accipitur secundum augustinum vt nulla dies intermittatur circa orandi opera ¶ Alij vero qui passales et mutiste vocantur intantum silentio student vt naribus et labijs suis digitos apponant. passales enim grece latine dicitur polus et rancbos natus. Quidam etiam dixerunt quod homo nō potest saluari nisi semper nudis pedibus ambulet. contra quos omnes apostolus dicit ad corinth. x. Omnia mihi licent sed non omnia expediunt. Ex quo datur intelligi quod licet aliqua a sanctis viris assumantur tanquam expedientia: non tamen propter hoc opposita redduntur illicita. ¶ Octauus est error illorum qui dicunt econtrario opera perfectionis non esse preferenda cōmuni vite fidelium sicut iouinianus posuit quod virginitas nō prefertur coniugio. Contra illud quod dicitur ad corinth. vij. Qui matrimonio coniungit filiam suam bene facit et qui non iungit melius facit et sicut vigilantius qui equauit statum diuitias possidentium statui paupertatis propter christum assumpte. Contra quod dicit dominus math. xxiiij. Si vis perfectus esse vade et vende omnia que habes etc. ¶ Nonus error est negantium liberum arbitrium sicut quidam negauit dicens animas que sunt male lasionis non posse non peccare. Contra quod dicitur Jo. iij. Scribo vobis vt nec predetis. ¶ Decimus est error prisillianistarum et etiam manicheorum dicentium homines esse fatalibus stellis colligatos hoc est dicere quod eorum opera sunt necessitati astrorū subiecta Contra quos dicitur hiere. x. A signis celi nolite timere que gentes timent. et iuxta illud sapiens dominabitur astris. ¶ Undecimus est error eorum qui asserunt quod ea que ab ecclesia dei vniuersaliter statuta sunt non sunt obseruanda sicut arriani qui dicunt statuta ieiunia non esse solenniter celebranda. sed cum quis voluerit ieiunet ne videatur esse sub lege. Duodecimus est error aliorum qui dicunt xiiij. luna pascha esse celebrandū

quocunqꝫ die septimane occurrerit et eadem ratione de quibuscunqꝫ ab ecclesia institutis. Omnes predictos errores etiam alios quos causa breuitatis obmitto destruxit simon dn̄s in simbolo dicit. Sanctam ecclesiam catholicam sanctorum cōmunionem remissionem peccatorum. Et in alio simbolo patrum dicitur. Qui locut9 est per prophetas et in vnam sanctam catholicam et apostolicam ecclesiam. Confiteor in vnum baptisma et in remissione peccatorum. ¶ Quintus articulus qui est de resurrectione mortuorum instruit ꝙ sine aliqua hesitatiōe christi resurrectionē credere debem9 De qua dicitur. j. ad corinth. iiij. Omnes quidem resurgemus. Circa quem articulum sunt plures errores. Prim9 quidem est valentini qui carnis resurrectionem negauit quē etiā plures heretici sunt secuti. Contra quem dicitur j. ad corinth. xv. Si christ9 predicatur ꝙ resurrexerit a mortuis quem quidā dicunt in vobis quoniam resurrectio mortuorum non est. Secundus est error ymenei et phileti. Contra quos dicit apostolus ꝙ a veritate ceciderunt dicentes. resurrectionem iam factā vel q2 n̄ credebāt resurrectiōꝫ nisi spūalē uel quia non credebāt alios resurrecturos nisi illos qui cum christo resurrexerunt. ¶ Tertius est error quorundam modernorum hereticorū qui dicunt resurrectionem futuram non tn̄ eorundem corporum sed anime resument quedam corpora. Contra quos apostol9. j. ad corinth. xv. dicit. Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem et mortale induere imortalitatem. ¶ Quartus est error euticij patriarche cōstantinopolitani qui posuit ꝙ corpora nostra in resurrectione erunt aerea vel vento similia vt greg. narrat in. iiij. mor. Contra queꝫ est dominus post resurrectionem suam corpus suum discipulis palpandum prebuit dicens Luc. vltimo. Palpate et videte quia spiritus carnem et ossa nō habet sicut me videtis habere. Cum tamē dicat apostol9 ad phili. iij. ꝙ reformabit corp9 humilitatis nostre cōfiguratum corpori claritatis sue.

¶ Quintus error est dicentium ꝙ corpora humana in resurrectione vertentur in spiritus. Contra quos Luc. vltimo dicitur spiritus carnem et ossa non habet. ¶ Sextus est error thematbi qui per mille ānos post resurrectionē fabulatus est futuros in terreno regno in quo homines carnales habebunt veneris ac libidinis voluptates. Contra quem in euang. math. xxij. et Luc. ij. et trāsumptiue. xxxj. q. j. si dormierunt. Et dicitur ibidem ꝙ in resurrectione neqꝫ iubent neqꝫ iubentur sꝫ erunt sicut angeli dei. Quidam etiam dixerunt ꝙ post resurrectionem mortuorum in eodem statu in quo nunc ē mundus manebit. Contra quos dicit̄ apoc. xxij. Uidi celum nouum et terram nouam. Omnes predictos errores et alios quos gratia breuitatis obmitto destruxit thadeus dum in simbolo dicit. Carnis resurrectionem. Et in alio simbolo patrum. Expecto resurrectionem mortuorum. ¶ Sextus articulus pertinet ad vltimum diuinitatis effectum qui est remuneratio bonorum et punitio malorum ſm illud ps. Tu reddes vnicuiqꝫ ſm opa sua. Et circa hunc articulum etiam fuerunt multi errores. ¶ Prim9 quorum est dicentium ꝙ anima moritur in corpore sicut asseruit arabs vel etiā post modicum interuallum sicut zeno dicit vt recitatur in libro de ecclesiasticis dogmatibus. Contra quem est qd̄ dicit apostolus ad phili. j. Desideriuꝫ habens dissolui et esse cum christo. Et apoc. vj. Uidi sub altare dei animas interfectorum. ¶ Secundus error ē origenis qui posuit homines et demones damnatos iteruꝫ posse purgari et redire in gloriam et angelos sanctos et beatos homines iterū posse ad ma

la deduci. Quod est contra autoritatē domini math. xxv. Ibunt hij in supplicium eternum iusti autem in vitam eternam. ¶ Tertius est error dicentium omnia premia bonorū et omnes penas malorum futuras esse equales. Contra quorum primum dicit apostolus .j. ad corinth. xv. quod stella differt a stella in claritate. Sic enim et resurrectio mortuorum. Contra secundū vero dicitur math. xj. In tyro et sidoni remissius erit in die iudicij quam vobis. ¶ Quartus est error dicentiū nō esse purgatorium aīarum post mortem earum scilicet qui in caritate deceden/tes aliquid purgabile non habent contra quos dicit apostolus .j. ad corinth. iij. Si quis edificauerit supra fundamentum fidei per dilectionem operantis lignum fenum stipulam detrimentum patietur. Ipse autem filius erit sic tamen quasi per ignem. Contra omēs errores posuit mathias ī simbolo hūc articulum. Uitam eternam amen. Alij vero qui septem articulos circa diuinitatis fidem assignant eos sic distinguunt vt primus sit de vnitate essentie. secundus de persona patris. tertius de persona filij. quartus de persona spiritussancti. quintus de effectu creationis. sextus de effectu iustificationis. septimus de effectu remunerationis in quo comprehendunt resurrectionem et vitam eternam amen. Et sic dum predictorum sex articulorum secundū diuidunt in tres quintum vero et sextū compingunt in vnum sic sunt secundum eos septem articuli hoc non refert quantū ad veritatem fidei vel erroris vitationem qualiter distinguantur. ¶ Uisso supra de articulis fidei ad diuinitatem pertinentibus. Nunc vero subsequenter restat videndum de articulis ad humanitatem christi spectantibus ¶ Circa quod sciendum est quod quidam sex articulos distinguunt. primus quorum est circa christi conceptionem et natiuitatem secundum quod introducitur ysa. ix. Ecce virgo concipiet et pariet filium. ¶ Circa hunc articulum. xij. errores ascribuntur. primus quorum fuit dicentium christum fuisse purum hominem et quod non semper fuit sed ex ordium assumpsit. et hic fuit error capriocratis et corinthi et elionis et pauli canosetani et fotini. Contra quos dicit apostolus ad ro. Ex quibus christus secundum carnem super omnia deus dominus amen. ¶ Secundus error valentini qui dicit christum celeste corpus attulisse nihilque de virgine assumpsisse sed per illam tanquam per riuulum seu fistulam sine vlla assumpta carne pertransisse. Contra quos dicitur ad gal. iiij. Misit deus filium suum factum ex muliere. ¶ Tertius est error arrij qui posuit christum humanam animam non habuisse sed verbum loco anime fuisse. Contra quos dicitur Jo. x. Nemo tollit animam meam a me sed ego pono eam etc. ¶ Quartus error ē nestorij qui posuit christum deum perfectum et hominem perfectum et non aliam dixit esse personam dei aliā hominis et quod nō est facta vnio dei et hominis in vna persona christi. sed solū secundum gratie inhabitationem ita quod negat beatam virginem esse matrē hominis christi. Contra quos dicitur luc. j. quod ex ea nascetur sanctum vocabitur filius dei. ¶ Quintus est error carpocratis qui hominem christum de vtroque parente natum putasse perhibetur. Cōtra quos dicitur math. j. Antequam conuenirent inuenta est in vtero habens de spiritusancto. ¶ Sextus error est elinodij dicentis quod postquam btā virgo peperit christum ex ioseph plures filios genuit. Contra quos dicitur ezech. xliiij. Porta hec clausa erit et nō aperietur et vir non transibit per eam quoniam dominus deus israel ingressus est. ¶ Contra predictos errores cum pluribus alijs quos gratia breuitatis obmitto in simbolo posuit beatus iacobus maior duos articulos. p.

mus quorum instruit credere christū dei filium de spiritu sancto conceptuз dum dicit. Qui conceptus est de spiritusancto. Secundus articulus instruit christū de maria virgine fore natū dū dicit. Natus ex maria virgine. Et in simbolo patrum dicitur. Qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de celis. Et incarnatus est de spiritusancto ex maria virgine et homo factus est. Tertius articulus est de passione et morte christi quam etiam firmiter credere debemus et simpliciter confiteri. ¶ Circa hunc articulum stant duo magni errores. Primus quidem error manicheorum qui sicut corpus christi asserunt esse fantasticū ita passionem christi non in veritate sз in fantasia esse arbitrantur. Contra quod ysa. liij. Uere languores nostros ipse tulit et tanq̄ ouis ad occisionē ductus ē ¶ Secundus est error galani qui in christo solam vnam vitam posuit scilicet incorporalem et imortalem. Cōtra quod dicitur petri. iij. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est. Hos errores in simbolo destruxit ioh̄ dum dicit. Passus sub pontio pylato mortuus et sepultus est. ¶ Quartus articulus ē de christi resurrectione quem firmiter credere debemus. Circa hunc articulum sunt duo errores. Primo quidem errauit corinthus asserens christum non resurrexisse sed resurrecturum esse. Contra quod dicitur j. ad corinth. xv. Resurrexit tertia die sm scripturas. ¶ Secundus error qui imponitur origeni scilicet q christus sit iterum pro demonum salute passurus. Contra quod dicitur ad ro. vj. Resurgens a mortuis iam nō moritur. Hos errores destruxit matheus dum in simbolo dicit. Tertia die resurrexit a mortuis. ¶ Quintus articulus est de descensu ad inferos corpore in sepulcro iacēte iuxta illud apostoli ad ephe. iiij. Descendit primum ad inferiores partes terre. Hunc articulum approbat thomas dum in simbolo dicit. Descendit ad inferna. Quod est cōtra quosdam qui posuerunt christum non descendisse per seipsum ad inferos cum tamen petrus dicat act. ij. q non est derelictus in inferno. ¶ Sextus articulus est de ascensione christi in celum. id est ad patris equalitatem. de quo ipse dicit Jo. ij. Ascēdo ad patrem meum et patrem vestrum. Circa hunc articulum errant silētiani qui negant saluatorem in carne sedere ad dexteram dei patris sed q exuit et in sole posuit eam. Contra quod dicitur math. vlti. Dñs quidam iesus postq̄ locutus est eis assumptus est in celum et sedet ad dextris dei. Hunc errorem destruxit iacobus minor duз in simbolo dicit. Ascendit ad celos sedet ad dexteram dei patris. ¶ Septimus articulus est de aduentu ad iudicium. Et circa hunc articulum errant illi de quibus dicitur. iij. petri. iij. Uenient in nouissimis diebus illusores in deceptionem iuxta proprias cōcupiscentias ambulantes et dicentes. vbi est nunc promissio aut aduētus eius. Contra quos dicit ioh. xix. Fugite a facie gladij qm̄ vltor iniquitatis est gladius et scitote esse iudicium. Hunc errorem destruit philippus dum in simbolo dicit. Inde venturus est iudicare viuos et mortuos. ¶ Predicti. xiiij. articuli colliguntur de simbolo quod apostoli ediderunt. Predicti autem heresiarche cū erroribus describuntur. xxiiij. q. iij. quidam. ¶ De modo distinguendi. vij articulos circa christi hūanitatez. Illi aūt q. vij. articl'os hūanitatis ponūt distinguunt primum articulum in duos ponentes scilicet sub alio articulo christi conceptionem et sub alio natiuitatem. ¶ De materia quo ad aliquaз partem articulorum tangitur supra in xxv. prose precepto. Nil temere credideris. B. C. D. per totum. ¶ Nota q si quis cupit scire de nominibꝰ que aliqualiter deum significant et qualr

de ipso predicentur sic distinguatur. Nominum quedā sunt essentialia: quedam sunt personalia: et quedam nocionalia. Essentialia sunt que essentiam significant horum quedam sunt adiectiua quedam substantiua. Adiectiuorum quedam connotant effectum positiue quedam respectiue. Positiuorum quedam sunt que connotant effectū in habitu: vt iustus et misericors: et ista predicātur de deo ab eterno quia ab eterno fuit iustus et misericors. Quedam in actu vt iustificās et miserator et huiusmodi et ista predicantur de deo ex tempore. vnde hec est vera propositio: deus incipit esse miserator quando incipit misereri. Eorum autem que cōnotant effectum respectiue quedam cōnotant respectu creatoris ad creaturas vt deus est refugium et huiusmodi. Quedam connotant respectu persone ad personam vt similis et equalis etc. Et hec principaliter significant diuinā essentiam: secundario autem connotāt distinctionem personalem: vnde licet hec nomina essentiam significent tamē ratione connotationis de personis simul sumptis pluraliter et non singulariter predicantur. vnde non dicitur: pater et filius sunt similis: sed similes. Item scias quod adiectiuorum quedam sunt partitiua: vt aliquis et alius et huiusmodi. Quedam numeralia vt vnus duo tres. et omnium illorum cōmunis est doctrina. Nam in neutro genere substantiua significant diuinam essentiam et predicantur de personis omnibus singulariter et non pluraliter vnde bene dicitur: pater et filius et spiritussanctus sunt vnum. sed in genere masculino et feminino substantiua significant personas. vnde hec est vera pater et filius sunt duo: si istud duo sit masculini generis: si neutri tunc est falsa. sed adiectiue sumpta secuntur naturam suorum substantiuorum. vnde si substantiua sunt essentialia ipsa adiectiua similiter. sed si sunt personalia similiter et ipsa adiectiua. vnde hec est falsa pater et filius et spiritussanctus sunt vnus. sed hec est vera: est vnus deus. Substantiuorum quedam sunt abstracta et quedam cōcreta: quedam media. Abstracta sunt que absolute diuinam essentiā significant vt dicit augustinus: vt essentia: deitas: et bonitas et huiusmodi. et ista nō possunt trahi per aliquod coniunctum ad supponendum pro persona. vnde talia nomina coniuncta cum verbis et participiis personalibus vel nocionalibus reddunt propositiones falsas. vnde hec ē falsa essentia generat vel generatur. essentia est de essentia. vel essentia est apud essentiam: et huiusmodi. et est tenendum quod ista nomina predicātur de qualibet persona per se: et de omnibus simul singulariter et non pluraliter. vt pater est deitas: filius est deitas: spiritussanctus est deitas: et omnes sunt vna deitas et nō tres deitates. Cōcreta dicuntur que significant quasi formā in subiecto vt album in muro. sicut ista deus creator et similia que generaliter significant essentiam licet quandoque supponant pro essentia quandoque pro persona. Media sunt que habent modum et formam abstractorum sed officium et vsum concretorum: vt lumen sapiētia principium et huiusmodi. Ista enim sicut abstracta predicantur de qualibet persona per se et de omnibus simul singulariter et non pluraliter vt supra dixi. Item supponunt pro personis sicut concreta vt cum dicitur lumen de lumine sapientia de sapientia: principium de principio. Personalium nominum quedam predicantur de vna persona tantū vt pater et filius et spiritussanctus. quedam de duobus ita quod de vtraque vt pater et filius sunt principium spiritussancti. Si principium supponat pro duabus personis significat vnam nationem secundum cōmunem spirationem. Quedam de duabus personis ita quod neutra vt pater et filius sunt

duo si istud duo sit masculini generis et non neutri. quedam de singulis pso nis ita ꝙ non de omnibus: vt yposta sis vel persona. et hoc in singulari. sed in plurali bene dicitur pater ⁊ filius ⁊ spiritussanctus sunt tres ypostases seu persone. ¶ Nocionalia dicuntur q̄ personas notificant interdum tamen dicuntur distinctiua quia personas di stinguūt. et relatiua quia personas ad inuicem referunt. et proprietates quia personis proprie insunt. et teneas ꝙ nulla notio proprie inest diuine essen/tie sed tantum persone quia essentia non distinguit nec distinguitur. ⁊ sunt quinqꝫ: scilicet innascibilitas. paterni/tas. filiatio. processio. et cōmunis spi/ratio. tria ex istis competunt patri scꝫ innascibilitas. paternitas. et cōmunis spiratio. duo filio scilicet filiatio. et cō munis spiratio. vnum spirituisancto. s. cōmunis spiratio. nec propter hoc vna persona maior est alijs. Istorum autē nocionalium quedam sunt abstracta ⁊ substantiua vt paternitas et innascibi litas ⁊ hec predicantur de essentia. vn̄ hec est vera essentia est paternitas et econuerso. essentia est innascibilitas ⁊ econuerso. et sic de alijs. Quedaꝫ sunt concreta et adiectiua ut innascibilis ge nerans. nascens. spirans. et procedens. et ista nunq̄ꝫ de essentia predicantur si ue sint nomina siue participia. vn̄ om nes tales propositiōes sunt false essen tia generat vel generatur vel essentia est generans vl' generata quia notant distinctionem in diuina essentia cōtra illud quod habetur in capitulo dam/namus. de sum. trini. et fi. ca. et. c. firmi ter. eodem ti. hec distinctio colligitur ex varijs dictis sanctorum doctorum et glosatorum. ¶ Nota ꝙ duplex est cognitio de deo scilicet naturalis ⁊ accidētalis. Naturalis cognitio est du plex. ante peccatum qua homo cogno scebat deum aperte in creaturis. Iteꝫ post peccatum et hoc per speculum in enigmate. accidentalis cognitio triplex est. Prima est acquisita per rationes naturales quam habuerunt philoso/phi et dicitur scientia. ¶ Secunda est que habetur testimonijs scriptura rum et miraculorum ⁊ hec cognitio di citur fides informis. ¶ Tertia est que habetur ex caritate ⁊ꝫ hec dicitur fides formata et per talem cognitionē assentit anima prime veritati propter se et supra se. vnde adueniente ea per eunt omnes alie cognitiones acciden tales ad minus quo ad actum. Cuꝫ. n. alie cognitiones accidentales ad mi/nus quo ad actum veniunt ad animā tunc fides tanq̄ꝫ velocior preoccupat motus omnes cum fides sit de nō ap parentibus et difficile sit credere oc/culta necessaria sunt duo ad hoc vt fir miter credatur veritas. Primum est il lustratio veritatis animam eleuans. Secundum est rectificatio autoritatis animam firmans quorum primum est per fidem. secundum est per scriptu/rarum autoritatem et per spiritumsan ctum editaꝫ. autoritas ergo prebet ful cimentum fidei et fides assensum au/toritati vtrunqꝫ vero per christum ꝓ pter hoc et splendor et verbum dici/tur quia mentem per fidem illuminat et veritatem per doctrinam ostendit. Hoc quoqꝫ sciendum ꝙ vna tantum est fides tam in presentibus q̄ꝫ in pre teritis et q̄ꝫ in futuris. licet magis cla ra sit in eis et explicita qui sequuntur christum q̄ꝫ in eis qui precesserunt eius aduentum sicut nouum testamentum est clarius q̄ꝫ vetus. quod enim nos credimus esse factū antiqui patres cre debant esse futurum. exceptis illis ar ticulis qui adhuc restant complendi si cut est resurrectio mortuorum et iudi cium extremum. et remuneratio bea torum: et punitio reproborum.

Rethorica super pri/
mum preceptum.

Si deus est aimus no
bis vt carmina dicunt.

Naturalis ratio legalis institu/
tio et communis animorum conceptio
hoc habet decernit et precipit q vng
credatur deus omnipotens. diligatur
cordialiter et magne venerationis offi
ciis euocetur quiquidem est tanq̄ cla
uus fixus et stabilis circa quem oia
reuoluuntur originale seminarum om
nium essentium omniū rerum premor
diale principium iuxta salomonis elo
quiū. Omnia disponit in numero pon
dere et mensura comprehendens om
nia et a nullo alio cōprehensus. Et vt
vbis augustini vti liceat deꝰ est intra
celū nō inclusus extra celū nō exclusus
supra celū nō elatꝰ. subtus celū nō de
pssus. Quia igit̄ ex eius gratuita liber
tate pcedit q sumꝰ q viuimꝰ q mo
uemur sine cuiꝰ manutenētia tota na
tura rediret ad nihilū sic ex nihilo est
creata. ergo tota cordis intentione de
us pensandus honorandusq3 sacrifi/
cio et toto cordis iubilo est colendus
Hic tibi precipue rc̄.

J deus ē aimus no bis ut car mina di/ cunt. Hic tibi preci pue sit rc

¶ Si deus est anim9 rc. Deū esse et pfectū esse fides nr̄a catholica atte statur q₂ fides credit deū esse et cre/ dit in deū et credit deo. Credere vero deū est credere ipsuz esse. Credere in deū ē in ip̄m credere et credēdo ama re et credendo in eū ire ꝛ etiā mēbris ei9 incorpari. Credere aūt deo est cre dere verbis ei9. Primū et tertiū bono rum et maloꝝ est. sed scōm bonorum tm̄. q₂ credere deū: et credere deo bo nis et malis cōmune est. sed in deum credere bonoꝝ est tm̄ ꝛ spēaliter. Ita q₃ deus solus h₃ pfectū esse vt est di ctū: qd̄ taliter psuaderi pōt. Illud. n. p fectū est cui9 nihil extra ip̄m est. vnd̄ q₂ esse nr̄m h₃ aliqd̄ esse extra se: ideo impfectū est: deest. n. nobis aliquid qd̄ de esse nostro iam pteriit vel qd̄ futu rū est. diuinū aūt esse cū totū simul sit pfectissimū est. hac igit̄ pfectiōe ptici/ patiue naturaliter aīa nostra appetit p fici quo ad duo. Primo ex pte poten tie cognitiue. Scd̄o ex pte potentie aīe amatiue. Quo ad primū aīa nr̄a ut cer ta docet expientia naturaliter appetit pficisci sūmo bono et vero ꝓpter eaz quā h₃ potentiā p cognitiuā cum eius tanta sit capacites vt ipsa expientia ꝓ bat vt nullū bonū omnino creatū eaz cōpleat qn sp ad alia se extendat. vnd̄ videm9 ꝙ quātūcūq₃ qs studeat ꝛ sp ꝓficiat sp tn̄ plura scire affectat ꝛ no ua semp inuestigare nō cessat. Nam et demostenes ph̄s cū. Cvij. esset annoꝝ moreret̄: ideo d̄ morte dolere se dixit q₂ tunc discere incipiebat. alter etiam ph̄us requisiit9 vbi esset termin9 scie r̄ndit ꝙ vbi et vite. Quo ad scd̄am videm9 ꝙ quantūcunq₃ creata bona qs ꝯgreget: tn̄ naturalit̄ saciari nō po test ꝛ nūq̄ ꝯgregādo desistit. vn̄ nō suffecit assuero regnū psarū ꝛ medoꝝ. nō nabugodonosor regnū pmaximuz caldeoꝝ. nō pharaoni regnū egiptioꝝ. nō alexādro regnū grecorū. nō cesari bus ampla potentia romanorū. nō sa lomoni tanta congregatio thesauroꝝ. qn semp ad plura extenderet animuz nullo creato bono ꝯplendū. igitur si in natura adeo nihil ē creatū frustra vt omnis docet ph̄ia. necesse est ponere sūmū bonū et verū quo pficiat̄ affe/ ctus et quo habito sit ꝯtent9. id autē est sūmū bonū q est de9 quo qs ad/ epto nihil vlteri9 desiderare queat. Cui snīe ꝯcordat dc̄m ābro. sup ep̄laz ad collo. d. oīs rō supne scie vel t̄rene creature. i. angelice vel hūane rc. Ex hoc notat laurenti9 ꝙ geometria et nigromātia a dn̄o sunt et in se bone: s₃ nigromācia legi ꝓhibet̄ ꝓpt̄ seque lā sicut iurare. xxij. q. j. c. ij. et sequitur in dicta autoritate in eo q est caput, ca rum et auctor vt qui hūc nouerit nihil vltra querat q₂ hic est pfecta virt9 et sapia qcquid alibi querit̄ hic pfecte inuenit̄. Transūptiue hn̄tur hec v̄ba in. §. sed econtra. xxxvij. di. Quia igit̄ antiqui nostri d̄ deo et ipsi9 cultu fue runt diuersis et varijs erroribus im/ plicati. Aliqui enim deum penitus esse negabant. Aliqui vero creaturas deifi cabant et in ydolatriā incidentes. Ali qui duo principia vnū boni et alteruz mali affirmātes. Ideo putaui curiosuz prius p studentium delectatione de motiuis erroneis predictorum aliqua ptractare et primo d̄ errore illoꝝ qui negant posse demonstrari deū esse sed sola fide tenetur. asserunt. n. hij ꝙ deū esse nō pōt p rōem inueniri s₃ p solā fidē uł p viā reuelatiōis. ad hoc aūt di cēdū moti sūt qdā ꝓpter debilitatem rōnū q̄s icocebāt ad ꝓbandū deū eē.

A

posset tamen hic error fulcimentum
aliquod falsum sibi assumere ex quo/
rundam philozophorũ dictis qui ostẽ
dunt in eo idem esse essentiam et esse.
scilicet id quod respondetur ad quid
est: et ad questionẽ an est. via aũt rõis
peruenire non potest vt sciatur d deo
quid est. vnde nec ratione videtur pos
se demonstrari an deus sit. et quãuis
deus sensibilia omnia et sensum exce/
dat eius tamen effectus ex quibus de
monstratio sumitur ad probandũ deũ
esse sensibiles sunt. et sic nostre co/
gnitionis origo in sensum est etiam de
hijs que sensum excedunt. Unde ari/
stoteles ad probandum deum esse ex
parte motus probare nititur tali ra/
tione. Omne quod mouetur ab alio mo
uetur. patet a sensu aliquid moueri vt
puta solem. ergo ab alio mouente mo
uetur. aut ergo illud mouens mouetur
aut non. si nõ mouetur tunc habemus
propositum. scilicet quod necesse est po/
nere aliquod mouẽs immobile. et hoc
immobile dicimus deum. Si autem
mouetur ergo ab alio mouente mo/
uetur. aut ergo est procedere in infini
tum aut est deuenire ad aliquod mo/
uens imobile sed non est procedere in
infinitum quod probat tali ratiõe phi
lozophus et hoc tam in phisica quam etiã
in metha. dicẽs quod in nullo genere cau
se in infinitum est abire sed est neces/
se in aliquo stare. vnde est necesse po
nere efficiens imateriale primum prin
cipium seminantium omnium forma/
rum naturalium primum et finem om
nium vltimum scilicet efficiens primũ
non generatum non factum sed omnia
faciens hic est deus quo nihil melius
nihilque perfectius esse potest ergo ne
cesse est ponere aliquid primum mo/
uens imobile. ¶ Obmissis ratio/
nibus aristotelis et aliorum breuitatis
amore sufficit pronũc dicere quod ad
cognoscendum deum esse incitat nos
natura indicat scriptura et clamat crea
tura. De incitatione nature dicit Joh.
damascenus quod cognitio existendi deũ
nobis naturaliter inserta est. sed intm
preualuit malicia hominum nature vt
quosdam in irrationabilissimũ et om
nium malorum pessimum perditionis
baratrum deduceret vt dicant non eẽ
deum. Scriptura etiam nobilissimorũ
philozophorum vt platonis aristote/
lis senece tullij etc. deum esse indicat.
Item etiam scriptura iudeorum asse/
rit in principio omnia a deo esse crea
ta. Rursus christianorum scriptura in
principio euangelij Joh. per verbum
asserit omnia esse facta. Creatura etiã
deum esse clamat et hoc est quod au/
gustinus in. xj. libro de ciui. dei luculen
ter demonstrat dicens quod exceptis pro
pheticis vocibus mundus ordinatissi
ma sua mutabilitate et mobilitate et
visibilium omnium pulcerrima spe/
cie quodãmodo factum se esse tacitus
et non nisi a deo ineffabiliter atque in
uisibiliter fieri potuisse se clamat. Joẽ
in libro. x. confessionum. Interrogaui
de deo meo celum solem lunam et stel
las. neque nos sumus deus quem que/
ris inquiunt. et dixi omnibus qui cir/
cumstant carnem meam dicite de deo
meo aliquid et clamauerunt voce ma
gna. ipse fecit nos et non ipsi nos. in/
terrogatio mea intentio mea et respon
sio eorum species eorum. Sap. xiij. A
magnitudine speciei et creature cogno
scibiliter poterit creator eorum videri
Item ad ro. j. vbi loquitur de prophe
tis. Deus inquit reuelauit illis. Dicit gl.
ambrosij vt deus qui est natura inuisi
bilis visibilis possit sciri opus fecit quod
opificem visibilitate sua manifestat ut
per certum incertum potest scire et il
le esse deus omniũ crederetur qui hec
fecit quod alijs impossibile est fieri et
subditur ibi in textu. Uisibilia igitur
ipsius a creatura mundi per ea que fa
cta sunt intellectiua conspiciuntur sem
piterna quoque eius virtus et diuinitas
Uerbum istud sic exponitur secundum glo.
inuisibilia igitur ipsius id est ipsa na/

tura inuisibilis intellecta per ea que fa
cta sunt conspiciuntur a creatura mun
di id est ab homine qui creatura mun
di dicitur per excellentiam vel per con
uenientiā quā habet cū omni creatura
ad Hic posset moueri questio talis videli
cet vtrum quis rationali virtute va/
leat deum per suos effectus cognosce
re. Et primo videtur ꝙ sic per alicuiꝰ
effectum possumus causaꝫ cognoscere
sicut per artificia cognoscimus artifi/
cem qualis sit. hanc enim sententiam
ipsa veritas math. vij. approbare vi/
detur dicens. A fructibus eorum co/
gnoscetis eos. In contrarium est ſm
gregorium. quia fides nō habet meri
tum cui humana ratio prebet experi/
mentum. si igitur per effectum deū co
gnoscere possumus inde nullum re/
portabimus meritum. quare ꝛc.
di Huic motiuo respondetur ꝙ ipsa dei
tas potest sumi dupliciter ꝛ quo ad ꝓ
pria et quo ad appropriata. quo ad ꝓ
pria nullo modo per rationem creatu
re cognosci potest vel comprehendi.
sed quo ad appropriata sic. verbi gra/
tia. patri attribuitur potentia. filio sa/
pientia. spiritui sancto bonitas ꝛ clemē
tio tia. Isto enim modo potest per su/
os effectus scilicet a creatura cognosci
et sic saluatur autoritas gregorij ante
dicta. Item ambrosius super illud ad
ro. sicut ex motibus et administrati/
one corporis animam quam non vi/
des intelligis sic administratione to/
tius mundi et regimine omnium crea
torem philozophi intellexerunt. Item
gregorius in. iiij. libro dyalogorūꝫ nul
la visibilia nisi per inuisibilia videtur
Ipse ergo corporeus oculus nihil cor
poreum videret nisi ipsum res incor/
porea ad videndum acueret. Nam tol
le mentem que non videtur in cassuꝫ
patet oculus qui videbat si oculi per
se videbant cur discedente anima ni/
hil vident. Item cum ad faciendam fi
dē de parentibus carnalibus sola pub
lica fama absqꝫ testibus ꝛ probationi

bus sufficiat cur cum tanta difficulta/
te fit aliquibus fides de patre celesti.
Item inter ea que ceperunt esse nihil
est cuius ortum causa non precesserit
omne quod incepit esse non est de nu
mero eorum que inceperunt esse. si. n.
precessisset seipsam: quod est impossi
bile ergo aliqua causa est que nunꝙ̄
incepit esse sed quod non incepit esse
non desinet esse. nam esse quod habet
a se amittere non potest. vnde seneca
periturum est nanqꝫ quod aduenticiū
fuit ergo aliqua causa est sine princi/
pio et sine fine et hec indubitanter est
deus et hec pauca contra insipientem
hereticum dicta ad presens sufficiant.
¶ Uiso de errore illorum qui deū
esse negant sequitur videre secundo
de errore illorum qui creaturas deifi
cant qui error ydolatria dicitur et licꝫ
supra in primo prosayce partis prece/
pto aliqua de materia latrie et ydola/
trie necnon diuini cultus succincte pre
tacta sint nihilominus de materia ista
pro studentium delectatione hic ali/
qua tangentur sed aliter ꝙ̄ ibi.
¶ Pro cuius erronee opinionis euiden/
tia ac etiam intelligentia circa ydola/
triam sunt quatuor breuiter attenden
da. Et primo quid sit ydolatria. Se/
cundo de causis eius. Tertio de spe/
ciebus. Quarto de destructione.
¶ Circa primum est notandum ꝙ latria
est summe venerationis cultus soli deo
adhibendus. Uel latria est volunta/
ria professio diuine maiestatis. ydola/
tria vero est cultus deo debitus crea ad
ture exhibitus. ¶ Ubi sciendum ꝙ
inter latriam. duliam. et yperduliam.
talis differentia a magistris solet assi/
gnari. Latria enim vt dictum est. ē cul
tus deo debitꝰ. ydolatria vero est cul
tus deo debitus creature exhibitus.
Dulia vero est honor qui debetur san
ctis. Unde et de beata virgine scien/
dum ꝙ inquantum est persona sancta
debetur dulia ei. sꝫ inquantū ē dei ma
ter debetur ei yperdulia. i. magna ex/

cellentia.quia yperdulia debetur excel
lenti sicut est caro christi.beata virgo.
et crux christi in qua pependit.quia in
strumentum fuit nostre redemptio/
nis.ymaginibꝰ debetur adoratio que
debetur illis quorum sunt ymagines
non inquantum res sancte sed inquan
tum illa quorum sunt ymagines ad/
oramus.Sumitur autem hoc vocabu
lum scilicet yperdulia de glo.j.R.viij.
capitulo.vbi dicitur dulia minor ⁊ du
lia maior. ¶ Ex predictis insurgūt
duo dubitabilia perscrutanda.Et pri/
mo vtrum cultus latrie matri christi
debeat exhiberi. Et ad hoc respōdent
theologi dicentes:ꝙ cuꝫ ipsa pura cre
atura sit ad honorem latrie non ascen
dit tamen quia hoc nomen mater dei
tante dignitatis existit ꝙ non solum
viatores sed etiaꝫ comprehensores ve
rum etiam et ipsi angeli reuerentur eā
quadam videlicet prerogatiua speciali
vt prelatam ceteris creaturis ideo de
cens est ipsam pre ceteris honorare ⁊
venerari.hic auteꝫ honor a magistris
yperdulia nuncupatur et accipitur hoc
vocabulum vt superius est expressuꝫ.
de glo.j.R.viij. capitulo. vbi dicitur
dulia minor et dulia maior. ¶ Si
autem obijcitur ꝙ honor matris re/
fertur ad filium responderi potest ꝙ
honor potest referri ad aliquem du/
pliciter.aut sicut ad finem et hoc mo/
do ad filium refertur honor qui offer
tur matri.aut sicut ad obiectum ⁊ hoc
modo refertur ad christum honor qui
exhibetur matri.vnō qui adorat yma
ginem christi christum adorat nō yma
ginem. qui autem adorat christi ma/
trem adorat christum et eius matrem.
Di ¶ Secundo queritur vtrum cul/
tus latrie exhibendus sit cruci christi.
Huic quesito respondent theologi ꝙ
multiplex est modus dicendi quidam
enim dixerunt ꝙ cruci debetur honor
qui dicitur yperdulia eo ꝙ in ipsa re/
demptio et salus humani generis fa/
cta est et ideo omnes ei debēt esse sub

iecti subiectione notabili ⁊ speciali sed
inquantum adoratio sicut et allocutio
videtur esse solūmodo inter res ra/
tionis capaces.adoratio enim est que/
dam oratio ad aliquid ordinatum. ad
orare quidam est aliquid orare. Crux
autem ratione caret.ideo etiam alij di
xerunt crucem non esse adorandam:
nisi inquantum christꝰ in ea adoratur
nec aliqua est ei reuerentia exhibenda
nisi ratione crucifixi sicut nec ymagini
nisi ratione ymaginati. ideo dixerunt
ꝙ cruci christi exhibendus est cultus
latrie.verumtamen quia damascenus
ait ipsum preciosissimum lignum cru/
cis venerabile in quo seipsum christꝰ
pro nobis obtulit sanctificatum fuit
tactu corporis et sanguinis decēter ad
orandum est et potest.si autem ex alia
materia factum est non ipsam mate/
riam adoramus absit sed typum. Ex
hijs colligitur ꝙ aliqua ipsi cruci sit re
uerentia exhibenda latrie adoratione
excepta et huius signum est quia eccle
sia solennisat inuentionem crucis ⁊ ex
altationem sicut festiuitates sanctoruꝫ
⁊ ideo neuter predictorum modorum
videtur omnino sufficere. ¶ Pro/
pter quod est adnotandum ꝙ duplici
ter potest honor alicui exhiberi scilicet
aut in obsequium reuerentie qui ē ho
nor venerationis.aut in testimonium
virtutis et familiaris complacentie q
est honor adorationis et vterqꝫ istorū
honorum affertur cruci quia ipsaꝫ ad
oramus et veneramur sed in hoc est
differentia quia honor veneratiōis ex
hibetur cruci tanq̄ instrumēto nostre
salutis.vnde sicut exhibemus sanctis
reuerentiam quia in eis est quedam
nostre salutis causalitas: ita et cruci
christi ⁊ clauis est aliqua reuerentia ex
hibenda.honor autem adorationis of
fertur cruci ratione crucifixi nemo em̄
intendit ei placere vł ab ea aliquid im
petrare sed ei et ab eo qui fuit affixus
ī ea ⁊ sic n̄ debet̄ ei nisi adoratio latrie
sic ꝙ cruci xp̄i duplex honor deb̄ vꝫ

quidā est latria. Alius vero nec debet dici latria neqȝ dulia. quia non est spe cies adorationis. sed dicitur honor ve nerationis et sic patȝ ꝙ crux christi ad oranda est latria. si autem obijcitur ꝙ crux est pura creatura dicendū est ꝙ non adoratur vt res sed vt signum re memoratiuum ducens in crucifixum. ¶ De latria et dulia et differentijs earundem habetur in canone venera biles ymagines. de conse. di. iij. in glo. ibi positis. Et notandum ꝙ ydolum quandoqȝ dicitur lignum vel alia res sic figurata. qnandoqȝ vero dici/tur coniunctum ex ymagine et demo/ne presidente et ita sumit. j. ad corinth viij. vbi dicit ꝙ ydolū nihil ē in mūdo Illud ergo quod putabant esse ydo/lum scilicet personam subsistentem ex simulachro et spiritu presidente nihil erat. ¶ Circa secundum scilicet de causis ipsius erroris est sciendū ꝙ ppter quinqȝ causas ydolatria inducta ē vel augmentata. ¶ Prima causa fuit dolor nimius de alicuius amici perdi/tione pater enī amisso filio nimis do lens ymaginem filij fieri fecit et vt es set ei qualecunqȝ solacium. sap. xiiij. Acerbo luctu dolens pater cito sibi rapti filij fecit ymaginem at illum qui tunc quasi homo mortuꝰ fuerat nunc tanqȝ deū cepit ⁊ constituit inter seruos suos sacra et sacrificia. Hanc primam causam ydolatrie ostendit gregorius super illud luce. xj. In beelzebuch prin cipe demoniorum dicens. Ninus rex niniue belo patre suo mortuo statuam fecit quam summa reuerentia honora uit et ita vt etiam reis ad eam fugien tibus parceret. vnde progressu tempo ris ceperunt eam homines venerari vt deum et multiplicare. et hanc qui/dam vocauerunt beel: alij baal: alij ba alim: alij beelzebuth ſm varietatem linguarum. ¶ Secunda causa fuit vesana superbia principum qui non at tendentes infirmitatem suam volue/runt se vt deos honorari. sicut nabu/godonosor rex qui precepit holoferni principi militie sue ut omnes deos ter re sue exterminaret vt ipse solus deꝰ diceretur ab hijs nationibus que po/tuissent holofernis potentia subiuga/ri ſm quod iudith. iij. habetur histo/ria. ¶ Tertia causa fuit adulatio si ue desiderium quod habebant mino res ad acquirendum gratiam maiorū Augustinus. x. libro de ciui. dei. Mul ta vsurpata sunt de cultu diuino que honoribus deferuntur humanis siue humilitate nimia siue adulatione pesti fera. ¶ Quarta causa fuit potentia quā crediderunt superimminere in hijs quos deos esse putabant. crediderunt ergo demones potestatem habere in homines et etiam in elementa. Cuius erroris occasio fuit quia credebant de mones sanare lesiones corporum. dūȝ ab eis cessabāt: credebant et eos seda ri mundi turbationes: dum eas face/re cessabant credebant etiam eos pre noscere futura qꝛ predicebant eis ma la que dei permissione erant hostibus elaturi. ¶ Quinta causa est ceca cu piditas hominum qui tantum sunt cu riosi aliquid sciendi vel cupidi aliqua acquirendi vt seipsos demonibus vē dant vt suam cupiditatem valeant ad implere. ¶ Circa tertium scilicet de speciebus ipsius ydolatrie erroris est sciendum etiam ꝙ septeȝ species ydo latrie reperiuntur. ¶ Prima enim est cultus demonum. Secunda lumi/num vt solis et lune vel stellarum. Tertia elementorum. Quarta homi/num. Quinta animalium irrationabi/lium. Sexta ymaginum vel alterius operis humani. Septima temporis vel eius partium. et etiam ydolatria alia/rum rerum. ¶ Circa quartum vi/delicet circa ipsius erroris ydolatrie destructionem est breuiter sciendū ꝙ ydolorum cultura omnis mali est cau sa et inicium et finis. sapieñ. xiiij. glosa. cum igitur mens a creatore se auertit oībꝰ implicatur sceleribꝰ aggrauatur

autem ex vilitate rei in qua transfer/ tur honor diuinus malus est peccatuz cum honor iste transfertur in quadru pedes aut reptilia ꝙ quando in homi nes vel animalia rationalia. ad ro.j. Mutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem corruptibilis ho minis et volucrum et quadrupeduz et serpentum.glo.ambrosij.quanta ē stul ticia eorum apud quos plus pōt yma go ꝙ veritas et potiores sunt mortui ꝙ viui. Porro ad destructionem ydo latrie que est cultus demonum aduer tenduz est ꝙ ipsos colere est valde de testabile et cauendum et hoc propter duo. Primo qr ipi sūt hostes dei ⁊ ma gis displicet deo cum honor eius trāſ fertur in eos ꝙ cum ad alias creatu/ ras trāffertur. Secundo quia ipsorum cultus magis est homini periculosus cū ergo ipsi demones sint hostes hu mani generis et cultoribus suis fami/ liares fiant sunt eis familiares inimici nulla autem pestis efficatior ad nocen dum ꝙ familiaris inimicus. Ideo au gustinus in libro.lxxxiij. questionū di cit ꝙ nihil tam christiano nociuum vl' contrarium ꝙ si cura magicis artib9 adhibeat. tunc ergo recipit eos familia res qui animarum damnationem que runt. Secundo ad destructioné ydo/ latrie que est cultus luminum est no/ tandum ꝙ hij qui sunt huiusmodi er roris dicunt mortales esse subiectos soli et lune et stellis etiam quantū ad sapientiam vel ignorantiam et quantū ad bonos mores vel malos et dicunt celestia lumina ſm situs suos seu con stellationes causam esse bonorum mo rum vel malorum in hominib9. quod patet esse falsuz quia non propter stel las homo sed stelle propter hominem facte sunt. sicut dicit gregorius sol ⁊ lu na homini tanquam domino suo obe diunt. vt legitur iosue.x. capitulo. Pa/ tet etiam esse falsum ꝙ isti dñt ydo/ latre quia diuersi homines eadem ho ra nascentes mores habent diuersos.

licet ipsi dicant ꝙ qui sub constellatio ne tali nascitur talis vel talis est futu rus ⁊ qui tale opus tali hora inceperit prosperabitur. Item manifestuz est ꝙ nati vna eadem hora vel aliquod op9 aggressi diuersos habent euentus. de hoc latius infra in sexto secunde par tis metrice precepto. Mitte archana dei ⁊c. ¶ Ultimo de illa specie ydo latrie que exhibetur stellis vel elemē tis que dicitur cultus milicie celi ō qua sepe fit mentio in sacra pagina. notan/ dum ꝙ celi militiam vocauerunt qui huius erroris fuerunt multitudinem spirituum horum autem quosdam di cebant preesse celo stellato alios pla/ netis et circulis eorum. alios igni. alios mari. alios terre et vtebantur inuoca tionibus huiusmodi prout credebant congrue maleficijs suis. Istius modi ydolatrie siue sint viri siue mulieres iubentur lapidibus obrui. deutro. xvij Hec videntur adhuc manere in qui/ busdam simplicibus qui videntur in ortu suo solem adorare: vel lunam in nouilunio. ō milicia vero celi habetur iiij. regum. xxj. et ysa. xxxliij. et sopho nie. j. et act. vij. ca. ¶ Deinde ad de structioné ydolatrie que est circa yma gines sciendum ꝙ huius ydolatre sunt infelices et maledicti et irrisione digni de ipsorum infelicitate sap. xiij. Infeli ces sunt et inter mortuos spes eorum est qui appellauerunt deos opera ma nuum hominum. de maledictione eo/ rum deutro. xxvij. Maledict9 homo qui facit sculptile et conflatile. Sap. xiiij. Per manus quod fit ydolum ma ledictum est et ipsum et qui fecit de ir risione. hiere. lj. Uana sunt opera et ri su digna. ¶ Uisis predictis duob9 erroribus restat nunc videre de tertio videlicet de manicheorum errore qui vt ait augustinus in libro de natura boni sensum perdiderunt studio con tradicendi hij ponunt duo principia: vnum mali et alterum boni. De isto etiam errore habetur supra. sed aliter

in.xxv.prose precepto. Nil temere cre
dideris. Unde ſm eos eſt princeps lu
cis cuius habitatio eſt regio lucis ſuꝑ
iſta viſibilia.alter eſt princeps tenebra
rum ex aduerſo cuius habitatio eſt re
gio tenebrarum et vterqꝫ iſtoꝝ prin
cipum ſm eos habet populum ſuum.
Manichei ponunt eſſe corruptibilia
in principe tenebrarum ad probandū
erroneam eorum opinionem inducunt
ꝓ ſe multas ſacre pagine vtriuſqꝫ te/
ſtamenti autoritates ſed taliter qualiꝫ
Primo inducunt autoritatem illā geñ.
j. Tenebre erant ſuper faciem terre.
Ex hoc ipſi inferunt deum nō eſſe be
nignum qui opus ſuum incepit a tene
bris non intelligentes tenebras nō eē
alicuius rei exiſtentiam: ſed lucis ab/
ſentiam. vnde non oportet ponere ali
quem actorem tenebrarum cum tene
bra nihil ſit niſi lucis abſentia nec mi
nus laudabilis eſt mundi creator ſi a
nihilo incepit imo hoc cōmendat eius
potentiam ꝙ ex nihilo lucem et alia
creauit.per hoc enim oſtenditur ꝙ ꝑ
ſe potens eſt operari ſine materia ꝑia
cente vel inſtrumento quod propriū
omnipotentis eſt. Secundo inducunt
auctoritatem illā que habetur math.
iiij. de dyabolo ꝙ oſtēdit domino no
ſtro omnia regna mundi et eoꝝ glo
riam dicēs. Hec omnia tibi dabo ſi ca
dens adorauerís me. Ex quo inferunt
ꝙ omnia regna mundi dyaboli erant
cum omnia chriſto promiſerit.hec ꝓ/
batio ridiculoſa eſt cum dyabolus ſit
mendax et pater eius. Jo. viij. Tertio
inſuper inducunt autoritatem illam
math. vij. Non poteſt arbor bona fru
ctos malos facere. Ex quo inferunt er
go mala nō poſſunt eſſe ab eodē prin
cipio a quo ſunt bona ergo ſunt duo
principia vnum bonoꝝ aliud maloꝝ
Sed ſermo veritatis quo vtuntur ad
confirmationem falſitatis materiā mi
niſtrat confuſioni eorum. licet enim ar
bor bona bonum fructum porduxerit
tñ nihil prohibet fructum queꝫ arbor
bona bonum produxit poſtea putre/
fieri et corrumpi: et nemo adeo fatuꝰ
eſt cum viderit diuerſa poſita ī archa
vel in menſa quorum alia ſunt putri/
da alia ſana ꝙ propter hoc credat ea
non eſſe ex eadem arbore. ſicut nichil
prohibet diabolum bonū eē creatiōe
et a deo factum: malum vero ſua per
uerſa voluntate. moliuntur etiā ante
dictam opinionem erroneam probare
aliquibus friuolis et falſis rationibus
inter ceteras vero hanc falſam et co
loratam adducunt. videlicet ꝙ contra
riorum contrarie ſunt cauſe. vnde ta/
men ſecundum eos bonum et malum
que ſunt contraria erunt a contrariis
principiis. ſ. a principio bono et a prin
cipio malo. ¶ Huic falſe rōni taliter re
ſpondet: ꝙ illud verbum contrarioꝝ
&c. non eſt verum vniuerſaliter. Cauſa
enim efficiens voluntarie operās pōt
eſſe cā contrarioꝝ. Idem igitur pictor
pōt facere imaginem albam & imaginē
nigram et pulchram et turpem. ſed cā
naturaliter oꝑans que operatur ſcd̄m
ſimilitudinem dans ſpēm ſuā patiēdi
non poteſt eſſe cā contrariorum: cū nō
habeat in ſe contrarias ſpecies ſeu for
mas. ¶ Subtractis predictorum er/
roribus auctoritatibus et rationibus
quibus innitūtur: ponende ſunt aucto/
ritates et rōnes quibus ipſi cum ſuis
rōnibus directe deſtruunt: ex quibus
oſtenditur vnicū eſſe principiū a quo
ſunt omnia viſibilia & inuiſibilia. legit
math. iiij. ꝙ ab initio creature maſcu/
lum et feminam fecit eos dominus.
Item Luc. iij. vbi texitur genealogia
chriſti ibi dicit. Qui fuit ſeth. qui fuit
adam. qui fuit dei. ergo adā fuit a deo
et non a diabolo. Item ioh. j. omnia ꝑ
ipſum facta ſunt. ergo viſibilia et inui
ſibilia. et poſt. mundus ꝑ ipſum factus
eſt. et apl's ī epiſtola ad collo. j. in xp̄o
condita ſunt vniuerſa que ſunt ī celo
et in terra viſibilia & iuiſibilia. et apo.
x. dicit ioh. de angelo: ꝙ iurauit ꝑ vi/
uentem in ſecula ſeculoꝝ qui creauit

celum et ea que in eo sunt:et terram ꝛ ea que in ea sunt:ꝛ mare ꝛc. Nūc vero ponende sunt rōnes dictum errorem destruentes. Dicunt enim ipsi manichei lucem et tenebras ab eodem principio esse non posse: sed eadem ratiōe vox et silentium erunt a contrariis pricipiis.sicut enim se habet silentium ad vocē:sic tenebra ad lucem. Unde Augu. irridendo manicheo dicit. si est gēs tenebrarum pugnans contra dei lucem quare non est gens silentiorū pugnās contra vocē. Item si lux a bono deo est visus qui est melior luce: cum lux propter visuʒ sit et sine visu oculus sit inutilis erit a deo. quis igitur dubitat euʒ cui servit lumen candele prevalere lumini illi. et si visus et lux que maxie est visibilis sunt a deo:eadem ratione et auditus et audibile et gustus et gustabile tactus et tangibile olofatus et odorabile. ergo omnia corpora corruptibilia sunt a deo. Item cuʒ vivere melius sit q̄ fulgere: si nichil potest fulgere sine deo: multo minus nec vivere vt ait Augu.igitur omnia vitam habentia sunt a deo. Preterea impossibile est duo principia esse absolute. si enim aliquid est principium absolute ē primum. si autem est principium non habet prius neqʒ coevum. vnde diabolus omnibus dias sive dualitas nō est principium. monas autem sive vnitas erit totius diadis.i. dualitatis principium. Item non minus pertinet ad deum bonitas q̄ potentia vel sapiētia ergo sicut ridiculum esset ponere aliquem deum sine potentia vel sapiētia sic ridiculum est ponere sine bonitate. Dyo.neqʒ diuinū maluʒ est:neqʒ malū diuinum. Item corruptibile et incorruptibile conveniunt ad vnum perficiendum vt corpus et anima ad vnum perficiendum.s.hominem.et est naturalis amor vnius ad alterum quod indicat separatio vnius ab altero que cū dolore fit.ex quo manifestuʒ est ea nō esse ex contrariis principiis. Item.i. ad corinth.vij.dicit apls. nescitis quia membra vestra templum sunt spiritus sancti qui in vobis est.sed constat q̄ si princeps tenebraruʒ fecisset corpus humanum spiritussanctus non habitaret in eo:nunquid nō habʒ spiritussanctꝰ aliud habitaculum. que ergo societas lucis ad tenebras dicit apls.ij. ad corinth.vj.quasi dicens nulla.ꝛ sic patet veritas predictorum. Attendēs igitur autor q̄ tempore suo multi a vi morum necnon a tramite veritatis multipliciter deviabant: volens omnibus et singulis taliter errantibus optima adhibere remedia non solum prosaice vt supra habitum est: verum etiam et metrice infrascripta prebet rudimēta. vnde secundum q̄ principaliter succurere intendit quatuor principalibus erroribus ſm hoc quatuor principaliter intendit in suo opusculo:licʒ incidēter plura alia faciat. Primo nanqʒ succurrere intendit illorum errori qui negant deum esse: nec rationem demonstrari posse nisi per viam fidei et revelationis:cum in primo metro dicit. Si deus est animꝰ ꝛc.quasi velit innuere autor q̄ deus proculdubio est secundum quod satis supra in prima q̄one probatum et deductum est.hoc etiam hic probat autor in principio primi metri cuʒ dicit. Si deus est ꝛc. idest quia deus est. poni enim debet si pro quia cōiunctione causativa et certitudinali et non cōditionali.vt sit sensus. si deꝰ est.i.quia veram existentiam habet.nā deus dicitur habere verum esse a quo omnis res habet esse.vt Boe.in li.de trinita.comprobare videtur dicens.sola diuina essentia est eo q̄ est: cetera vero nō sunt id quod sunt. quia vere non sunt.i. non habent verum esse.q.d.nichil est q̄ habeat verum esse p̄ter deum. Unde philosophus quidam ait si deus non est vnde bonum:immo si deus non est quomodo aliquid est.nā priori nō posito quod posteriorum est cā et ratio posteriꝰ nunq̄ erit i mūdo

et ideo pricipium primum omniū creatorem esse est necesse. sicut habetur ex libro methaphisice. vnde ad esse sequitur viuere sentire et intelligere. si ergo esse tollatur: nec viuere nec sentire nec intelligere in rebus est inuenire. ¶ Itē secundum philosophum mundus est quoddam perfectum in nullo penitus diminutum quod est ab eterno productum cuius est q̄tum creature est possibile expressiuum. ergo si in mūdo vt patet ad sensum est ponere aliquod bonum et etiam aliquod magis bonū erit: et in ipso est ponere summū bonū nunquid ab eo contentum: sed continens ipsum mundū tanq̄ bonum simpliciter infinitum rerum omnium pricipium productiuum: pro tanto subdit immediate. deus est animus. Et hec ē vna ex causis quare deus solus est colendus. quia hoc facit deus in maiori mundo q̄ animus in minori mundo. i. in homine. quia excellentiam tenet et ipsum gubernat et regit: ita deus maiori mūdo se habet secundum qd̄ imediate expressum est aliqualiter. ¶ Sed nota differentiam inter animū et aiam quia anima est ipsa substantia qua viuimus. animus est superior pars aime sicut caput superior pars corporis.

¶ Sed sunt quidam qui sequētes ptē anime inferiorem delectantur inferius in hoc mundo. Quidam vero sunt q sequentes animi partem superiorem delectantur in domino et celestibus. cum enim motus sursum et motus deorsum sint contrarii. et impossibile sit aliquid simul duobus motibus contrariis moueri. impossibile est etiā in mūdo isto et domino delectari. pondus meum amor meus dicit Augu. eo fero quocūq; feror non potest mercator simul et semel delectari in precio et in appreciato. i. simul habere obolum et habere ouum pro quo oportet dare obolū vel denarium. Et preterea dicebat Jaco. iiii. Qui voluerit esse amicus huius mūdi inimicus dei constituetur. ¶ Item succurrit autor errori illorum superstitiosorum et ydolatrarum qui circa diuinum cultum errabant honorem soli deo debitum diuersis creaturis attribuentes: ostendens q̄ soli deo est summa reuerentia exhibenda secundū qd̄ supra in questione secunda plenius est pretactum. Et hoc facit in secundo metro dūm dicit. Hic tibi precipue sit pura mēte colendus. quasi velit innuere q̄ hic solus deus est colendus. et pro tanto dicit hic. s. et non alius. nam hic solus deus habet preeminentiam in excedendo seu in existendo Baruth. iii. hic est deus noster et non exterminabitur alius ad eū. ratio quia habet sapientiā in docendo. hic adinuenit oēm viam discipline. habet etiam potestatem in regendo. vt in ps. Hic est dn̄s deus noster et ipse reget nos i secula. hic. s. deus. est tibi. i. a te. precipue. i. summe vel prompte hoc est mente promptissima. debet enim quis ad diuinum cultum se tradere: et ad ea que ptinēt ad dei famulatum et deuotionem. Et hoc est quod exodi. xxxv. scribitur. q̄ multitudo filiorum israhel mente prōptissima atq; deuota primitias domino offerebat. et hoc maxime deb; fieri mēte pura. vnde in metro concluditur. pura mente colendus. hoc est dicere quia mens intenta diuino cultui coniungitur deo: et ex tali coniunctione fit pura: et ad talem coniunctionem summa requirit puritas. dicit ergo si deus rē ¶ Nota q̄ hoc metrū multipliciter exponi pōt s̄m multiplicē intellectū in de insurgentem vt primo sic exponat̄ si animus noster est deus. i. diuinus. i. a deo originem habens. vt carmina dicunt. dicitur enim in quibusdam gentilium libris q̄ corpus seu substantiam corpulentam traximus ab elementis. animam vero a deo. quasi velit dicere q̄ deus non fuerit creator corporum: s; solum animarū: cum tamen hoc falsissimum sit dicere vel etiam opinari. ¶ Hanc enim opinionem repellit

Petrus apostolorum princeps in sim bolo apostolorum dicēs. Credo i deū patrem omnipotentem creatorem celi et terre visibilium omnium et inuisi-biliū. hec opinio latius tangitur supra super principio partis antedicte in ter cia questione. Sequitur in secūdo me tro hic.i. animus sit colendus tibi pu ra mente. et hic precipue.i. maxime.i. magis q̄ corpus.colere autem animū est viciorum sordibus abiectis virtu-tibus quasi quibusdam floribus ipsuz exornare et hoc dictum est. Uel scd̄o vt dicatur. si deus est vt animus.i.vt ratio nostra dictat nobis:⁊ vt carmīa dicunt hic sit tibi colendus pura mēte ¶ Uel tercio vt dicatur. si deus est co lendus pura mente vt carmina dicunt hic.i.vis colendi deum sit tibi animus i.intentio tua.precipue.i.poti9 q̄ aliis rebus. ¶ Uel quarto dixi supra in pri cipio prosaicali precepto. supplica deo et non diis. ¶ Ad quod posset aliquis obicere.est ne tantum vnus deus co-lendus? ¶ Respondet etiam si tantuz vnus deus est non plures dii.hic vn9 deus est pura mente colendus. ¶ Et quare dicit tibi precipue? Certe quia est primum et precipuuz et sempiternū quod cōfirmat autor dicens.vt anim9 idest intentio nostra. et carmina idest auctoritates sanctorum patrum. dicūt idest testant̄ et asserunt. ¶ Uel quinto vt dicat̄.si deus ⁊c̄.i.si animus est de9 vt carmina dicunt ⁊c̄. antiqui ignora-bant vnum deum esse:et animum suū sapientia preditum intelligentes eum pro deo colebant. ¶ Hec opinio licet er ronea latius tangitur supra in prima questione huius primi principii me-trici prelibati.vn̄ ex hoc talis solz dari versus. Nullum numen abest si sit sa pientia tecum.i.in aīo tuo. ¶ Uel sexto vt dicatur ꝙ ponatur hic pro coniun-ctione copulatiua et causatiua necnon ⁊ certitudinali et non conditionali vt satis de hac expositione superius ē ex pressum. ¶ Uel septimo vt exponatur si pro quia.quia carmina.i.versus poe tarum.dicunt.i.testantur. ꝙ animus ē deus nobis hic.i.animus sit colendus tibi.i.a te.pura mente.i.deuoto animo et puro corde.precipue.i. super omnia quia super omnia deus. ¶ Autor hic prestat formam et modum colēdi deū quia pura mente est colēdus. Iste mo dus exprimitur exo.xx.vbi dicitur. nō habebis deos alienos coram me .non facies tibi sculptile neqz omnem simi litudinem que est in celo desuper: et que in terra deorsum:neqz eorum que sunt in aquis sub terra non adorabis ea neqz coles. Istud primum decalogi preceptum tres habet clausulas. ¶ Pri ma est. non habebis deos alienos co ram me. vbi prohibemur adorare cre aturam spiritualem scilicet angelos.

❡ Constantie turrim ꝑponens ascen/dere et veritatis iudicio redimiri. At/tendat humane mutabilitatis fallatias que frequentius in falsitatis inducunt labrintū. cum em̄ secundū sapienteꝫ vanitati cūcta subiaceant. Et iuxta pro phetam. Uani filij hominū et menda ces qui in eoꝝ pollicitatōnibus confi/dunt afferentes inania et ꝑmissa du/bia pro cōstantibus affirmantes more illoꝝ qui anguillam lubricosam cauda stringunt non sine nota infamie a pro/missis ac pollicitis pariter excludunt̄.

❡ Tredecimum preceptū pri me partis metrice.

Rem tibi ꝑmissam cer tam promittere noli Raro fides ideo qꝛ multi multa loquūt̄

❡ Uisis supra in parte ꝑsayca pre cepto. xxix. Maledicus ne esto. vicijs lingue que sunt. xxiiij. in generali. Nunc vero in p̄senti precepto metrico

autor tractare intendit de decimo ipsius lingue vicio videlicet de indiscreta promissione in speciali. ¶ Est autem indiscreta pmissio quando aliquis alicui certitudinaliter adimplere permittit. quod sibi ab alio promissum est et forte iste qui sic pmisit nolit vel non poterit adimplere pmissa. et sic talis reputabitur infidelis deceptor et mendax cum promissa adimplere non possit.
Attendens igitur autor qd cultore dei no decet tales indiscretas et fatuas promissiones alicui pmittere vel facere. quia ex hoc infamiam mendacij posset de facili incurrere. pcanto prebet hoc preceptu sub modo negatiuo penitus obseruandu dicens. Rem tibi pmissam rc. quasi velit innuere. cum aliquis pmittit tibi aliqua rem noli pmittere ipsam certam alicui nisi prius habeas in tua potestate. ratio quia ille qui promittit eam tibi potest te fallere. et ideo noli eam certam promittere ne ex hoc mendax videaris. sed eam potius sub conditione pmittas. ¶ Pro primi metri intelligentia ac etiam obseruantia est breuiter sciendum qp autor qui composuit summa de vicijs et virtutibus in noue lingue vicio inducit vnumquenqz ab hoc vicio videlicet indiscrete
B te pmissionis abstinere. et hoc maxime ppter tria mala que inde sequuntur.
¶ Primu est ppter remorsum conscientie. puer. xij. Est qui pmittit et quasi gladio pungitur cosciencie. hoc fit qua do pmissum non soluit. Secundu est quia inimicicia incurrit eius cui promisit cum non soluit ecc. xx. Qui pre confusione pmittit amico et non soluit. lucratus est eum inimicum gratis.
¶ Tercium est quia tenetur soluere qd pmisit ecc. viij. Ne spondeas supra virtutem tuam. qd si sposponderis quasi restituens cogita. et alibi. prius qm promittas deliberes. post qm pmiseris facias. Et ecc. v. Melius est non vouere qm post votum pmissa non reddere.
¶ Iuxta hoc nota secundum canones qp votu frangitur ppter octo. ¶ Primo ppter maiorem religione. xix. q. ij. due Secundo ppter supeminentem digni tatem. xviij. q. j statum. Tercio ppter voti malicia. xxij. q. iiij. in malis. Quarto ppter patris potestate. xx. q. ij. puella. Quinto ppter mutuu vinculum xxxiij. q. v. qd deo. Sexto ppter mariti obsequiu. vt. xxxiij. q. v. manifestu. et. c. noluit. Septimo ppter prelati reuerentiam de conse. di. v. non oportet. Octauo ppter iuris diuini subtractionem. liiij. di. ex antiquis. ¶ Pro speciali declaratioe huius primi metri potest formari questio qua format beatus thomas scda secude. q. cx. de illo qui aliquid pmisit et postea non fecit. determinado tenet. quia si ille qui aliquid pmittit habeat animum faciendi quod pmittit non mentitur. quia non loquitur cotra illud qd gerit in mente Si vero non faciat qd pmisit. tunc videtur infideliter agere p hoc qp animu mutat. potest tame excusari de duobz Unomodo si pmisit illud qd est manifeste illicitum. quia pmittendo peccauit. mutando aute ppositum benefacit hoc manifeste tenet aug9. in canone. in malis pmissis. xxij. q. iiij. Aliomodo si mutate sunt conditones personaru et negotiorum vt etia seneca in libro de beneficijs dicit. Ad hoc qp homo teneatur facere quod pmisit requiritur qp omnia immutata pmaneant. vnde et apostolus non est mentitus non implens quod pmisit cum non iuit corinthum. scda ad corinth. primo capto. et hoc ppter impedimeta que superuenerunt. ¶ Et nota secundu bern. qp ex nudo pacto sine promissione oritur actio. licet scdm leges sit contra et qd mortaliter peccat recedens a pacto. vt legitur et notat in decre. j. de pactis extra. In alternatiuis etiam pmissionibus et debitis electio est debitoris. et sufficit alteru adimplere. vt instit. de act. §. preterea. in regula iuris. In alternatiuis de regulis iuris libro sexto.

C

¶ Pro secūdi metri intelligentia et declaratiōe est etiam sciendū φ loquacitas hominem reddit viciosum. alias odiosum. taciturnitas vero amabilem Unde quidā philosophus interrogatus a quodam quomō hominibus placere posset. Respōdit si gesseris optima et locutus fueris pauca. Unde ecclesiastici. ix. terribilis in ciuitate sua homo linguosus et temerari9 in verbo suo qui odibilis est. immo qd deterius est tale viciū loquacitatis hominem reddit incredibilem. Unde. Rara fides ideo. scilicet puenit ex eo qz multi multa idest mendacia loquuntur. quasi velit autor innuere. φ ideo paucis credit. qz illud φ pmittunt. adimplere non pnt aut nolūt. quia fallaces sunt. et fallaces taliter faciūt vt verbis etiā bonoꝝ non credat. ¶ Pro spāli intelligētia huius secūdi metri est de de tali qōne querendū vel inuestiganō vicz vtrū multiloquiū sit veniale peccatum tantū an etiā mortale. Et primo videt φ sit veniale. Cum em̄ loquitur aug9. loquit de minutis pccis. xxv. di. in. §. criminis. inter cetera ponit illud. quotiens loquit quis plus φ oportet. sed hoc est in multiloquio. igit multiloquiū est veniale pccm. ¶ Item dicit ysido. qui ociosa verba nō reprimit citto ad noxia trāsit. et dum parua nō cauemus nonnunφ in vanis pbabimur Sed in multiloquio ociosa verba nō reprimunt. sed ociosa verba nō reprimere est parua nō cauere. hoc autē est veniale pccm. ergo multiloquiū est veniale peccatū. Item eccl. xix. Qui spernit modica paulatim decidet intelligere verbū ociosum risum et hmōi. ergo multiloquiū ad modica ptinet. igitur

D

est veniale pccm. ¶ Qd autē sit mortale peccatū videt p hoc qd dicit sup illud ps. Uir linguosus rc. vbi dic glosa quē delectat exire foras timio9 est. et qz foris est mittet in tenebras exteriores. sed pena tenebrarū exterioꝝ debetur pcco mortali. igit linguositas est pccm mortale. sed hoc idē est φ multiloquiū. ergo multiloquiū est peccatū mortale. ¶ Itē iob. xj. scribit nunquid vir verboso9 iustificabit. quasi dicat φ non. igit iustificatō et verbositas opponūtur. sed iustificatō non opponit nisi mortali pcco. ergo verbositas est mortale peccatū. Item sup illud Jaco. iij. Lingua vestra ignis est. lingua incōtinens magnā materiā bonoꝝ operum pire facit. sed non facit pire materiā bonorum opeꝝ nisi mortale peccatū. ergo incōtinentia lingue est mortale pccm. sed hoc est multiloquiū principaliter. ergo multiloquiū siue linguositas est mortale pccm. ¶ Item dicit greg9. qui linguā non refrenat concordiā dissipat sed dissipatio cōcordie non fit nisi per actū mortalis pcci. ergo verbositas in qua nō fit refrenatio lingue est mortale peccatū. ¶ Solutio. dicēdum est φ aliud est pprie multiloquiū aliud verbositas siue linguositas. nā verbositas siue linguositas sonat in contemptum puenientē ex consuetudine supflue et inordinate locutiōis. multiloquiū vero nō determinat tantū quantū linguositas. sed stat in genere. ideo licet multiloquiū sit aliquādo veniale peccatū. nihilomin9 tamē linguositas vel verbositas pōt esse mortale peccatū. vnde se habent sicut excedētia et excessa. et p hoc possunt solui que sunt obiecta. Nam prime ratiōes loquunt pprie de multiloquio put est circa linguositatē vel verbositatem. Ratiōnes vero alie que dicte sunt in cōtrarium loquūtur de verbositate vl' linguositate. Rationes vero tercie loquūtur de circūstantia aggrauāte. non igit immerito dicit autor. Rara fides ideo qz multi multa loquuntur.

Decimūquartū prece-ptū prime partis metrice.

Cum te aliquis laudat iudex tuus esse memēto. Plus alijs de te q̄ʒ tu tibi credere noli.

Postq̄ autor in precedenti pre cepto tractauit de. x. lingue vicio vicʒ de indiscreta pmissione nobis a tali vicio precauendo. Nunc vero in presenti precepto subsequenter intendit tractare de vndecimo lingue vicio scʒ de adulatione. Et dicitur adulatio peruersa laudatio cum sermone vanē laudis alicui exhibito intentione placendi. vnde hec duo nomina. s. adulatio et laudatio ex eisdem consistunt lʒ aliter ordinentur. Pro cuius tamē precepti intelligentia et obseruātia est sciendum q virtuosi s'm ph'm laudes non appetunt. ratio est quia contentātur de interiori gaudio quod oritur ex conscientia virtutum. vnde non curāt vt elucidantur imo minus clara est aliquando virtus cum publicatur. Cuius signum est quia boni cum laudati fuerint non contentantur virtutibus quas habent sed maiores et occultas nituntur habere et hoc tenet atqʒ probatū est. veri nanqʒ virtuosi non reputant ppriās possidere v'tutes quas sciūt in notitiam vulgi fore. vn̄ non valent perfecte gaudere nisi occulte alias v'tutes acquirant et merita. hec igitur potest esse causa quare virtus laudata crescit potest etiaʒ esse alia causa quia virtuosus considerat q si a virtute laudata desisteret scandalosior esset et maiori confusione dignus q̄ si nunq̄ eaʒ habuisset vel si laudata nō fuisset. Mali vero cum laudantur peiores fiunt. pso he autem sophistice virtutis cum laudantur se estimant satisfecisse et alios excessisse. ideo vituperabiliter a virtutis honestate desistunt quos superbia deijcit quando de virtutis laude superbiunt. virtus autē et superbia nō stāt simul sicut nec cū toxico tyriacha vel cum luce caligo. Mulier autem vult laudari. ratio quia mulier animal imperfectum est et defectuosum respectu viri volens imperfectionem suaʒ latere viros ne villipendatur ab eis vult specialiter laudari ab eis vt sciat vel saltē sibi videatur q ab omnibus studiosa bona: pulcra: vtilis: et in omnibus sufficiens reputetur. et hoc ipsa credit qn̄ laudat' a viris quia laus est sermo elucidans virtutem vt patet per aristotelem in rethoricis. Ex hoc conclusione habetur q appetentes laudē sunt parui valoris. Attendens igitur autor q hoc vicium multum habet deicultorem a dei timore retrahere necnō per hoc seipsuʒ in corde suo seu ex laudibus adulatorum plerūqʒ habet extollere ac ex hoc in aliqua mala prorumpere. docet quemlibet ex presenti precepto a laudibus adulatorum p'cauere dicens. Cum te aliquis laudat rē quasi velit autor innuere quia cum aliquis glorificat et laudibus te extollit. Memento esse tuus iudex. id est redi ad conscientiam tuam et in teipso considera si talis es qualis diceris. vn̄ augusti. Lingue adulantium ligant animas in peccatis animā dico illius qui laudatur. Sepe. n. homo propter laudes nimiuʒ se extollit ꝛ animam etiā laudantis quoniam facit illum peccare et peccat in seipso cum mentitur id nullomodo falsis adulationibus ē credenduʒ. vnde fabulose de corno legit' q rostro caseum portans deceptus fuit per vulpis blanditiam in falsa credulitate albedinis ipsaqʒ vulpis sibi cōmoduʒ casei fraudulentia sua quesiuit. Sic verisimiliter dici potest q quilibet et maxime dominus credens vulpinis deceptionibus adulantium vere sit cornus ipsiqʒ adulatores sunt

vulpes sed si talis sit ut ipsos abhor/reat et eius subditos debita equitate pertractet erit naturalis prudentie princeps et digne in ipso recipi pote/rit illud verbum tullij in officijs dicentis. Sed hijs qui habent adiuuamēta rerum agendarum adipiscendi magi/stratus et gerenda respublica est qua si contra ipsos adulatores et regnan/tium peruersores et hostes. ¶ No

ad ta q̄ quadruplex adulatio in sacris reperitur canonibus. Prima cum quis attribuit alicui aliquod bonum quod non habet. Secunda cum quis extol lat nimiū bonū quod habz et vtrūqz istorum est veniale. Tertia cū approbat malum qd̄ habet et istud est mortale. xxvj. di. clericus. et talis a promotione repellitur. xj. q. j. nemo. hec ꝓbā tur in. §. alias. in glo. adulari. xxv. di. Quarta quādo ex certa sciencia mentitur quis causa placendi ꝛ tunc dicitur peccare. xxij. q. ij. primum ¶ De hac materia quo ad dominos regentes la

di tius habetur supra in secunda prohe/miali parte. §. ix. qui incipit. Dixi sexto q̄ mulcēs blādicia ꝛc̄. Quo eē ad aulicos satis plene de materia tractatur ibidem. §. xvij. qui incipit dixi secūdo q̄ seducens adulatio. et ibi ponuntur oportuna remedia. De hac etiam materia quo ad omnes indifferenter vide supra in tertio autoris precepto metri

tio co. Uirtutem primam ꝛc. in primo me

B tro. et ibi etiam dantur remedia vtilia ¶ Sequitur in secundo metro Plus alijs de te ꝛc. ¶ Pro intelligentia huius secundi metri et obser/uantia est sciendum breuiter et notandum q̄ adulatoribus blandientibus quadruplici de causa credere non de/bemus sed tales potius vitandi sunt et cauēdi. Et primo quia sunt sicut aucupes animas capientes. ꝓuer. xxviij Qui fictis blandisqz sermonibus loquit̄ amico suo retheqz expandit gressibus suis. Sed debemus esse oculati vt tales fallacias perpendamus. ꝓuer. j. c. Frustra iacitur rethe ante oculos pennatorum. vnde quidam ph̄us cuidam sibi adulanti ait. Desine adulari nihil proficis cum te intelligam Secundo quia sunt sicut syrene dulces animas in peccatis dormire facientes. ysa. xiij. Syrene in delubrijs voluptatis ꝛc̄. Syrene sunt pisces marini speciem mulieris habentes ab vmbilico ꝛ s̄ q̄ ita dulciter cātant q̄ nautas obdormire faciunt et sic naufragiū paciuntur sed naute sapientes aures claudunt et sic euadunt. Moraliter syrene iste adulatores sunt qui vane gloriosos in peccatis dormire fa/ciunt. ysa. j. Popule meus qui beatum te dicunt ipsi te decipiunt. Tales de/bent sibi claudere aures spinis scz duris reprehensionibus. ecc̄. xviij. Sepi aures tuas spinis et noli audire lin/guam nequaz. Unde hieronym9 nos ad patriam festinantes mortiferos syrenarum cantus surda debemus aure transire. Tertio quia sunt sicut scor/piones et apes. scorpio enim facie blā ditur sed cauda repercutit atqz pun/git. Apis etiam mel gerit in ore s̄z pū git a posteriori parte. Sic adulatores in facie laudant et in absentia vitupe rant ideo tales repellendi sunt et cauē di. vnde seneca. Habet suum venenū locutio blanda. ¶ Quarto q̄ sunt sicut fricatores fricant enim sermoni/bus blandis quem non possunt vincere minis sicut ponit exemplum criso/stomus in thauro quem si non potest quis viribus subiugare fricat mani/bus ceruicem eius et sic ipsum appre/hendit. Sed non debet sapiens susti/nere vt quis verbis adulatorijs fricet eum. quia ꝓuer. xxvij. scribitur. Me/liora sunt vulnera diligentis q̄ frau/dulenta oscula blandientis. Transsum ptiue in canone. non omnis. v. q. v. et hoc est qd̄ in effectu autor vult ostē dere in hoc metro. Pl9 alijs de te ꝛc̄. Quasi velit innuere considera teipsum si est verum quod de te dicitur vel

falsum et tunc fm veritatez crede de teipso quid est nec alteri de te credas quod in veritate in te non est. virtus enim veritatis reprimere habet iactā tias et contemptibilitatem moderare: tamen semper declinandum est in mi nus fm phm propter onerosas super habundantias. homo enim intantum naturaliter afficitur ad proprium bo/ num q vult semper propria bona esse maiora q̄ sint. et ideo magne pruden tie est seipsum cognoscere et scire q propria bona extimat esse minora q̄ sunt. vnde iuuenalis. Nihil est quod credere de se possit cuz laudatur diis equa potestas. tales enim nos esse pu temus quales vt iure laudemur. Jo/ circo multi ignorauere vires suas et dum credunt tam magnos esse quan tuz audiunt attraxere super vacua bel la et discrimina per ventura. ¶ Et quia xarses dux medorum adulatori/ bus plus q̄ sibi credidit ideo nimia sui extimatione in furorem excitatus bellum grecis indixit et ex hoc a pau cis debellatus grecis vix euadere po/ tuit. Et hoc est quod gregorius conclu sioe vult dicere in illo canōe. inter ver ba laudantium. xj. q. iij. Dicit enim q inter verba laudantium et vituperan tium semper ad mentem recurrendū est et si in ea non inuenitur bonum qd de nobis dicitur magnam tristiciaz ge nerare debent. Et rursum si in ea non inuenitur malum quod de nobis ho/ mines loquuntur in magnam debe/ mus leticiam prosilere. Quid enim si nos homines laudant et cōsciencia no stra liberos nos esse demonstret: ha/ bemus paulum dicentem. ij. ad corinth j. Gloria nostra hec testimonium con scientie nostre. ¶ Pro premissorum intelligētia magis in speciali puto vti le de infra scriptis dubitabilibus que rendum vel inuestigandum fore et pri mo que sunt adulationis differentie. Secundo vtrum plus noceat sibi adu

lator q̄ aliis vel econuerso. Tertio vtrum adulatio sit peccatum mortale vel veniale. ¶ Quantuz ad primū quesitum dicenduz est q adulationis differentie quadrupliciter distinguunt Est enim adulatio que bonum nō ha bitum attribuit. Est adulatio que ha/ bitum extollit plus q̄ sit et vtrunqz istorum est veniale. Est adulatio que malum nutrit laudando et dicēdo ma lum bonum. De quibus dicitur in ps Quoniam laudatur peccator in desi/ deriis anime sue et iniquus benedici/ tur. Et istud est mortale et repellit a promotione et in canone. clericus. xlvj di. Hee differentie probantur in. §. als xxv. di. in glo. adulari. Unde grego/ rius. xviij. mor. parte. iiij. capitulo. ij. dicit. Sunt nonnulli qui dum malefi/ cia hominum laudibus efferunt augēt quod increpare debuerant. Habentur hec verba: xlvj. di. ¶ Quo ad se/ cundum quesitum breuiter dicendum est q adulator plus nocet sibi q̄ alte ri. sibi enim nocet vniuersaliter: alteri vero particulariter et casualiter. Di/ stinguendum est inter acquiescentem et adulatorem. Est enim acquiescens qui fouet adulatorem et procurat, vt fiat adulatio et talis plus peccat q̄ ipse adulator. Est alius qui tantum decipi tur credendo adulanti plus de se q̄ sibi et talis minus peccat. maius tamē damnum ex parte cognitionis conse/ quitur eo q adulatiōe excecatur in iu dicio sui. Ex parte vero affectiōis plus est damni in adulatore q̄ in acquie/ scente essentie sz nō accidentie. Item posset opponi de eo qd dicit gregorius Curari vulnus negligitur quod dignū laudis primo inuenitur. Ideo dicitur puer. j. Fili mi si te ablactauerint pec catores ne acquiescas eis sed curā vul neris negligere est maxime periculosū igitur rc. ¶ Huic contrario respon/ detur q peccatum consencientis quo ad quendam effectum grauius est ipsi

acquiescenti propter damnum q̄ sit peccatum adulatoris ipsi adulatori. Sicut enim dicit ambrosius. Grauissime peccat qui ignorat quia suum defectum non sentit ita qui negligit ex hoc enim q̄ negligit non querit remedium quo ad hoc dicitur grauius ipsi acquiescenti q̄ ipsi adulanti. Simpliciter tñ grauius est peccatum adulantis q̄ acquiescentis cum sit illius causa quantum est in se. ¶ Quo ad tertiū quesitum respondet beatus thomas qui eam format in.scda scde.q.cxv.dicens q̄ adulatio potest esse peccatum mortale temporaliter.vno modo ratione materie sicut dum laudat aliquis peccatum alicuius. hoc enim contrariatur dilectioni dei contra cuius iusticiā homo loquitur et dilectioni proximi quē in peccato fouet. vnde est peccatum mortale et repellit etiam a promotione vt in preallegatis canonibus.s.clericus. et capitulo sunt nonnulli. xlvj.di. Secundo ratione intentionis puta cū aliquis alicui adulatur vt fraudulēter ei noceat corpaliē vł spūalr et hoc etiā ē mortale peccatū. Tertio mō p actionem sicut cum laus adulatoris fit alteri causa peccandi scilicet preter adulatoris intentionem. Et tunc considerandum est vtrum actio sit data vel accepta vel qualis ruina sequatur ex hoc scilicet venialis vel mortalis et fm hoc iudicandū est. Si autē aliquis ex sola exploitate vel ad delectandū vel euitandū aliqd iuramentū vel ad osequēdum aliquid necessitatis alicui adulatus fuerit non est cōtra caritatem nec est peccatum mortale sed veniale.

¶ Decimūquintū preceptum prime ptis metrice.

Officium alterius multis narrare memento. Atq3 alijs cum tu benefeceris ipse sileto.

¶ Intellectualis huius primi metri explanatio atq3 continuatio quasi per omnia est idem cum explanatione et cōtinuatione precepti quinti prosayci viz Beneficij accepti memor esto.saluo q̄ ibi sit mentio solummodo de beneficij accepti recordatione continuata hic vero de beneficij accepti narratōe vulgata ita q̄ non expedit hic amplius replicare materiam. ¶ Attendēs igitur autor q̄ inter cetera que magis expediunt cultori dei est q̄ ostendat de perceptis beneficijs se gratum esse et talis gratitudo nō potest melius ostēdi q̄ per beneficiorum receptorū narrationem et propalationem pro tanto prebet hoc preceptu3 hic instruens fore penitus obseruandum du3 dicit officium alterius.Quasi velit innuere q̄ officium id est beneficium datum vel factum tibi ab aliquo memento illud narrare id est alijs manifestare ad hoc vt non videaris ingratus.Officij.id est beneficij accepti ergo ad euidentiam huius primi metri est sciendum q̄ autor qui composuit summam de vicijs et virtutibus sententialiter dicit q̄ inter cetera officia se beneficia percepta duo narrare debemus vt nos gratos esse ostendamus. ¶ Primo narrare debemus officia nobis a deo misericorditer condonata. vnde in ps. Uenite audite et narrabo quāta fecit dominus anime mee. Vnd gregorius. Dignū est semper gratias deo agere qr deus nunq̄ cessat benefacere. ¶ Ad hoc enim triplex vox creaturarum inducere nos debet. Que sūt accipe:redde:fuge. Prima est vox famulantis et seruientis. Terra dicit ego porto tibi fruges et arbores et alia vite necessaria. Similiter aqua et aer. ¶ Secunda est vox persuadentis et cōmonentis ad reddendum gratias deo qr terra dicit. Ego seruio tibi et propter

te sum creata. Celum sol et luna ad te
illuminandum.tu vero creatus es pro
pter creatorem.et ideo debes ei gra/
tias reddere et ipsum laudare. vnde
augustinus. Omnis creatura clamat
deus me fecit.Tertia vox est cōmina
tionis et terroris.terra enim dicit a me
absorberis cū dathan et abyron.Aqua
dicit in me submergeris cum delicio/
sis sicut tempore diluuij. Ignis dicit
in me cremaberis cum sodomitis.aer
dicit in me ventilaberis cum iudeis si
domino gratias p beneficijs suis nō
egeris. ¶ Secundo narrare debe/
mus officia nobis amicabiliter propi/
nata.vnde seneca secundo de benefi/
cijs.Qui grate beneficium accipit pri
mam pensionē soluit ꝙ grate ad nos
beneficia peruenerunt inducemus ef
fusis effectibus quod non tantum ipso
audiente sed vbiq3 protestemur.
¶ Sequitur in secundo metro.Atq3
alijs cum tu benefeceris ipse sileto.
Pro huius etiam secundi metri intelli
gentia et obseruantia est breuiter sciē
dum q hoc metrum sm litteralē sen
sum dupliciter potest intelligi. primo
respectu dantis beneficium ne postꝙ
beneficium seu aliquod alicui seruiciū
impenderis dicas tamen sui largitus
tali.quia tunc cadis in vicium arrogan
tie et recipiens non tibi gratificatur q2
iam recepisti mercedem scilicet arrogā
tiam iuxta illud sapientis. Laudet te
os alienum et non os tuum.Et seneca
ii.de bñficijs dicit.qui dedit beneficiū
taceat narret autem qui accepit.
Secundo respectu recipientis sic cum
tu beneficium ab aliquo receperis et
ipsum laudaueris manifeste ne dicas
illi te laudaui in platea quia seruiuisti
mihi.vel quia es homo tante autorita
tis et similia verba. ¶ Ad luculentio
rem intelligentiam predictorum est at
tendendum q autor ex hijs metris in
ducere intendit vnumquenq3 ad libe
ralitatis virtutem que quidem virtus
est beneficiorum erogatrix quam ean
dem pro affectu benignitatem dicim9
pro effectu beneficentiam. hec nāq3
virtus in tribuendo et retribuendo to
ta consistit.in retribuendo caue ne sis
durus.Caue etiam exprobrationē lex
enim beneficij talis esse dignoscitur vt
alter statim obliuiscatur dati.alter de
bet memor esse recepti.graues autem
exprobratores leues quos paulo post
ea sui muneris penitet gratiam omnē
corrumpunt.Quibus dicitur. o super
bia nihil mihi a te recipere libet quic
quid das corrūperis scilicet cum vitupe
rio.Caue etiam de ingrato facere que
relam meliorem facies ingratum ferē
do peiorem conquerendo. Ingrat9 ti
met ne ingratitudo sua sciatur s3 ex q
scitur ab omnibus non postea timet
esse ingratum quantum vult ingrat9
enim non facit mihi iniuriam sed sibi.
nam gratum beneficium semper dele
ctat ingratum semel non enim est ma
gni animi beneficium dare ait seneca p
dere et dare est magni animi virtus.
virtus etiam est male vsuro virtutis
prestare materiam. ¶ Hec est virt9
dare beneficia non vtiq3 reditura ma
lui nō recipere ꝙ nō dare. ¶ Quā
uis etiam ex officio liberalitatis omni
poscenti dare debeas tamen in benefi
cijs dandis habendus est delectus di/
gnitatis in quo spectandi sunt mores
eius cui donatur et animus qualis sit
erga nos et cohabitatio et vite sancti/
tas et ad nostras vtilitatis beneficia
ante collata etiam si non viuitur cum
perfectis sed simulatas virtutes ha/
bentibus. ¶ Item melius puto
apud bonos viros pauperes ꝙ apud
diuites collocari beneficium cum acci/
piendo se dedisse arbitrantur aut ali/
quid a se expectaturos suspicantur.
Uel moraliter potest exponi de illo
qui elemosinam facit q in abscondito
eam facere debet. Iuxta illud saluato
ris nostri sententiam Math.vj.Cum

E

autem facis elemosinam non tuba canere ante te sicut ypocrite faciunt te autem faciente elemosinam nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua vt sit elemosina in abscondito ⁊ pater tuus qui in abscondito reddet tibi. vnde augustinus. Occulta quod agis inquantum potes quod si ex toto non vales sit in animo tuo occultandi voluntas et hoc est quod directe intendit autor noster dum dicit. Atq; alijs cum tu benefeceris ipse sileto. Id est illud bonum quod facis in abscondito facere debes. non propter inanem gloriam sicut ypocrite faciunt. ¶ Ideo huiꝰ

D rei gratia est de duobus dubitabilibꝰ querendum vel investigandum et primo vtrum alijs benefacere tendat potius ad peccatum ypocrisis an ad peccatum inanis glorie et vtrum vnum nascatur ab alio an sint peccata disparata. Secundo vtrum propter timorem peccati inanis glorie elemosine in aperto fieri debeant vel non.

Quo ad primum quesitum videtur primo ꝙ ypocrisis sit eque capitale peccatum sicut inanis gloria. Cum enim sit triplex munꝰ scilicet a lingua a manu et a corde. penes autē munus a lingua sumitur inanis gloria. penes munus a manu avaricia. penes munus a corde ypocrisis. ypocrita autem vult placere. Sed inanis gloria et avaricia sunt duo capitalia vicia pari ratione tunc erit ypocrisis. que penes tertium sumitur. Item velle placere alij est appetibile ypocrisis velle gloriari in se ē appetibile inanis glorie s; hec sunt disparata ergo inanis gloria et ypocrisis sunt peccata dispata ideo ypocrisis non dicitur filia inanis glorie. Contra gregorius in fine super illud iob exortationem ducum vlulatum exercitium glosa de inani gloria nascitur inobediētia iactantia ypocrisis. Item super illud Job. viij. in ortu suo. glosa gregorij. ypocrita bn̄ agit ab omnibꝰ vult videri per omnia que agit occulta cogitatione laudes querit ex quo habetur ꝙ finis ypocrisis finis est inanis glorie. et ita sub inani gloria continetur. ¶ Solutio dicendū est ꝙ ypocrisis nascitur ex inani gloria et ꝙ ad finē illiꝰ ordinat̄. ¶ Ad obiecta autem in contrarium dicendum est ꝙ licet ypocrisis querat munus a corde tamē quia ypocrita nō potest habere hoc certum nisi exterius manifestetur ideo querit munus a lingua. Preterea ypocrita vult videri bonos in operibus suis vt laudetur ab hominibus ⁊ ideo finis suus ordinatur sub fine inanis glorie. Ad aliud vero dicendum est ꝙ velle placere non est disparatū respectu eius quod est gloriari in se ordinatur ad illud tanq̄ ad finem. Qui enim vult placere alijs propter se ex hoc inane gloriatur. vnde augustinus in libro confessionum. Cum laudatur homo propter bonū quod dedisti et et ille plus gaudet laudari q̄ ipsum bonum vnde laudatur ille te vituperante laudatur. ¶ Quo ad secundum quesitum videtur ꝙ elemosina fieri debeat in aperto iuxta christi sententiam. Math. v. sic luceat lux vestra coram hominibus vt opera vestra bona videant et glorificent patrē vestrum qui in celis est et sic videtur esse contra huius autoris preceptum dum dicit. Cum benefeceris ipse sileto. Huic obiectioni respondetur ꝙ bona possunt preponi propter gloriā dei vt laudetur sed non debent preponi propter humani laudis acquisitionē.

¶ Decimumsextum autoris preceptū prime partis metrice.

Multorum cum facta se
nex et dicta recenses
Fac tibi succurrant
iuuenis que feceris ipse

A Postquam autor supra in proxime precedenti precepto prebuit rudimenta ad gratitudinem spectantia que est vnus riuulorum .i. species primi paradisi fontis scilicet iusticie. Nunc vero in presenti precepto subsequenter prebet rudimenta innocentia ad vnum riuulum secundi paradisi fontis .s. prudentie. et hic riuulus .i. species memoria nuncupatur per quam intellectus repetit ea que fuerunt et est velut quoddam reseruatorium in quo vtiles vitas fuatur quam ratio inuestigando cepit. Cui obliuio contrariatur: que quidam obliuio est quidam saccus pertusus non retinens quod in eo mittitur. Uerum quia scriptum est memoria iusti cum laudibus nomen autem impiorum putrescit. prouer. x. Idcirco sicut ad laudem et venerandum antiquorum virtuosorum memoriam excellentium principum romanorum antiqua et gloriosa memoria censetur que temporibus eorundem iusticie ac morum virtutum solium inclite tenuerunt et magnam et felicem rempublicam reddiderunt ex mirandis quibus informatis virtutibus eorundem vt de principali nominato Catbone scribit salustius dicens. Integritatis vite Catbo magnus habebatur et eius studium se maxime seueritatis potius ostenderet quam videri bonus. malebat itaque quo nimis petebat gloriam magis illam assequebatur. Similiter de Scipione et de troyano et Justiniano imperatoribus et eorum virtutibus enarrari posset. Sic premissorum et aliorum exemplo laborare debet iuuenis vnusquisque vt dum est in iuuentute constitutus quod in senectute sua habeat aliqua egregia facta que alii de ipso referant et enarrent vel quod ipse idem possit de seipso aliis egregia facta veraciter recitare. Attendens igitur autor quod dei cultorem decet non solum per exempla aliorum virtuosa veruetiam propria ab eo virtuose facta alios et maxime iuuenes ad similia prouocare. cum plus ad bene agendum moueant exempla propria virtutum iuuenibus recitata quam aliorum exempla. vt ait seneca epistola septima. pro tanto autor hoc suum preceptum prebet ab omnibus et maxime a iuuenibus obseruandum fore dum dicit. Multorum cum facta senex etc. quasi velit innuere. sumas tu iuuenis exemplum ab ipsis virtuosis senibus sua egregia facta narrantibus vt cum ipsis virtuosus efficiaris. Ut cum senex recenses facta. id est aliorum operationes Dicta. id est narrationes. Fac id est labora. Ut que feceris succurrant tibi. id est subueniant iam te in senectute constituto. Quasi diceret fac quod lauderis propter aliquod egregium in tua iuuentute factum quia prout ait tullius transacta adolescentia odiosam facit senectutem cui bene conuenit quod legitur et notatur in decre. cum in iuuentute. de presumpt. Et in decre. ex studiis suis cognoscitur puer. eodem ti.

B Pro primi metri intelligentia et obseruantia est breuiter sciendum quod in senibus debent esse tria que obseruata commendatione et narratione sunt digna videlicet. Usualis virtutum rectitudo. Uirtualis morum perfectio. Et mortis commendabilis claritudo. Quo ad primum tullius de senectute capitulo. viii. dicit quod arma senectutis sunt artes exercitationesque virtutum. sequitur nihil est iocundius senectute stipata studiis virtutis. vnde senes plus agunt consilio et autoritate et sententia illis que laborant sicut explicat tullius de multis philosophis et aliorum consiliis. Quo ad secundum ambrosius in exameron. libro primo dicit quod senectus in bonis moribus dulcior in consiliis vtilior ad constantiam sub/

eunde mortis paratio ad libidines re
primendos fortior. ¶ Jtē in eis de
bet esse veritatis alijs predicatio. Uñ
valerius libro.vj.capitulo.ij.narrat d
quodam qui respondit duas res que
amarissime videntur hominibus licen
tiam prebere sibi ad libere loquendū
sc3 senectus et orbitas. Ex quo.n.erat
senex ⁊ cito moriturus nec habebat p
lem pro qua sollicitus esset ideo libe/
re veritatem ferebat nec aliquem pro
pter hoc timebat. ¶ Quo ad ter/
tium studeat senex bene mori et in se
necta vberi et plenus dierū cum san
ctis patribus et vt sic moriatur bene
viuat in iuuentute et virtutes congre
get. Ad hoc sapiens eccl.xxv.nos hor
tatur dicens. Que in iuuentute non cō
gregasti quomodo inuenies in sene/
ctute tua. Deutro.xxxiij. scribitur. Si
cut dies iuuentutis tue et senect9 tua
debet etiam mori relinquens iuueni/
bus bonum exemplū. quod maxime
facit ad propositum.exemplo eleazari
senis preclarissimi. de quo scribitur.ij.
machabeorum.vj.vt enī ex textu pa
tet cum cogeretur facere contra leges
respondit se potius velle mori et in/
ter alias causas allegauit ut iuuenibus
exempum constantie preberet. vnde
ait nam et si in presenti tempore sup
plicijs hominum eripiar manum aūt
omnipotentis dei neq3 viu9 neq3 de
functus effugiam. ¶ Quamobrē
vitā fortiter excedendo senectute qui
dem dignus apparebo adolescentib9
autem exemplum forte relinquam si
prompto animo ac fortiter pro grauis
simis ac sanctissimis legibus honesta
morte perfungar. ¶ Non enī glo
riandū est seni de senectute etatis nisi
assit senectus sapientie et virtutis ait
seneca epistola.lxxxv. Non vt diu vi
uamus curandū sed vt bene satis est
longa vita si plena est virtutib9 ⁊ bo
nis moribus. Sed in tractatu de.xij.
abusionib9 di scdus grad9 abusionis
est senex sine religione. quid stolidius
fieri potest si mens ad perfectionem
festinare non contendat quando to/
tius habitus corporis senectute confe
ctus ad interitum properat. Caligant
oculi auris grauiter audit et sic d alijs
membris que omnia ruituram domū
corporis pronunciant et ponit exem/
plū. Sicut in lignis reproba arbor ap
paret que post flores fruct9 non exhi
bet. Sic reprobus et senex quem flos
iuuentutis deserit et tamen bonorum
operū fructus maturos proferre par
uipendit et post cauende sunt due par
ticule que in illius carne non vetere/
scunt et homines ad peccatum trahūt
scilicet cor et lingua. quia cor nouas co
gitationes machinari non desinit lin/
gua vero loquitur queq3 cor machi/
nari senserit. De triplici defectu senū
vide supra in secunda prohemiali pte
§.iij. qui incipit. Senij malignitas re/
medijq3 benignitas ⁊c. ¶ Pro se/
cundi metri etiam intelligentia et ob
seruantia est breuiter sciendum q iu/
uenes facta et dicta notabiliora anti/
quia virtuosorum studeant conati/
bus imitari et quanq ad quoscunq3
iuuenes hoc spectet maxime tamē spe
ctat ad filios liberorum et principum
quorum tales ad quos iure heredita
rio spectat paternum regimen luculen
tius inspicere debent qui et quales fu
erunt ipsorum progenitores et sepius
cogitare necnon ad memoriam redu/
cere sub quo regimine vel dominio tu
tius et melius regimen vel etiam ciui
tas regebatur et ſm hoc in virtutib9
probiores studeant imitari. ¶ Ad
hoc autē vt liberius virtuosi efficiā
tur iuuenes tria sunt eis precauenda.
Tria imponenda. Tria predicanda.
¶ Precauere igitur debent iuue/
nes Somnum torpentis ociositatis.

viscum inficientis societatis. Et estus presumentis timiditatis. Primum declarat natura genesis. viij. ¶ Sensus et cogitatio hominis siue humani cordis in malū proni sunt. vnde iuuenis volens in bono crescere et in virtute expedit ꝙ contra nature impetū se ipsum inflectat ⁊ ad opera virtuosa inclinetur. vnde sapiens eccl. xxx. docet de filio. Curua ceruicem eius in iuuētute et tunde latera eius dum infans ē Secundum innuit scriptura. Sicut .n. pueri faciliter inficiuntur ita faciliter inuiscantur familiaritatibus viciosis ⁊ maxime mulierum quarum blandicies fugere nequeant. prouer. vij. Considero vecordem iuuenem qui transit per plateam et ecce occurit illi mulier meretricio ornata ad capiēdas animas et apprehensum deosculatur et subdit quasi bos ductus ad victimam.

¶ Tertium probat ipsorum experientia quare autem iuuenes sint presumptuosi aristoteles. ij. rethori. duas rationes assignat. Prima nanqꝫ ratio est quia obiectum speciei est bonū arduū possibile vel futurum modo sic est ꝙ iuuenes parum habent de preterito et multum de futuro eadem ratione multum habent de possibili parum de re ideo ⁊c. ¶ Secunda causa est propter inexpertū esse quia nō dum passi sunt difficultates et in operibus resistentias ideo audaces sunt ad omnia temptanda ille vero qui repulsas sunt experti atqꝫ resistentias non de facili attemptant inexperta. Hec autē est causa quare iuuenes nō debent fieri bellorum duces nec consiliorū principales quia inexperti omnia dicunt valde ⁊ multum. vnde per sapientem non immerito dicitur eccl. x. Ue terre cuius rex puer est.

Secundo tria sunt iuuenibus imponenda scilicet. Promptitudo obedientie. Teneritudo conscientie. Et sollicitudo continentie. ¶ Quo ad primum sapientes dicunt ꝙ iuuentus sine obedientia abusio est quedam. Unū aristoteles dicit ꝙ amicicia inter senes et iuuenes vtrisqꝫ est necessaria. senibus vt eis a iuuenibus seruiatur. Juuenibus vt impeccabiles fiant et vt per seniores a peccati actionibus preseruentur. de tali obedientia recitat valerius libro secundo capitulo .j. ꝙ antiquitus iuuenes tantum honorem senibus exhibebant quasi omnes essent patres eorum. ¶ Quo ad secundum iuuenes discant peccata sua cum suis circumstantijs subtiliter discutere quia si fuerint conscientia larga in iuuentute pro constanti nimis ampliabūtur in senectute propterea sapiens eccl. vj dicebat. Fili a iuuentute tua excipe doctrinam et vsqꝫ ad canos inuenies sapientiam damna vtiqꝫ iuuentutis male expense. Plangebat salomon in eorum persona dicens. Cur detestatus sum disciplinā et increpationibus nō acquieuit cor meum nec audiui voces docentium me: nec magistris meis inclinaui aurem meam. vnde metrice dicitur. Damna fleo rerum sed plus fleo damna dierum. Quisqꝫ potest rebus succurrere nemo diebus. ¶ Quo ad tertium iuuenes continentes esse non possunt sine summa custodia et sollicitudine vite sue ⁊ hoc propter carnis impugnationes psalmista attestante qui ait. Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea. Ideo consequenter petit delicta iuuentutis et ignorantias meas ne memineris ⁊c. ¶ Tertio tria sunt etiam ipsis iuuenibus predicanda scilicet debilitas temporalis virtutis labilitas temporalis iuuentutis. Et deformitas hyemalis senectutis ¶ Qui igitur vt supra habitū est in iuuentute sua non congregat quid inueniet in senectute. eccl. xxv. capitulo et hoc est quod sine dubio directe in

tendit autor dum dicit. Fac tibi succur/
rant iuuenis que feceris ipse.

¶ Decimumseptimum auto ris preceptum prime par/ tis metrice.

A **N**E cures si quis ta
cito sermone lo/
quatur. Conscius
ipse sibi de se putat omnia
dici.

¶ Postꝗ̄ autor in precedenti pre
cepto prebuit rudimenta generaliter
omnibus et maxime iuuenibꝰ ad me
morie virtutem inducentia per quam
sepius rememorari debent antiquorū
egregiorum egregia facta et etiam no
tabiliora dicta. Nunc vero in presenti
precepto consequenter prebet rudimē
ta omnibus generaliter et precipue se
nibus suspitionis vicium remouentia
quod quidam vicium ex praua nasci/
tur consciencia ſm ꝙ autor in metro
secundo comprobare videtur dicens.
Conscius ipse sibi ꝛc. Consciꝰ semper
in mala parte accipitur. vnde orosius.
Nil conscire sibi nulla pallescere cul/
pa. Et phūs ille magnus socrates in/
quit. Carnalium mentes bona pensa/
re non valent nisi que carnaliter vi/
dent. Et ambrosius. Reus alicuius
nunꝗ̄ securus est. Attendēs igitur au
tor ꝙ suspitionis vicium aridum dei
cultorem maxime senez qui hoc vicio
dicitur pre ceteris laborare vt infra di
cetur a dei seruicio et cultu ipsum re/
trahere habet. Pro tanto hoc suum
preceptum huiusmodi vicium exclusi
uū ab omnibus ꝛ precipue senibꝰ ex
hibet obseruandum dicens. Ne cures
ꝛc. Quasi velit innuere. tu precipue se

nex. vilipendere debes verba detra/
hentium in occulto. dummodo habes
conscientiam tuam puram rectam et
bonam. et tunc de alicuius susurratio
ne vel oblocutione minime curare de
bes. nam qui habet conscientiam cor
ruptaz putat omnia que videntur clā
dici de se tantum referri cogitans ꝙ
cum ipse de aliis clam rōtinatur ipse
de omnibus male refert. Juxta illud
senece dictum. Criminibus rumoribꝰ
et suspitionibus minime sis credulus
plana enim conscius in nulla parte cō
sumitur. Si quis nanqꝫ quereret qua
re senes sunt magis suspiciosi ceteris?
Ad hoc responderi potest ꝙ multis
annis vixerūt et i multis peccauerunt
et propter hoc mensurant alios per se
et credunt alios tales quales ipsi fue
runt et sunt. De hoc vide supra in se/
cunda prohemiali parte. §. ij. qui inci/
pit. Et vt liquet ratio est ꝛc. ¶ Pro
primi metri intelligentia ac etiaꝫ ob/
seruantia est breuiter sciendum ꝙ su/
spitio quadrupliciter tā in diuinis scri
pturis ꝗ̄ etiam sacris canonibus repe
ritur. Prima est temeraria quando ap
paret coniectura boni et non mali et
talis fuit suspitio pharizei qui dicebat
intra se quando magdalena christi pe
des lauabat cum aqua suarum lachry
marum hic cū̄ si esseꝫ verus propheta
sciret vtiqꝫ que et qualis est mulier
que tangit eum quia peccatrix est. iu/
dicans christum iniustum quia se per
mittebat tangi a peccatrice muliere ut
habetur Luc. vij. ¶ Secunda su
spitio est violenta huic cōtraria quan
do apparet coniectura mali et nō bo
ni. s. quando omnia signa sunt mali et B
nulla boni et talis fuit suspitio salo/
monis quando adiudicauit puerū mu
lieri que cōpaciebaṫ morti eius nullū
enim signū in alia apparebat ꝙ esset
mr̄ pueri imo contraria quia petebat
puerum interfici contra naturalē ꝛ hu
manā pietatē nolens ꝙ puer viueret

in manu alterius dicens nec mihi nec tibi sed diuidatur vt patet.iij. regum iij.ca.et in.ca.afferte.extra de psumpt. ¶ Tertia suspitio est leuis in qua est coniectura parui mali et magni boni et talis videtur fuisse suspicio salomonis.iij regum.ij.c.cum adiudicauit fratrem suum adoniam interfici quia pecierat abysac in vxorem que fuerat seruitrix dauid patris eorum suspicatus enim fuit q aspiraret ad regnum.similiter quando vir clare fame loquetur semel in loco suspecto cuz muliere In talibus enim habet locum q dubia in meliorem partem sunt interpretanda. ¶ Quarta est suspitio probabilis huic contraria quando scilicet multa sunt signa mali et pauca aut exilia boni in hoc casu propter hanc suspitionez dicit christus. Math.vij Attendite a falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ouium intrinsecus autem sunt lupi rapaces. ¶ De hac quadruplici suspitione l.g'tur et notatur in decret.si quis de gradu. d par.ca. Et melius per Joh.in canone primo.et.c.semper.ij.q.j. ¶ Ex premissis igitur potest de tali questione queri vel etiam inuestigari. videlicet vtrum suspitio malum sit vel bonum Et videtur q sit bonum. Suspitio.n. est in genere opinionis z potest esse d malo q sit malū et de bono q sit bonum ergo suspitio potest esse bonum Cōtra videtur illud psalmiste. Amputa obprobriū meū qd suspicatus sum. dicit glosa. Maximum vicium humanitatis est suspitio.ergo suspitio ē malum. Huic obiectōi responderi potest q suspitio accipi potest cōmuniter p vt dicitur esse opinio vel de malo vel de bono.et sm hunc modum potest esse suspitio bonum in genere. Si vero approprietur ad opinionem malaz sm q opinio mala est de bono q sit malum vel econuerso. sm hoc igitur dicitur vicium humanitatis suspitio. et dicitur malum put supra illud ps. De necessitatibus erue me. Dicit ibi glosa infinite sunt necessitates.nescire cor alterius vt suspicari bonum de altero infideli et vocatur necessitas miseria pene. De multiplici suspitione vide supra in parte prosayca in.xvij.autoris precepto. Minime iudica. Post medium in fine ipsius precepti.

Pro secundi metri intelligentia et obseruantia est breuiter sciendum q nō est timenda infamia dūmodo assit bona ɔscia et clara. Unde seneca. Nemo plus estimat virtutem nemo illo magis est deuotus q̄ qui boni hominis famam amittit ne conscientiam amittat. Et bernardus de conscientia bona. conscientia damna non metuit. nō contumelias et mortem. ipsa magis erigitur q̄ deijcitur. ¶ Sed nota q ad bonam conscientiam conseruandam que prouenit a cordis mundicia inducere nos debent tria. Scriptura Natura.et Canonica iura. ¶ Primo ad bonam conscientiam conseruādam que a cordis mundicia procedit inducit nos scriptura et hoc propter tria maxime vtilia. ¶ Primo quia deo placet. I.ad thessa.iiij. Hec est voluntas dei sanctificatio nostra. Secundo quia ipsa cor hominis facit dei habitaculum. Augustinus. Munda tantum cubiculum cordis intus est qui exaudiat. Tertio quia amicum dei constituat. prouer.xxij. Qui diligit cordis mundiciam propter gratiam labiorum suorum habebit amicum regem. ¶ Secundo ad bonam conscientiam conseruandam que a cordis mundicia procedit inducere nos debz natura. Dicunt enim naturales q differentia talis in animalibus reperitur q quedaz animalia latas habent venas et quedam strictas. Animalia que habent venas latas cito interficiuntur veneno. quia latitudo cito prebet veneno transitum ad cor. ¶ Animalia

vero strictas venas habentia non interficiuntur veneno quia venarum artitudo transitum prohibet vsq; ad cor. ¶ Sic moraliter habentes largas conscientias et malas cito peccati veneno interficiuntur quia ex latitudine conscientie prebent peccato consensum. Sed habentes strictas conscientias et puras vix peccato mortali moriuntur quia artitudo conscientie refugit prebere consensum. ¶ Tertio ad bonam conscientiam conseruandam inducunt etiam canonica iura. vnde augustinus ad secundinum manicheum in canone.senti.ij.q.iij.dicit. Senti de augustino quicquid libet sola me in oculis domini conscientia non accusat

¶ De hac materia latius habetur infra in tertia parte metrica. iiij.precepto.Cum recte viuas.et ibi respondebitur obiectioni quā facit glosa in hoc canone senti. alias autem si conscientia que per cordis mundiciam conseruatur non retineatur stricta et munda certe tūc bene potest dici quod autor noster in hoc secundo metro asserit dicens.Conscius ipse sibi.Quasi velit dicere si conscientia remordet quid curare debemus de laude hominū cū sumus conscij malorum per nos perpetratorum.Et si non remordet quid habemus etiam curare de allocutionib9 quasi diceret nihil.et hoc est quod clare dicit gregorius in canone.inter verba laudantium.v.q.iij. Ibi sententialiter dicitur ꝙ in omni quod de nobis dicitur semper taciti recurrere debemus ad mentem tanꝙ̃ ad testem vel iudicem. Quid enim prodest inquit si omnes laudent et conscientia accuset Aut quid poterit obesse si omnes nobis derogent et sola conscientia defendat.et paulus.ij.corinth.j.Gloria nostra hoc est testimonium conscientie nostre. Ratio quia fama falli poterit:cōscientia nunꝙ̃.Et seneca epistola.ij.dicit bona conscientia turbam aduocat mala et in sollicitudine anxia est et sollicita.Si honesta sunt que facis omnes sciant. si turpia quid refert me nō scire cum tu scias. O te miserum iudico si obmittis hunc testem. De materia conscientie vide supra in secūda ꝑhemiali parte.§.xxliij. qui incipit Dixi nono ꝙ agonizat veritas. et cetera.

¶ Si quis autem quereret de ratione huius metri dicendū est ꝙ huic quesito triplex ratio assignari potest. Prima quia vnusquisq; faciliter credit de alio illud quod habet in se et quod ipse facit et quia multi in occulto alijs detrahunt.ideo faciliter credunt ꝙ tacite loquentes de malo suo loquantur.et hoc est qđ sapientie. vij. scribitur.Semper enim presumit seua et perturbata conscientia. ¶ Secunda ratio q2 quilibet scit ꝙ homines sunt proni ad detrahendum.ne dum in malefactis aliorum verum etiam in benefactis et sic potest verisimiliter credere ꝙ sint prompti ad detrahendum in malefactis ab eo. Ideo si homo est sibi male conscius et videt alios secrete loquētes faciliter credit ꝙ male loquātur de eo. Tertia ratio est q2 vn9 quisq; scit ꝙ malum debet rationabiliter reprehendi et puniri debitis tamē circumstancijs obseruatis per illos ad quos spectat de iure diuino vel hūano.et ideo quando aliquis est sibi male conscius dum videt alios mutuo secrete loquentes faciliter credit ꝙ loquantur đ malo quod cōmisit vt ipm reprehendant et corrigant.

¶ Pro istius secundi metri intelligentia magis in speciali potest de tali questione queri vel inuestigari videlicet D
vtrum conscientia erronea obliget ad faciendum aliquid vel dimittendum. Dicendum est ꝙ credens se teneri ad aliquid et non faciens incurrit contemptū et faciēs illud qđ putat pctm̄ peccat.vñ glo.sup illud ad ro.xiiij.Omne quod non est ex fide peccatum est di

est. Omne quod est contra conscientiā edificat ad gehennam. Transumptiue in decret. l̄ras. de resti. spo. Itē Luc. xi Si oculus tuus nequam fuerit totum corpus tuum tenebrosum erit. manēte igitur conscientia erronea homo perplexus est non tamen simpliciter. quia potest et debet deponere talem conscientiam vel per se vel per alterius consilium. In hac sententia concordat sanctꝰ thomas in prima parte. ij. q. xix articulo. v. et. vj. et sic patet veritas quesiti. ¶ Nota s̄m theologos et canonistas ꝙ domus conscientie debet tria habere videlicet solidum firmamentum. Decens ornamentum. Et frequens purgatorium. ¶ Fundamenta conscientie esse debent sup solidam doctrinam. Math. vij. Omnis qui audit verba hec et facit ea assimilatur viro sapienti qui edificauit domum suam supra petraȝ. vnde summe cauendum est ne ista domus sit erronee edificata nimis lata vel nimis stricta quia omne quod fit contra conscientiam edificat ad gehennam. de resti. spo. litteras. Et errant nimis aliqui sacerdotes ac etiam alij ꝙ̃ plures qui sibi faciunt conscientias aliquando nimis largas et aliquādo nimis strictas credētes solos ipsos in bono statu existere via ac etiam communi opinione dimissa et videte ꝙ̃ periculosa est conscientia erronea. ¶ Dicunt enim doctores ꝙ dictamen conscientie plus obligat ꝙ̃ prelati preceptum et omnis conscientia siue erronea sit siue recta ē obligatiua et veniens contra talem cō scientiam satis contra illud quod creditur a lege dei esse prohibitum que forte eum magis obligat vt est dictuȝ ꝙ̃ prelati preceptum. In hac domo multi ypocrite lectum parant sed quiescere in eo minime possunt. quia nō parant vt debent. ponūt enim quod durius est sub capite ⁊ quod mollius est sub pedibus talis enim lectus est male paratus. et ideo vt dictum est quiescere in eo minime valent. ¶ Moraliter in homine conscientia est caput sensualitas est sicut pes igitur qui in sensualitate delectationes ponit et peccatum in conscientia et murmur contra ipsum talis habet durum lectum ⁊ per consequens male in eo quiescere potest. De hac materia vide latius supra in questione sequenti. que incipit vtrum conscientia erronea. ¶ Secundo domus conscientie debet habere decens ornamentuȝ vt sit gloriose et artificialiter ymaginibus virtutum sanctorum virorum qui nos precesserunt pulcerrime depicta. Unde augustinus li. v. contra iulianum recitat ꝙ rex quidam cypri deformis spē cubiculum pulchris ymaginibus depingi fecit vt per eum aspectum vxor sua conciperet pulcram proleȝ. ¶ Moraliter rex ratio est lectus conscientia vel memoria sensualitas vxor et ideo si pulcram prolem virtutum volumꝰ concipere domum conscientie virtutum ymaginibus depingamus. et sic cum psalmista dicere poterimus. Domine domine dilexi decorem domus tue. Econtra accidit qđ de quadam regina alba contingit que vt fertur nigram prolem dicitur peperisse et hoc propter deformes et nigras ymagines quas in thalamo sepius inspiciebat depictas. Sic moraliter ⁊c.

¶ Tertio domus conscientie habere debet frequens expurgatorium per contritionis confessionis et satisfactionis scobam. Reuera non est ad aliud remedium fugiendum. vnde augustinꝰ super Ioh. Non fugit seipsam mala conscientia nō est quo eat sequitur se et non recedit a se peccatū. .n. qđ facis vitus est vis audire consiliūm. Si vis fugere a deo ad ipsum fuge peccata. s. confitendo non latendo confiteri debes non latere potes. Narrat ysidorus. xv. ethimologiarum ꝙ dedalus

fecit construi quandam domum que laborintus dicebatur cum viis tā variis et parietibus ita perplexis ꝙ vnus eam intrans absq₃ fili globo exire nō potuit ideoq₃ laborintus nominabatur quia labor non modicus erat intus videlicet ingrediendo. In hac igitur domo dedalus predictus quoddam intus reduxit monstrum quod quidam minotaurus nominabatur quod erat medius homo et medius bos ea intentione videlic₃ vt ibi eum in perpetuum pasceret et nunꝙ inde exiret.

¶ Moraliter quando inimicus humani generis scilicet dyabolus percipit ꝙ aliquis aliquod monstruosu₃.s. peccatum perpetrauit illius conscientiam facit qualis fuit domus dedali prelibati quia illud peccatum intus abscondit et sibi tot vias perplexas parat et parietes obsistentes: nunc de timore: nunc de pudore: nunc de negligencia: nunc de expectatione et confessionis dilatione. quod ibi illud monstrum.s. peccatum occultat adeo ꝙ vix confessor intrare possit nisi cū lini globo. Oportet eni₃ confessorē omnes interrogatiōes ad illud pctm̄ spectantes multipliciter reuoluere ac etiam reuelare anteꝙ velit se recognoscere illud tale monstrum cōmisisse nec etiam se ipsum prodere vel manifestare cū tn̄ peccator contrarium facere deberet q₃ omnia peccata manifesta et occulta pādere deberet et aperte suo confessori ostendere et denudare. et hoc pulcre in huius figura .j. regu₃ scribitur. Omnia quecunq₃ sunt in domo mea viderunt: nihil est quod non mōstrauerim eis.s. confessoribus. Reuera prudens quilibet cognoscere debet ꝙ qualem conscientie domu₃ edificauerit in hac vita talem inueniet in alia. Quidam autem edificant sibi domum de auro argento et lapidibus preciosis .j. ad corinth. iij. Fundamentum aliud vero nemo potest ponere preter illud quod positum est quod est iesus christus. ∫. q. j. cum paulus. Si quis autem super edificat super hoc fundamentum aurum et argentu₃ lapides preciosos ⁊c̄ Moraliter per hoc fundamētū fides intelligit̄ p aurū dilectio dei q̄ incorruptibilis est sicut aurū. fides em̄ ſm augustinum euacuatur ab eo qđ sibi succedit melius.s. aperta visio. Spes euacuatur quia sibi succedit melius scilic₃ eterna possessio. Caritas autē non euacuatur quia caritati nil melius sibi succedere potest ꝙ ipsa caritas que est deus. Per argentum intelligitur dilectio proximi sicut enim metallum preciosius est post aurum argentū sic mādatum maius post mandatum de dilectione dei est mandatum de dilectiōe proximi. Math. xxij. Diliges dominū deum tuum. hoc est maximum et primum mandatum. secundum autē simile est huic. dilige proximum tuu₃ sicut teipsum. ¶ Per lapides preciosos intelliguntur opera bona que esse debent lucida per rectam intentionē solida p perseuerantiā virtuosa per caritatem veram alias nullius virtutis essent .j. ad corinth. xiij. Si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum caritatem autem non habeo nihil mihi prodest. De hiis trib9 canticorum. v. ca. Eius aurum optimū crura eius columne marmoree que fundate sunt super bases argenteos ⁊c̄.

Quidam autem super hoc fundamentum superedificant lignum fenum et stipulam per que ſm augustinum intelliguntur tres differentie venialium quorum quidam sunt in vsu et consuetudine et hec per lignum designantur quia grauia et de facili cremabilia. Quedam sunt in quadam assuetudine et ista sunt leuiora et hec per fenum designantur. Quedam vero accidunt ex quadam subreptione et hec sunt leuissima et signantur per stipulā. Et idō beatus paul9 subdit quale aūt vnius-

cuiusqȝ opus sic igne probabitur. hoc vltimuȝ probatur in decret. in. §. alias ij. di. et de pe. di. ij. Si em̄ inquit post medium.

¶ Decimūoctauū prece ptū prime partis metrice.

B Cum fueris felix q̄ sunt aduersa caue to. Nō eodem cur su respondēt vltia primis ¶ Postq̄ᵐ autor supra in proxime precedenti precepto prebuit rudimēta vic ū suspitionis a dei cultoribus ma xime senibus remouentia. Nunc vero in presenti precepto subsequenter pre bet rudimenta inducentia ad secundū riuulum id est speciem secūdi paradisi fluminis. s. prudentie qui quidem riuu lus prudentia nuncupatur per quam ꝫm tullium videtur aliquid futurum esse anteq̄ᵐ factum sit. huius aucteȝ of ficium est ex preteritis et presentibus futura perpendere. vnde boecius in li bro de pħica consolatione docet hanc virtutem. s. prouidentiam apprehende re dicens. Non quod ante oculos sitū est sufficit intueri rerum exitus prudē tia metitur. per hanc enim virtuteȝ in struimur contra fortune mutabilitatē et diuersitatem nobis prouidere quia sepe de statu prosperitatis quis in sta tum aduersitatis mutatur. ¶ Attē dens igitur autor necessario dei culto rem esse prouidum et circa contingen tia futura sibi precauere ne consciētia felicitatis pure decidat in mala siue dyabolica temptamenta que sunt spi ritualium egritudinū vulnera de qui bus se iuuare non possit et hec fieri nequeant nisi per prouidentie clipeum fuerit precantatus ac etiam premuni tus ꝫm beati gregorij sententiam sic inquientis nos tollerabilius mōi ma la suscipimus si contra hec per proui dentie clipeum munimur. ideo ad hoc exequendum inducit nos presens pre ceptum dicens. Cum fueris felix ꝛc̄. ¶ Pro huius primi metri intelligē tia ac obseruantia est breuiter sciendū ꝙ istud preceptum dupliciter exponi potest ꝫm duplicem intellectum inde surgentem moralem videlicet et tem poralem. ¶ Primo exponi potest moraliter vt dicatur. Cum fueris felix id est beatus. ꝛ ille beatus dicitur ꝫm hieronymū qui diuinam scripturaȝ le gens verba conuertit in opera et nu dam crucem nudus sequēs puris ma nibus et mundo pectore pauperem se spiritu et operibus gloriatur. Uel ille ꝫm bernardum dicitur esse beat9 qui fide splendet qui spe gaudet qui cari tate fouetur qui temperantia nitet qui prudentia lucet qui iusticia eminet qui fortitudine pollet qui humilitate re dolet et qui puritate trāslucet nec ter rene coniungitur felicitati qui desiderat coniungi perfecte beatitudini. ait fulgentio et vt fulgentij sententie ve ritas pateat potest tali persuadere ra tione. In sciētia eniȝ perspectiua ꝓba tur ꝙ oculo respicienti in speculo con cauo facies apparent prepostere et al titudines videntur euerse. Judicat. n. oculus duȝ res cernit in speculo quod dextrum est esse sinistrum et quod su perius est esse inferius et quod deor sum est esse sursum. Sic et si nostre cō sideratiōis oculus ꝫm doctrine sacre speculum de rebus iudicet ea que vi dentur esse sinistra id est aduersa di cit esse dextera id est prospera. ac etiā econuerso vtilitatem aduersitatis et prosperitatis periculum. Attendendo etiam ea que sursum videntur asse ret esse infima vel econuerso superio ra esse vilia et humilia preciosa. Et id̄ signanter dicitur ysa. Dicam acquiloni id est aduersitati da. et austro id est ꝓsperitati noli ꝓhibere qꝛ ea q̄ videt̄ aduersa sunt ꝓspera et dant nos deo.

Et que prospera sunt aduersa et ꝓhi bent nos a deo. Et ideo gen̄.xlviij.si/gnanter legitur ꝙ patriarcha iacob be nedicturus filios Joseph manib⁹ can cellatis sinistram manum posuit super manassem qui erat in dextra et dexte ram super effraim quem ioseph collo cauerat in sinistra. Timeant ergo di/uites huius mundi qui gaudent tene re dexteram felicitatis ꝓsperitatis in pn̄ti ne sinistrū teneant in die iudicij et nunc etiam in pn̄tia dei. Manasses enim qui obliuio interpretatur signifi cat diuites qui dei sunt imemores po situs est ad sinistram. pauperes. n. po suit deus ad dexteram sed malos diui tes ad sinistraȝ. Jdeo ꝓuer.iij. dicitur Longitudo dierum.i. pauperes qui di utius viuunt q̄ꝫ diuites in dextra ei⁹ et in sinistra ei⁹ diuicie et gloria id est diuites et gloriosi in dignitatibus cō stituti in terrenis que dei prouidentia sunt future agnitionis et preuisionis priuati hoc idem quod iacob in cancel latione manuum significatur et ange lus in positione pedum apoc̄.x. Uidi angelum descendentem de celo et po suit pedem suum dextrum super ma/re sinistrum aūt super terraȝ. doming enim caros suos in presenti aduersita/tibus et pressuris exponit quos tandē in dextera glorie collocare disposuit.

B ¶ Sic igit̄ ad sacre scripture specu lum oculos dirigendo videtur nobis dextera sinistra et ecōuerso nihilomi/nus apparebit quod deorsuȝ creditur esse sursum et econuerso. nam scriptu ra sacra beatificat pauperes et exaltat Math̄.v. Beati pauperes spiritu ꝛc̄. Potentes autem et diuites miseros et deiectos. dicit agite nūc diuites plo rātes et vlulantes in miserijs vestris. Jac̄.v. ¶ De materia diuituȝ ꝛ pau perum vide plenissime supra in secūda ꝓhemiali parte in.§.xxviij. qui incipit dico primo ꝙ hoc vicij initiuȝ primū seducens angelum ꝛc̄. et hoc quo ad diuites. Sed quo ad pauperes subse/quenter vide supra in eadem parte.§ xlvij. qui icipit. Dico primo ꝙ egesta/tis onera bina sistunt crimina ꝛc̄. Et hoc in speculo bene respexerat qui di xit vidi seruos in equis et principes ambulantes supra terram. eccl̄.x. qui enim principes reputantur et domini reuera serui sunt multis miserijs et ca lamitatibus mancipati. Refert vale/rius maximus libro.vij. sanctoꝝ ꝛ do ctorum memorabilium romanorū de quodam rege subtilis iudicij qui tra/ditum sibi dyadema priusq̄ꝫ capiti im poneret diu considerauit et dixit. O pannum magis nobilem q̄ꝫ felicē quē si quis penitus cognosceret q̄ꝫ multis sollicitudinibus periculis et miserijs ē refectus humi quidem iacentem ne/quaq̄ꝫ leuaret. bene iste hanc ꝓuiden tie virtutē possidebat quia que multis hodie videntur esse superius inferius esse iudicabat. et hoc est quod sine du bio intendit autor dum dicit. Cū fue/ris felix. Jd est cum es in dei gratia. per prouidentiam et aliarum virtutū cumulum. Caueto que sunt aduersa. id est ne incidas ut dictum est in ma/la futura siue in temptamenta dyabo lica. Exemplo ericij tradunt. n. natura les ꝙ ericius animal modicum et spi nosum precognoscit ventorū pericula vnde dicitur ꝙ quidam fuit in constā tinopoli qui per ericium quē in domo habebat omnes ventos futuros ma/rinarijs predicebat nec poterant scire vnde hoc sciret fecerat. n. ericius duo foramina in cauerna vnum cōtra ven tos septentrionales ad quod confugie bat in calore. Aliud cōtra australes ad quod confugiebat in frigore. discamg ergo ab ericijs nostre futura pericula ne ventus temptationum et tempesta tibus inuoluamur ne adeo grauiter in firmemur vt deus contra nos motus nostros despiciat atq; fletus. De hac materia vide supra in parte prosayca precepto.xxxj. Consultus esto. in fine. Secundo exponi potest temporaliter

vt dicatur.Cum fueris felix.id est cuȝ fueris felix in mūdana prosperitate cō stitutus.que sunt aduersa. id est pro/ speritati contraria.caueto.id est tibi p uideas et caue ab aduersis ⁊ futuroꝝ prouidentiam.iuxta illud eccl'.xj.Me mento paupertatis in die habundan/ tie et in die bonorum ne immemor sis malorum. Tales phus interrogatus fuit.quis felix est in hoc mundo? ait qui sano corpore anima copiosus ⁊ na tura docilis. Uel aliter.Cum fueris felix.per dominos grāmaticos expo/ nitur.id est diues. Ubi sciendūȝ ꝙ di uicie si non concomitantur eas nobili tas et potentatus non faciunt homi/ nem felicem. Unde philozophus vo cat diuitem ignobile m fortunatum in sensatum felicem. ergo felicitas id est diuicie duos debet habere comites.s. potentatus et nobilitatem. vnde ang. de verbis domini sermone lxxiij. in/ quit.Magne virtutis est cum tali feli citate luctari ne illiceat ne corruptione subuertat magnum inquit cum illa lu ctari et non ab illa vinci. hoc optime facere sciebat qui dicebat. In omni/ bus constitutus sum scio humiliari ⁊c ad philip.iiij.Et greg.super ezech.li.ij omel'.vij. Magna est ars et mira scié tie disciplina que est toto cordis nisu discenda scire sustinere prospera et ad uersa hoc faciebat valde bene philozo phus socrates prout in libro de vita et moribus phorum edocetur qui in p secutionib9 et molestijs adeo inuict9 extitit ut pote qui mundialium omniū contemptor erat ꝙ nemo eum in ad/ uersitatibus tristiorem nec in prosperi tatibus alacriorem vidit. De virtute prouidentie licet aliter vide supra in parte prosayca in.xxviij.precepto.Tu te consule.et ibi satis de materia.

¶Pro secundi etiam metri intelligentia et obseruantia breuiter est sciendum ꝙ rota mundalis fortune cito voluit Unde versificator quidam motuȝ for/ tune variabilem et impetuosum consi derans ait.Rota fortune variat' yma gine lune.Crescit et decrescit in eodeȝ sistere nescit.Cito enim mutatur pspe ritas in aduersitatem et ecōuerso hec probat autor in hoc metro dum dicit Non eodem cursu.i.non simili fortu/ ne successu quia nunꝙ in eodem statu permanet quandoqȝ prospera quan/ doqȝ aduersa.Respondent vltima pri mis. huic bene conuenit quod boeci9 de consolatione dicit.Qui cecidit sta/ bili non erit ille gradu. quasi diceret ille qui cecidit de prosperitate in ad/ uersitatem non erat in gradu stabili supple quia felix non cadit hoc etiam probat ideȝ boecius libro.ij.de phica consolatione dicens hunc continuum ludum ludimus hanc rotam volubili orbe versamus vt summa infimis et infima summis mutari gaudemus.De huiusmodi mutabilitate variabilitate fortune.greg.li.iij.regist.sic inquit.Dū omnia in hoc mundo mutabilitatis.ordo corrūpit nec euellari prosperis nec frangi adursis debem9 humilitati di scamus.quicquid delinquimus et exal tati aduersitatis memoriam quasi hu militatis anchoram ⁊ mente teneam9 quia nihil est stabile in hac vita sed vt viator modo per plana modo per ar/ dua nec est ira sed gratia per quā di/ scimus.vt eius dono tanto seruemus verius quanto humilius arté guber/ nandi nauem.mare transquillum non ostendit et obsequēs ventus si aliquid aduersum occurrat oportet ꝙ animuȝ probet turpis naufragij rector cui gu bernacula fluctus eripuit qui fluctuan tia vela deseruit ille vero laudandus est qui predictis preuidet et resistere nouit. ¶Si curiosus velit de fortu na bona et mala vlterius perquirere vel etiam inuestigare ⁊ quid circa hoc tenenduȝ sit videat que summatim p phm describuntur in libro de bona fortuna capitulo primo dicens ꝙ bo na fortuna est natura quedam impe/ tuosa in animas nostras adeo proue

niens absq3 ratione et humana proui
sione. nam in casib9 fortuitis velut di
uinis comprehensibilibusq3 iudicijs
non potest homo prouisionem habe/
re nec eorū assignare causas. ratio est
q2 homo corruptibilis ꝛ finit9 ꝛ igno
rat merita et demerita humanorum.
Soli aūt deo sunt potētia ex quibus
potissime diuina bonitas ad fortuito
rum felicium et infelicium influentia
vna et eadē ratione iusticie operatur.
Ponit etiam alias rationes quib9 vo
luntas diuina mouetur ad huiusmodi
fortuitas influentias hoc est autē qd
scribit et clamat apostolus ad ro. xj.
dicens O altitudo diuiciarum sapien
tie et scientie dei ꝛc. ¶ Et propte/
rea quod dictum est de fortuna pro/
spera intelligendum est etiam de ad/
uersa quia eadem est ratio in aduersa
sicut in prospera iusto dei iudicio mo
ueantur que q̄uis aspera sentiantur.
Alias censeantur ex pena infirmitate
vel alia fortuita lesione nihilominus
ex demeritis mortalium puniendis iu
sta prouenit ad ꝓbandas virtutes vti
lis et profutura succedit. hoc autem
probat in suo de consolatione boeci9
libro. iiij. dicens. Cum omnis fortuna
tum remunerandi exercendi ve tum
puniendi cogendi improbos causa de
feratur omnis nanq3 fortuna est bo/
na quam constat esse iustam et vtilem
¶ Aduertant igitur mortales et ti
meant diuine voluntatis aut prouisio
nis fortuita vel alia improbare iudi/
cia et ipsorum occulta in comprehensi
biles causas rationes exquirere et eis
querentibus qualiter talis prospera vl'
aduersa fortuna vel tale iudicium vo
luntatis vel premissionis diuine con/
tingit interrogationi sue pro ratione
sufficiat ipsi9 superne experientie vo
luntas. quia sicut loquitur magister in
secundo sententiarum. Diuine volun
tatis non est ratio inuestiganda. Quia
sicut scribit psalmista. Judicia domini
vera iustificata in semetipsa sunt. Et
augustinus libro de patientia dicit.
Jn omni re que mihi accidit vnum
solacium inuenio. quia cogito ꝙ ab il
lo solo procedit cui nihil nisi quod iu
stum est placet. Ex predictis vero no
tari potest ꝙ optima est ꝓbatio que
fit per suum contrarium quia per op
positum noscitur omne bonum. hec le
guntur et notantur in canone sciendū.
viij. q. j. Et in cunctis aduersis sola est
omnipotentis dei pensanda discretio.
vt in canone. in cunctis. xj. q. iij.
Sed nota ſm augustinum ꝙ veritas
opponitur tribus rebus pessimis per
quas mundialis felicitas demonstra
tur que sunt scilicet. Falsitas. Vanitas
et Duplicitas. ¶ Primo nanq3 ter
rena sunt falsa quod sic probatur. Il
lud enim quod verum est non est fal
sum: non est duplex: non est vanum
christus qui est verus. Joh. xiiij. Ego
sum via veritas et vita. excludit falsa
vana. et duplicia. id est amorem terre
norum que quidem terrena sunt falsa
et mendacijs plena. Jere. xvj. Vere
mendacium possiderunt patres nostri
Et hieronymus. Si mundus cultello
veritatis aperiretur nihil in eo q̄ꝫ fal
sitas appareret. quod sic probatur q2
quicquid in mundo est aut preteritum
est et iam non est aut futurum est et
incertum est: aut presens est et momē
taneū est. ¶ Secundo hec mundia
lia terrena sunt vana ex parte princip̄ij
quia de nihilo sunt facta ex parte me
dij quia multiplici mutabilitate sunt
subiecta. Et ex parte finis q2 cito trāsi
toria. eccl'. iij. Cūcta subiacent vanitati.
quo ad medium de terra facta sunt q̊
ad principium et in terram pariter re/
uertentur quo ad finem vltimum.
Tertio hec mūdialia terrena sunt du
plicia. Ille censetur duplex qui aliquid
promittit et aliud facit. mundus tria
promittit amatoribus suis scilicet lon
ganimitatem. societatem. et sanitatem
Jsta tria promiserat illi qui dicebat
Luc. xij. Anima mea habes multa bo

na reposita in ānos plurimos ecce quā ta lōgeuitas bibe et comede ecce quā ta societas. Sed male tenuit quod p misit sibi quia dedit breuitatem acerbi tatem et vacuitatem. Unde sequitur. O stulte ac nocte. Ecce quanta breui tas repetent animam tuam a te scilicz demones ad puniendum. Ecce quāta acerbitas. Que ɔgregasti cui9 erunt: tua n. q: nihil ōportabis. Ecce q̄ta va cuitas. Cui bene conuenit quod dicit hieronymus in canone. nonne. in fine. xxxvij. di. Ubi dicit ꝙ qui diuicias p fas et nephas querit et qui heredita tes captat alienas et qui opes congre gat ⁊ ɔgregatas cui sit relictur9 igno rat talis dici potest insensatus ⁊ vacui tate plenus et hoc est quod directe in tendit autoꝛ dum dicit. Non eodē cur su respondent vltima pꝛimis. Nec tūc habet locum quod dicit hieronymus in canone. ab exoꝛdio. xxv. di. O reuol uet ad. a. si non respondent vltima pꝛi mis.

Decimumnonum autoris preceptuz pꝛime par tis metrice.

Cum dubia et fra gilis sit nobis vi ta tributa Jnmoꝛ tem alterius spem tu tibi ponere noli.

Postq̄ autoꝛ in pꝛoxime supe rioꝛi precepto pbuit rudimenta ad vir tutem prudentie inducentia per quam quidem virtutem inducitur dei cultoꝛ sibi prouidere contra mutabilitatem atq3 foꝛtune diuersitatem. que sepe d statu psperitatis in statum aduersita tis mutatur. et hoc quantum ad dupli cem intellectum scilicet moꝛalem et tē poꝛalem. Nunc vero in pꝛesenti prece pto subsequenter pꝛebz rudimenta ad ipsam prudentie virtutem inducentia per quam etiam instruimur prouidere nobis nedū de foꝛtune mutabilitate quo ad mundialia transitoꝛia verū po tius quo ad vite humane labilitatem et fragilitatem et hoc per moꝛtis cōsi derationem. veruz quia aliqui plus q̄ debent spem suam ponunt in alioꝛum moꝛtem sperantes per ipsoꝛum moꝛtē fieri posse ditioꝛes vel etiam poten tioꝛes. pꝛopter quod moꝛtem eoꝛum desiderant. vel quandoq3 pꝛocurant quod est contra caritatis bonum spez in alterius moꝛtem ponere vel etiam pꝛocurare. quod est dei cultoꝛem a dei cultu ex toto retrahere. Pro tanto au toꝛ volens dei cultoꝛē ab hoc nephan dissimo vicio amouere ad pꝛoximi di lectionem inducere hoc suum pꝛece ptum exhibet obseruandum dicens. Cum dubia et fragilis. Quasi velit au toꝛ innuere ꝙ cum vita nostra dubia sit et fragilis et finiri citius potest q̄ alterius vita in cuius moꝛte speratur. quia citius moꝛi potest q̄ ipse et quia fragilis ē et caduca: ideo tributa ē no bis a deo taz fragilis id est deuota ad hoc vt non ponamus spem in alteri9 moꝛtem. Pro huius pꝛimi metri intelligentia ac etiam obseruantia est breuiter sciendum ꝙ autoꝛ de vita na turali et humana dicit duo consideran da foꝛe videlicet pꝛimo vite humane dubietatem. secundo fragilitatez ⁊ pu tabilitatem. Pꝛimo ponit vite dubie tatem dum dicit. Cum dubia. Ubi no tatur ꝙ hec dubietas euentuz moꝛtis non consistit quia sic certissima est ꝙ semper homo viuere non potest. vnd pphetа in ps. Quis est homo qui vi uet et non videbit moꝛtem. quasi di cens nullus. quia statutum est homini hus semel moꝛi. dicit apostolus ad he breos. Sed est dubia quantum ad duo. quantum ad moꝛiendi moduz et quantum ad tempus vel etatem. Quo ad vtrunq3 facit optime quod

in historia antbiotena recitatur d illo sancto patre qui postq̄ diu orasset ut deus sibi dignaretur ostendere qualis esset mors audiuit semel in nemore quendam vocem humanam eum ad se vocantem. Et miratus egressus est cellam. Et respiciens vidit bestiam habentem corpus asininū crura ceruina pedes equinos faciem leoninam ordines dentium diuersos ingens cornu tamen habebat vocem humanam.

¶ Moraliter hec omnes conditiones sunt effectus mortis qui per hanc bestiam designantur. ¶ Per corpus asininum datur intelligi q mors omnia vt asinus portat. animam deo si bene egerit. si non demonibus. corpus vermibus. diuicias parentibus vel amicis. Per crura ceruina datur intelligi mortis agilitas. quia sicut ceruꝰ agilis est ita mors vbiq3 saltat modo interficit vnum in francia modo vnū in frisia et modo saltat in istam domum et modo in illā. Per pedes equinos datur intelligi remorsus conscientie. quia sicut equus est animal bellicosum: sic mors facit animam pugnare cum deo per remorsum conscientie ei de omnibus actis reddendo rationem. Per faciem leoninam datur intelligi intimiditas mortis. quia sicut leo nullū timet nec iuuenem nec senem nec sapientem nec nobilem nec diuitem nec fortē nec prelatum nec laycū. Sic nec mors vllum timet et hoc designari potest per illum platonem qui apud gentiles dicebatur deus mortis et inferni qui habebat tria capita ad designandum q capit homines in tribus etatibus scil3 puericia. iuuentute. et senectute.

¶ Per ingens cornu datur intelligi q mors omnes ferit. quia ferit imperatorem et papam cunctaq3 nascentia ferit. quia. eccl. xliij. scribitur. Omne qd nascitur moritur. Per diuersos dentium ordines datur intelligi vniuscuiusq3 mortis diuersitas. quia mors diuersimode interficit. modo gladio. modo in mari. modo de febri. modo de veneno et huiusmodi. Per vocem humanam datur intelligi mortis fallacia quia aliquando ostendit velle aliquē mori et non moritur et aliquando nō mori et subito moritur. ¶ Et pro tanto monet nos dominus vigilare. Luc. xij. Estote parati quia qua hora nō putatis filiꝰ hominis veniet. Et bernardus. Nihil certius morte ꝛ nihil incertius hora mortis. ¶ Secundo etiā auctor ex primo metro ostēdit vite humane fragilitatem et punctabilitatem et fragilitatem ex eo q dicit fragilis. Ubi etiam sciendum q fragilitas et punctabilitas vite nostre optime comprehendi potest ex historia que habetur in speculo vincentij de alexandro magno. de quo ibidem legitur q cum rediret de bello in quo obtinuit cōtra darium regem persarum et babilonē applicuisset et eēt in cena in regali pallacio. auis quedam incognita intrauit regiam aulam ꝛ hincinde volitans finaliter gremiū imperatoris petijt ibiq3 requiescens ouum parturit quo dimisso inde auolauit ex quo parum post vermis exiuit qui ouū tantum semel circuiuit et volens ad foramen redire vnde exiuerat non potuit et sic mortuus est. De quo alexander non modicū admirans noctem illam insomnē duxit cogitans quid significaret prodigium in qua nocte mulier quedam peperit monstrum quod a corrigia supra homo erat sed mortuus. a corrigia infra bestia sed viuebat. Fuitq3 dictum monstrum alexandro deportatū quo viso adhuc magis timuit propter hoc omnes sapientes et astrologos conuocauit vt viderent quid sibi ista duo dicere vellent qui omnes ex istis duobus concordauerunt q finis huius vite imineret de proximo. Propt̄ quod vnus eorum pre omnibus sic interpretatus est videlicet q ouum totum q

hem significabat et vermis ipsum cir/cuens alexandrum et sicut vermis re/diens ad nidum vnde exiuerat mor/tuus est. et ita tu alexander totum or/bem iam circuisti: modo redis ad ni/dum gratie ideo dij tuam funerare/runt vitam in cuius signum mulier pe/perit monstrum. et illud est quod a cor/rigia supra est mortuum licz sit homo tuam significat personam que est sicut homo. cui successores erūt sicut bestie. tu morturus es ꝛ ipsi viuent prout de/signat monstrum quod vidisti. Qui/bus alexander auditis celum aspiciēs suspirādo voce magna clamauit. Deus me iupiter magne deus quam exiguum ꝛ fragile munus est vita. credebam enim tam diu viuere donec que in mundo versantur corde vniuersa complerem. Ideo tu mortalis qui de vite longeui/tate confidis ne tardes cōuerti ad do/minum et ne deferas de die in diem: subito enim venit ira eius. eccl. v. vnd gregorius libro regist. Transitum ve/locissimum et fragilissimum vite no/stre considerans loquitur sub hac for/ma dicens. Uita nostra nauiganti si/milis est. Is nanqz qui nauigat stet se/deat iaceat vadatqz impulsu tamē na/uis ducitur. Ita et nos inquit ipse siue vigilantes simus siue dormientes si/ue iacentes siue ambulantes siue volē/tes siue nolentes per momēta tempo/rum repentino transitu ad finem duci/mur. Et hoc est quod sapientie. ij. scri/bitur. Exiguum et cum tedio est tem/pus vite nostre. ¶ De hac etiam vi/te humane fragilitate pulcre loquitur tullius libro. ij. de oratore dicens. O fallacem hominem spem fragilemqz fortunam et nostras contentiones in/anes que in mediocri spacio sepe fran/guntur et corruunt et ante in ipso cur/su obruunt quem portum prospicere poterunt. De materia ista vide supra in secunda prohemiali parte §. xij. qui incipit. Decimo ꝛ vltimo dixi quod ex pre/fatis nobilibus ꝛc. Et hoc est quod si/ne dubio vult dicere in hoc metro au/tor dum dicit. Cuz dubia et fragilis sit nobis vita tributa. ¶ Sequitur se/cundi metri expositio. In mortem al/terius spem tu tibi ponere noli. Pro cuius etiaz intelligentia et obser/uantia est sciendum quod in solo deo po/nere debet homo spem suam nō in al/terius morte vel vita vel etiam diui/cijs vel temporalibus rebus. ¶ Dicunt enim doctores quod duo principaliter sunt que aduersantur virtuti spei. Primuz est diffidentia de deo. Secundum est confidētia in creatura. ¶ Diffidentia de deo ex desperatione procedit que est peccatum in spiritum sanctum. Unde super illud genesis. iiij. Maior est in/iquitas mea quam vt veniam merear. di/cit glosa. Desperatio est blasphemia in spiritumsanctum que non remittitur nec in hoc seculo nec in futuro. quia aut putat deum nolle dimittere aut non posse tanquam aut omnia non posse aut saluti inuideat aliene. ¶ Confidentia vero in creatura triplex est. Prima est presumptio siue confidentia de se con/tra quem salomō prouerbiorū. xxviij. Qui confidit in corde suo stultus est. ¶ Secunda est confidentia in homi/ne contra quem hieremie. ix. scribitur. Unusquisqz a proximo suo custodiat se ꝛ in omni fratri suo nō habeat fidu/ciam. Item idem. xvij. Maledictus ho/mo qui cōfidit in homine. ¶ Tertia est in diuicijs. contra hanc loquitur gre/gorius super iob. De creatore desperas/set si spem in creaturis posuisset. Ille vero qui spem in alterius mortem po/nit de seipso presumit et confidit quia post illum credit viuere et illius diui/tias vel dignitatem in sempiternū pos/sidere. cum tamen dicat gregorius quod ficta quippe spes est huius seculi leti/cia. quia que hic amantur cito marce/scunt. sed illi felices sunt ait hierony/mus quibus deus spes est omnieqz

fiducia in ipso christo iesu dño nostro.

¶ Sȝ nota ꝙ tria sunt maxime ad hanc virtutem mouentia necnon ab hoc vicio pestifero trahentia. Primuȝ est diuina magnificentia in summo bonorum omnium constituta in nullo penitus diminuta. Secundum est vtilitas magna ex ipsa causate. Tertium est canonica instituta hoc vicium penitus detestantia ac etiam in contrarium facientes punientia. ¶ Primum igitur omniũ in deo et nõ est in aliquo alio sperandum. quia in potentia in sapientia et in bonitate est summum bonum et primum principium in quo enim vir sapiens spem suam ponere debet nisi in summo potente cuius est iuuare et in summo sapiente cuius est scire in summo beniuolente cuius est posse scire et velle. ¶ Uide summam stulticiam atqȝ humanam dementiam. quia sperat princeps in forti ciuitate vel castro. sperat diues in argento ⁊ auro. sperat rex in exercitu magno. sperat iudex in prouido consilio. sperat aduocatus in astuto et callido eloquio. sperat miles in bono equo. sperat pugil in robore suo magno et in astuto bellandi artificio. sperat sagitarius in suo arcu et gladio sperat seruus in domino. sperat vxor in viro. sperat agricola in sato vel frumento. sperat sophista in apparenti et callido verbo. sperat dyalecticus in ꝓbabili argumento. Sed philozophus sperat in argumento necessario concluso ex propositionibus per se notis et licet se habeant ista vt probat istaruȝ experientia qȝ tamen omnia talia sunt vana non solida non sustentare valentia ideo in eis speȝ ponere est summa dementia. Quid deniqȝ inter hec omnia homine melius. quid nobilius. quo etiam fortius. et tamen probatur esse vanissimus vt dicit psalmigraphus. Uniuersa vanitas omnis homo viuẽs Et si sic est de homine creatura dignissima in cuius mortem spem vis ponere vt noster autor dicit. Quid est de quolibet creatura et si omnis creatura dignissima est vanissima speranduȝ quomodo est in ea? ¶ Est enim vanum vt dicit hugo quod non prebet innitenti fulcimentum nec laboranti quietem nec continenti plenitudinem. De hac materia habetur latius supra in secunda probemiali parte. § xij. qui incipit. Dixi secundo ꝙ dira contumeliaȝ atratrix ꝓ ocula ⁊c. quasi in medio et vide ibi si placet. sicut enim fatuꝰ esseȝ qui super profundissimã aquaȝ super pontem vitreum auderet pertransire. Sic homo vitro fragilior sicut habetur supra in thymeo platonis. quia vitrũ vno modo homo frangitur mille modis fatuus est igitur qui spem in alterius mortem ponit cum ipse fragilior forsan sit illo de cuius morte sperat. quia vulgariter dicitur ꝙ agnus citꝰ ad macellum ducitur ꝙ̃ ouis. Non est igitur dilectissimi confidendum nec ẽ sperandum in vano. sed in solido deo qui cum non sit factus sed eternus nihil in se continet vanitatis. Sed est solidissime firmitatis cuꝰ coniunctꝰ fuerit non timebit nec timet impulsum ventorum non impetum fluminum. domus illorum est supra petram firmissimam et solidum fundamentum sed illa est ad ruinam disposita que super arenas instabiles est fundata. sic in proposito. ¶ Secundũ ad hanc virtutem motiuuȝ est vtilitas magna ex ipsa causata quod ꝑpendi maxime potest ex duobus. Naȝ primo spes est in periculis et dubijs firmatiua et stabilitiua ex qua causa dicitur anchore esse sublima que nauem ventis et procellis allisaȝ facit in medijs fluctibꝰ esse firmã. Et hac cã cadẽ similis est hectiuo pisciculo corpore paruo. Sed virtute maximo qui naui dum medijs fluctibus inheret eam quasi reddit immobilem vt moueri non possit. sic spes

suum subiectum in temptationuz peri culis immobilem esse facit. Secundo spes est communis boni promotiua. Nam omnes laborantes.omnes bel/ latores.omnes mercatores.omēs etiā penitentes ad sperata respiciunt et in spe omnis humana vita sicut rota in curru voluitur contra scalam tamen manente immota scala quia si illa vol ueretur currus a vero tramitate.ver/ teretur.necesse est etiam vt omne mo bile fundatur in aliquo imobili a quo possit mobile sustentari sicut probaue runt sapientes antiqui.vnde si spes in qua omnis intentio humana sicut in quadam immobili in omnibus labo/ ribus est fundata. si in omnibus depi ret omnes homines desperarent ꝛ ab omni opere mox cessarent et propter hoc spes est similis axi celesti in quo tota voluitur spera celi ipsa permanē ti immobili posset etiam firmamento similari quod constans inter aquas ce lestes et terrenas a suo tamen itinere non declinat. quia vir in deum sperās licet sit penitus inter mundi pressuras a via tamen recta nunquam cessat.

Tertium ad hanc virtutem motiuuz sunt instituta canonica in mortem al/ terius sperantes punientia.De iure.n. canonum est ꝙ nullus expectare debz vel aliqualiter affectare alterius mor/ tem pro beneficio obtinendo. Ad hoc facit quod legitur ꝛ notatur in decret nulla.de concessi.preben. concor.J.ca. ne captande.eo.ti.libro.vj.Et ideo ꝓ pter hanc rationem beneficium nō va cans nulli potest promitti nec in gene rali promittendo tamen potuerit pro uidere vel cum se facultas obtulerit: aut sub quauis forma verboruz alias promissiones predicte non valent nec etiam obligant.vt in decret. detestan da.de concessi.preben.libro.vj. Ratio huius prohibitionis potuit esse quia est contra diuinum mandatum scilicet Non occides. et est quintum diuine legis preceptum. Ubi sciendum est ꝙ ad dilectionem proximi pertinet non tantum benefacere:sed etiaz ab offen sis cauere.offensam autē potest facere homo facto vel voluntate. Distingui tur tamen homicidiȷ̄ genus duplex.s. vnum quod dicitur corporale et inter pretatiuum quod dicitur spirituale. Homicidium spirituale duobus mo/ dis fit.vno modo obmittendo ut cum quis videt alium in necessitate extre/ ma constitutum et non subuenit ei in terpretatiue dicitur eum occidisse. Et tunc habet locum quod dicit ambro/ sius in libro de offic. pasce fame mo/ rientem ꝙ si non paueris: occidisti. lxxxvj.di.Alio modo committēdo fit et hoc quandoqz corde scilicet odiēdo sicut in presenti proposito cum quis al terius mortem affectat.j.Johannis.iij Qui odit fratrem suum homicida est. Quandoqz ore.scilicet detrahendo qꝛ ille cui detrahitur occiditur in consciē tia illius qui odit detractorem in quo prius viuebat p bonam famā. Qn̄qz opere scilicet malo exemplo alicui oc casionem prestando et tunc interpre/ tatiue dicitur illum occidere.

Rethorica sup. xix.pcep.

Exiguum munus ꝛc. Si ingratitudinis speciem oculo debi te considerationis inspicias in remune randis beneficiȷ̄s non taz dati cumuli ꝙ affectionis titulus predicatur quo circa si amicorum quispiam munuscu lum leuis ponderis pleno liberalitate obsequio largiatur hoc magnifice con gratulationis applausu suscipere non postponas. Aliogn ingratitudinis sco riam damnabili viciositate concipies plures enim censet sapiens dyogenes aque potulum exhibitum altissimo ca

gitatis officio q̄ cresci diuicias corde lento. Accipito placide rc̄.

Uicesimū autoris pceptū. prime partis metrice.

Exiguū munus cū det tibi paup amicus. Accipito placide plene laudare mem̄to

A

Litteralis huius precepti explanatio atq3 continuatio quasi idem est cū explanatione et continuatione quinti precepti prosayci. Beneficij accepti memor esto. ac etiam cum explanatione et continuatione quindecimi precepti metrici. Officium alterius. saluo q in primo fit mentio solum de beneficij recepti memoratione continuata. et in secundo de beneficij recepti narratione vulgata. in hoc vero de actualis muneris perceptione grata que fieri debent cum gratiarum actione prout infra in secundi metri expositione luculenter declarabitur. Attendens igit̄ autor q dei cultorem inter cetera grata opera dec3 in muneris amici maxime pauperis perceptione se placidū et benignum exhibere quod fieri debet p gratiarum actiones pro tanto presens preceptum exhibet ab omnibus fore obseruandum dum dicit Exiguū munus rc̄. Quasi velit innuere q gratius et acceptabilius deb3 esse tibi exiguū munus quod ab amico paupere datur q̄ si diues multo maiora exhiberet munera. vnde respicere nō debes quantum sed ex qua affectione et voluntate procedat. Unde. iiij. ethi. dicit philozophus. q liberalitas non consistit in multitudine datorum sed in habitu dantis facultate. ergo proportio datorum sumi debet s̄m pportionem ad facultatem vel posse ipsius dantis

Ideo considerare tantum non debes doni largitatem vel valorem. sed largitoris voluntatem et affectionē. quia etiam deus non tantū respexit ad munera abel vel paupercule sed ad ministerium potius exequentis. Propterea quidam versificator hoc considerans tales protulit versus. Pauperis exiguum cape munus ornanter amici. Nec munus sed qua respice mente datur. Ad hunc sensum optime facit quod recitat lactantius in libro institutionum. Dicit enim q dum ciuitas romana in magnis existeret obsessibus et ex hoc multum depauperata foret quidam nobilis romanus potens et multum diues hoc cernens p communitate omnes diuicias exposuit et sic depauperatus est. quadam autem vice dum miles antedictus per quoddam desertum ambularet et de romanorum paupertate et sua valde doleret in illo deserto vna3 columnā altissimam adinuenit et super ea3 erat statua quedam que tenebat vnam manum eleuatam versus quendam montem aliam ad maxillas tenebat. Tandem miles predictus attendens et diligenter conspiciens hec videns q sol spatulas ipsius statue percuteret et q vmbra manus ad quendam montem crotam apparebat. stati3 miles iste ad montis crotam predictam accessit et subtus illam quandam portam ferream clausam adinuenit. Tunc ille de hoc admirās intra se dixit ibo ad statua3 et videbo quid sub alia manu ad esse potest et inuenit subtus illam manum in corpore statue porticulam ferream et eam aperiens intus inuenit clauiculam vnam et statim ymaginatus est q portam spelunce aperire deberet et statim iuit et porticulam spelunce aperuit et ibidem thesaurum maximum inuenit et portans illum thesaurum romam indigentibus illico eroga

ad

di

uit. ¶ Tunc romani habito consi lio qualiter sepedictum militez de tot et tantis donis premiare deberent. di xerunt ex eis aliqui. dimittamus sibi dimidiam partem thesauri.aliqui to tuz.Tunc vnus ceteris sapiētior dixit: Si dimittamus illi thesaurum totum de tanto beneficio nobis per eum im penso fm cōdignum nullo modo pre miatur.quia non solum premiari de bet de actu sed de bona voluntate da re sibi totum thesaurum est premiare solum de hoc quod circa nos fecit.sed hoc non esset premiare de bona vo luntate et ideo mihi videretur inquit ille q faciamus sibi honorem quem impendimus diis scilicet q faciamus ad eius similitudinem statuam argen to et auro atqz preciosis lapidibus or natam z eam cum aliis diis nostris in templo collocemus quod breuiter fa ctum est. ¶ Sed nota differentiaz quam facit lex inter donum et mun9 quia donum genus est z munus spe cies.vt.ff.de ver.signi.l.inter. Unde etiam ex hoc tales assignantur versus Muneribus dandis attēdas quatuor ista. Quis dans quis ve petens que re que causa petendi. ¶ Nota etiā differentiam inter munus et meritum quia munus est quod gratis datur. Meritum pro quo labore exhibetur. ¶ Item nota differentiā inter pau perem et inopem quia pauper est qui parum habet.Inops est qui nihil pos sidet. ¶ Pro huius primi metri in telligentia ac etiaz obseruantia est bre uiter sciendum q istius primi metri ex positio litteralis iam patet per ea que dicta sunt. ¶ Nunc vero quo ad moralem ipsius metri intellectum re stat aliquid videndum vbi notanduz q quanqz tam per scripturas qz per canones mun9 quadruplex reperiatur videlicet.Munus a corde quod ē mu nus amoris et dilectionis.Mun9 ab ore quod est orationis et supplicatio nis.Munus a manu quod est mun9 pietatis et largitionis.Munus ab ob sequio quod est obsequii diuini per petue mancipationis.nihilominus ta men nullum munus vnquam recepit genus humanum tam nobile et profi cuum sicut munus quod nobis impen dit amicus noster pauper scilicet iesus christus et hoc fuit munus nostre re demptionis quod quidem peccatori bus ingratis exiguum videtur cum tamen in rei veritate fuerit semper su per cuncta munera maximum et no bis magis proficuum vt est dictuz.Et hoc est quod in persona humani gene ris dicit bernardus super omnia ama bilem te mihi prebet calix quem bi bisti.O bone iesu opus nostre redem ptionis.nil enim allicit blandius: nil exigit iustius:stringit fortius:afficitqz vehementius. Et vt veritas horum pateat luculentius premissorum quin tilianus libro suarum declinationum ponit vnum casum satis nouuz et pul crum et ad nostrum propositum con gruum. ¶ Casus talis est pauper quidam et diues vicini erant ortulis ipsorum coniunctus diues in ortu suo habebat flores pauper vero apes. Cum autem inimici essent ad inuicem diues conquestus est flores suos de cerpi ab apibus pauperis et denuncia uit illi vt apes auferret. paupere autē apes non transferente diues ille inui dus et iniquus flores illos sparsit ve neno apes vero pauperis vt erant so lite flores decerpentes et mella colli gentes veneno perierunt.pauper ve ro qui multum apes suas diligebat vi dens eas mortuas tamen nihil aliud possideret quam duo vascula vnum plenum aceto et reliquum oleo am bo in salutem apum consumpsit me dicinalibus enim experimentis mul tum instructus sciebat oleum et acetū

tio

B

optima remedia cõtra venenū et ideo
apes primo aceto ꝑfudit deinde oleo
rorauit ⁊ sic eas vite restituit. certe nõ
potuissent dicere apes ille ꝙ non fuis
sent multum dilecte ab illo paupere.

¶ Moraliter ad propositum. pau
per ille est christus dominus deus no
ster. De quo eccl. ix. Uir pauper libe/
rauit vrbem per sapientiam suam.
Apes huius pauperis sunt omnes ho
mines. De quibus scribitur deutro. j.
Ammorreus persecutus est nos sicut
solent apes persequi. Diues vero dya
bolus est. j. Jaco. j. Diues prauis itine
ribus suis marcessit. huius diuitie flo
res sunt omnia oblectamenta carnalia
quia omnis caro fenum et omnis glo
ria eius quasi flos feni. ysa. liij. Sunt
autem horum ortuli vicini. quia bono
rum et malorum conuersatio cõmixta
est in hac vita. verum dyabolus cer/
nens homines inclinari ad flores de/
crependos. ad mundialia ⁊ carnalia ca
pienda flores sparsit veneno iniquita
tis. quia ad ro. viij. scribitur. Si sm̄ car
nem vixeritis moriemini. modo paupꝑ
cernens hoc solum duo vascula habe
bat vnum aceti et aliud olei. quia do/
minus noster iesus christus corpꝰ suū
quod a primordio sue natiuitatis vsqꝫ
ad vltimam vite horam fuit aceto pas
sionum refectum et animam suam san
cti spiritus virtute linitam que in salu/
tem apum expendit. nam corpus suuꝫ
in cruce consumpsit ⁊ sanguinem totū
fudit et sic nos apes suas carissimas ⁊
dilectas vite restituit.

¶ Ad hunc
sensum etiam videbatur loqui beatꝰ
augustinus libro de spiritu et anima
dicens. Miser ego quantum debereꝫ
diligere deum meum qui me fecit qñ
non eram. me redemit cum perieram.
non enim aliquid eraꝫ et ex nihilo me
fecit. non arborem non lapidem nõ ali
quid de animalibꝰ sed hominem me
voluit esse dedit mihi viuere: sentire:
discernere: eduxit me de exilio: rede/
mit me de seruitio. perfudit me đ ace
to passionis seu vt a demonibus secu
rus essem. vocauitqꝫ me nomine suo:
vt nomen suum memoriale esset apud
me et vnxit me oleo leticie sue quo
ipse vnctus erat vt abducto essem vn
ctus et a christo dicerer christianus.

¶ Nota sm̄ scripturas et canones
ꝙ apis dicitur quatuor modis. Primo
modo dicitur apis etherea que est chri
stus dei filius benedictus hec propi/
nauit nobis mel diuinitatis in humani
tate. vnde in huius figura in euange/
lio Luc. dicitur. xxiiij. capitulo. obtule
runt ei partem piscis assi et fauuꝫ mel
lis. Secunda dicitur aerea scilicet quili
bet iustus vel predicator hec mel intel
ligentie in doctrina propinauit. Unde
suggerūt mel de petra ⁊c. Tertia apis
dicitur terrea scilicet iudei. Unde de
talibus dicitur in ps̄. Circumdederunt
sicut apes ⁊c. hec mel persecutionis ꝓ
pinauit. iuxta illud. Comedi fauum cuꝫ
melle meo. Quarta apis tartarea scꝫ
dyabolus vel hereticus. Unde sibila
bit assur mel adulationis. vnde salo/
mon. Mel distillabunt labia mea ⁊c.
In prima manna in deserto cõpluitur
in hac autem filius prodigus ad patrē
reuertitur vt in. §. ⁊ hinc est. xxxvij. di.
In secunda de petra contradictionis
aqua elicitur in hac seruorum nume/
rus in vineam trahitur vel mittitur đ
conse. di. v. ieiunium. In tertia aries ꝓ
ysaac occiditur in hac etiam heres pa
trisfamilias a vineatoribus occiditur
vt in euangelio Math. xxj. scribitur.
In quarta Jonathas cõtra patris edi
ctum mel vescitur in hac inmundus spi
ritus exiens ad domuꝫ vacuam reuer
titur. xj. q. iij. illud.

¶ Pro secundi
metri intelligentia et obseruantia est
breuiter sciendum ꝙ autor per hoc me
trum litteraliter informat vnumquē
qꝫ gratias debere referre de mune/
re gratis dato vt impleatur illud apo
stoli. prima ad thessal. v. In omnibus

gratias agite. Accipere enim placide et laudare est quodammodo gratis referre. Unde tullius hoc autem obserua in primis vt benigne accipias. Si enim benigne acceperis iam gratias retulisti. et hoc est quod autor intendit dum dicit. Accipito placide. Quasi vellit dicere. accipito placide. id est libenter et hylari vultu et benigno. quia si recusares ei verecundiam inferres. Et plene. id est perfecte et plenarie. memēto laudare. non enim curant auari seu cupidi quo animo ipsis seruicium tribuatur sed quantum detur. Tu vero econuerso noli considerare quantum sed potius ex qua affectione et voluntate ꝑcedit quod tibi exhibitur iuxta illud. Dum stas in mensa vultum non fercula pensa. Non mense cultum sed dantis respice vultum. Et esopus in tenui mensa rc. ¶ Sed aduertendum nobis est ꝙ munera seu quecūque alia beneficia non sunt passim ab omnibus recipienda. ¶ Unde in quadam epistola imperatoris anthonij dicitur sic. Quantum ad extrema audi quid sentimus vetus prouerbium est. Nec omnia nec semper nec ab omnibus. Nam valde inhumanum est a nemine accipere sed passim vilissimum et per omnia amarissimum. ¶ Unde eccl. xx. Exenia et dona excecant oculos iudicum et quasi mutus in ore auertit correctiones eorum. ¶ Item non sunt accipiēda munera a persecutoribus et calumniatoribus innocentum. quia hoc interdicitur in lege diuina. ¶ Unde in ps. dicitur. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo. sequitur. qui munera super innocentem non accepit. ¶ Item nec ab infamibus quia hoc dedignati sunt facere antiqui gentiles vt narrat seneca libro. ij. de beneficijs. Item nec etiam ab iniuste vexatis. vnde grego. libro. v. regist. dicit. Exenia nostre sanctitatis nolueram quia valde indignū et incongruum est vt a predatis aut afflictis fratribus munera percepisse videamus. De hac etiam materia vide supra in secunda prohemiali parte. §. xviij. qui incipit. Dixi tertio ꝙ illicitum donarium peruertens iudicium rc. Sequitur huius metri conclusio. Et plene laudare memento. Quasi vellet dicere ꝙ non sufficit percepti muneris vel beneficij iugis memoria vt autor in. v. prose precepto. Beneficij accepti rc. edocet. nec etiam sufficit ipsius beneficij narratio vulgata. vt in quinto precepto metrico. Officium alterius rc Autor insinuare videtur. nisi etiā assit muneris percepti plena laudatio cum continuata memoria. Et hoc est quod autor intendit dum dicit. Et laudare memento. ¶ Moraliter ingrati directe faciunt contra huius autoris mādatum in eo ꝙ raro vel nunꝗ̄ leuant oculum intellectus ad christum pauperem amicum suum per cogitationē nec etiam oculum affectus per amorem. quia vbi amor ibi oculus non attendens que pro eis fecit et protulit et quanta eis beneficia contulit. Uere ra si ad hoc bene attenderent eum super omnia diligerēt. ¶ Tales truātibus pauperibus sunt similes qui ad manus elemosinarum propter dona aspiciunt et recepta elemosina elemosinario dorsum vertūt et ipsum deinceps obliuiōi tradunt. Sic et multi de beneficijs iam ab amico nostro iesu christo receptis per ingratitudinem vertuntur ab eo. Et de talibus dici potest illud eccle. xxvij. Qui querit locupletari auertit oculum suum postꝗ̄ enim locupletati sunt oculum considerationis ab ipso auertunt et per obliuionem ab eo recedūt. Deutro. xxxij. Impinguatus est dilectus et recalcitrauit dereliquit deū factorem suum et recessit a deo salutari suo. Certe talium hominum ingratitudo confunditur si bestiarum crudelium gratitudo pēsetur. Refert cōmentator super libro de animalibus ꝙ quas

paterfamilias aspidem quendam adeo
domesticauerat vt quotidie de ca/
mera sua ad mensam patrisfamilias
veniret quasi petens cibum post cō/
mestionem ad cameram dum vene/
rat accedebat: que processu temporis
duos filios genuit quos secum ad mē
sam sui hospitis vt cibarentur addu/
xit vnus vero filiorum tanꝗ indome
sticus filium patrisfamilias venenauit.
quod cernens mater velut ingratum
filium puniens in conspectu omnium
interfecit et quasi rationis capax con/
fusa cum altero suo filio recessit. Eru
bescunt igitur ingrati homines benefi
ciorum diuinorum immemores tantā
ferarum atqꝫ serpentum aduersus be
nificos gratitudinem audientes.
Ad hunc etiam sensum optime facit
quod in quadam historia de quodam
principe methaphorice recitatur. Dici/
tur ꝙ hic princeps duos milites ha/
bebat quos inter ceteros multum dili
gebat vtriqꝫ quatuor magna munera
seu exenia misit primum bonum. se/
cundum melius. tertium optimū. quar
tum peroptimum. Cumqꝫ minister qui
munera offerebat ad primum militem
peruenisset et hec ei omnia ex parte
principis presentasset sedenti ad men
sam ille miles insipiens et ingratus in
faciem presentātis dicitur expulisse nec
non et lutum contra eum dicitur ꝓie
cisse tandē virgis et fustib9 eum egre
gie verberauit. ille tristis et merēs ad
principem rediens omnia que ille mi
les contra eum gesserat ei per ordinē
enarrauit. Hec princeps audiens indi/
gnatus ait pacienter sustine quousqꝫ
te vindicabo. Et eum ad secundū mi
litem cum eisdem muneribus transmi
sit quibus oblatis et a mensa surrexit
et deosculans eum et innumeras gra
tiarum actiones per ipsum nunciuꝫ ad
principem remisit. Et cūcta que hic mi
les fecerat per ordinem enarrauit.
Princeps igitur primo milite capto di

roqꝫ carcere mancipato. Secundum
in pallacium suum transtulit et omniū
bonorum suorum participem fecit.
Moraliter princeps ille est dominus
iesus christus. De quo in apoc. primo
capitulo. Qui est primogenitus mor/
tuorum et princeps regum terre. Duo
predicti milites omnes mortales desi
gnant qui diuisi sunt in duas partes.
Nam alij tepidi sunt et ingrati et alij
feruentes et grati. Ad omnes tamen
per nuncium suum qui est spiritussan
ctus a patre pariterqꝫ a filio procedēs
quatuor mittit munera fidelibus sup
cuncta preciosiora. Primum est bonū
hoc est subsidium bonorum tempora/
lium. Secundum est melius. hoc est
donum bonorum naturalium. Tertiū
est optimum hoc est donum bonorū
spiritualium. Quartum est peroptimū
hoc est largitio bonorum eternalium.
¶ De primo dicitur osee. ij. Ego
dedi eis frumentum vinum oleuꝫ ar/
gentum et aurum. multum bona sunt
hec ad vitam corporis sustētandam.
¶ De. ij. eccl. vij. Deus de terra cre
auit hominem et ꝫm ymaginem suam
fecit illum. Ista ymago virtus rationa
lis est: que naturaliter in homine est
creata et cum ipsa alie virtutes natu/
rales tam in anima ꝙ in corpore nec
de talibus naturalibus bonis ex parte
anime scilicet ingenio: memoria ꝛc. et
similibus siue etiam ex parte corporis
vt sanitate pulcritudine agilitate et si
milibus non debet quis inaniter glo
riari sed potius humiliari virtutū gra
tuitatum regulis regi. Unde grego/
rius super matheum libro primo omel'
ix. ait tanto quis debet esse humilior
atqꝫ ad seruiendum deo promptior ex
munere quanto se obligatiorem con/
spicit in reddendo ratione si istud do/
num non fuisset datum parū vel nihil
ꝓfuisset preciū. ¶ Tertiū donū bo
norū spūaliū sūt baptism9 ꝛ alia sacra
mēta ecclastica que donū optimū sunt

quia per sacramenta datur gratia que res est optima in via et data confer/ uat ac etiam multiplicat. ¶ Quar/ tum exeneum est donū bonoꝝ eternoꝝ seu celestiū. De quo in euāg. Luc. xxij. Ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum vt edatis et biba tis super mensam meā in regno meo Istud est donum peroptimum: quod melius est ꝙ optimum. Istud donum est tante excellentie ꝙ exsuperat om/ nem sensum. et ideo scriptum est. Ocu lus non vidit nec auris audiuit nec in cor hominis ascendit ꝛc. Hec sunt exe nia que nobis offert christus per mi/ sterium spiritussancti. Sed mortales tepidi qui notātur in milite stulto ve lut ingrati gratias nō referunt sed ex spuunt in faciem portatoris. sputuꝫ est spuma a superfluitate stomachi proce dens per quod verba vana et ociosa scurrilia et inutilia designantur que a cordis superfluitate procedunt. vnde augustinus. Ream linguam non facit nisi rea mens. ¶ Alius autem mi/ les mortales feruentes et gratos desi gnat qui videntes tot beneficia seu mu nera per spiritussancti gratiam mini/ strata die noctuqꝫ gratias incessanter deo referunt copiosas. Ad tales igitur gratias iugiter referendas et rememo randas inducit autor vnumquēqꝫ dū dicit. Et plene laudare memento. De memoria vero inducilarie retributio/ nis vide supra in parte prosayca pre/ cepto. xxiiij. Que legeris memento. In fine. ¶ Pro premissorum intelligē tia magis in speciali vtile puto de ali/ quibus dubitabilibus inuestigandum fore. Et primo vtrū per munera liceat infideles trahere ad fidem. Huic que sito respondet raymundus sic dicens ꝙ infideles ad fideꝫ possunt trahi mu neribus et promissionibus. argumēto xxiij. q. iiij. debet homo. ij. q. vij. quod autem. di. xlv. qui sincera. Et etiaꝫ per grauiorem pensionem ex actione ma/ xime in principio locationum. naꝫ post ea non liceret. xxiij. q. vj. Iaꝫ vero. Sꝫ addit guil. ꝙ non ideo danda sunt mu nera scilicet propter fidem recipiendā ex pacto. sed si vellent baptizari et nō timerent paupertatē inter christianos possit eis dari vel promitti. ¶ Itē christianus infideli dari posset non ꝑ pter fidem recipiendam sed beniuolē tiam captandam ut sic facilius conuer tere posset et huiusmodi. ¶ Secū do queritur vtrum liceat quem ꝑ mu nera attrahere ad religionem. ¶ Huic quesito respondit beatꝰ thomas qui eam format in secunda secunde. q. vlti ma dicens. ꝙ prohibetur aliquem ad religionem attrahere muneribꝰ datis imo dicit ꝙ contra faciens committit peccatum. ſm quod probat canon. ꝙ pio. ij. q. ij. nec tamen ad hoc pertinet si aliquis alicui paupi necessaria mini stret in seculo nutriens euꝫ ad religio nem vel si sine pacto aliqua munuscu/ la tribuat ad familiaritatem captandā ¶ Tertio queritur vtrum iudici liceat munera a partibus recipere. Huic quesito respondet raymundus ꝙ ordinarij iudices nō debent petere aut a partibus recipere etiam expēsas cum propter iusticiam tenendam suas habeant prouisiones scilicet nedū sum ptus querit ꝑdo crassct. di. lxxxvj. nō satis. xxiij. q. j. militare. in fi. nec credo ꝙ etiam sponte oblata ac etiam mode rata queat recipere vt probat canō de eulogijs. xviij. di. ff. d offi. presi. solent. Iudex etiam delegatus nihil recipere potest a partibus nisi forsan esculentū et potulentum mera liberalitate obla tum quod paucis possit cōsumi diebꝰ de rescriptis statutum. §. insuper. li. vj. ¶ Quarto queritur vtrum inter pauperem et diuitem possit esse ami/ cicia vera. Breuissime huic quesito re sponderi potest generaliter loquendo ꝙ inter diuitem et pauperem vera po test esse amicicia quod sic ꝑbat ut vb

potest esse ydemptitas vera volunta tum ibi potest esse vera amicicia. quia amicicia ſm tullium est idem velle et idem nolle in rebꝰ honestis. sed inter diuitem et pauperem potest esse idem velle et idem nolle. nam diues potest cõmunicari pauperi de rebus suis et pauper potest seruire diuiti in quibꝰ potest igitur. ¶ Dicendum est etiaꝫ specialiter ꝙ inter pauperem volunta rium et diuitem potest esse perfecta amicicia quod sic probatur. Inter illos potest esse perfecta et vera amicicia in ter quos non regnat cupiditas nec in uidia et cum hoc habent idem velle ⁊ idem nolle. Inter pauperem volunta rium et diuitem nõ regnat cõmuniter cupiditas nec inuidia. nam ille qui est pauper voluntarius non cupit esse di ues alioquin si desideraret esse diues Iam non esset pauper voluntarius ſꝫ necessitate nec diues cupit esse pauper quia si desideraret paupertatem paup esse posset igitur inter pauperem ⁊ di uitem potest esse vera amicicia. Est.n. ymaginandum ꝙ cupiditas cuꝫ sit in ter litigia vt dicit in principio decret. Rex pacificus. impedit amiciciam et est radix omnium malorum vt dicit apostolus. vnde pauper voluntarius qui est sine cupiditate ẽ maxime aptꝰ ad amiciciam et si est cupidus iam nõ est pauper voluntariꝰ. Et sic patet ve ritas questionis.

¶ Uicesimũprimum pre ceptũ prie partis metrice.

INfantem nudum cum te natura cre auit. Pauperta tis onus paciẽter ferre memento.

¶ Nota ꝙ natura naturans que deus est ad hoc ꝙ hic infans p queꝫ homo quilibet typicatur q̃ ad vtrũqꝫ hominem ꝑficeretur ex sui prouiden tia disposuit vt primo in conceptione hominis exterioris.s. corporis adhuc in matris aluo existentis septenarius planetarum numerꝰ modo infra scri pto concurrere deberet alias si vnus deficeret vel deesset homo nullatenꝰ ad perfectionem peruenire valeret qđ taliter persuadetur. nam saturnus pri mo mense materiam conceptã in ma trice mollem et fluidam sua frigidita te condensat. Jupiter secundo mense spiritum in corpore ponit. Mars ter tio mense subtiliat sanguinem et hu mores componit. Sol quarto mense vitalem calorem in corde ⁊ epate tri buit. Uenus quinto mense aures na sum ⁊c. organa perficit et disponit. Mercurius sexto mense omnia cor poris foramina expandit et aperit. Sed luna septimo mẽse suis limitibꝰ membra et membrorum articulos p fecte disponit. hinc est quod nascẽtes septimo mense viuunt. Ut etiam se cundo nihil deesset perfectioni homi nis interioris scilicet anime ipsius in fantis sicut nihil deest perfectioni ho minis exterioris scilicet corporis vt di ctum est tonante celo septiformis gra tie spiritussanctus qui deus est in eo effudit qui in omni perfectione virtu tum perficeretur et formaretur quod patet per infra scripta singula discur rendo. Nam per donũ timoris ad mo dum saturni materiam fluidam con densantis pronitatem ipsius ad peccan dum prohibet et restringit. puer. xvj. Per timorem domini declinet omnis a malo ¶ Per donuꝫ fortitudinis ad modum iouis membra et spiritum tribuentis robur bene operandi tri buit et virtutem. puerbiorũ vltimo. ca. Accinxit fortitudine lumbos suos et roborauit brachium suum.

¶ Per donum consilij ad modum martis sanguinem subtiliantis et disponentis mentem suam in dei obsequium ordinat et componit. Prouer. xix. Audi consiliū vt sis sapiens in nouissimis tuis. Per donum sapientie ad modum solis vitalē colorem cordi et epati tribuentis eius animam dignum deo habitaculum facit eccl'. xv. Aqua sapiētie salutaris potauit firmabitur in illo et continebit illum. ¶ Per donum scientie ad modum veneris membra et organa perficientis sensus ipsius disponit et regulat vt sit omnibus sanctitatis exemplum. Prouer. xix. Ubi nō est scientia non est bonum. ¶ Per donum intellectus ad modum mercurij corporis foramina expandentis dat discretionis virtutem per quam que ad mittenda sunt que ve remouenda sunt discernere valeat. Ps. Intellectum tibi dabo. ¶ Sed per donum pietatis ad modum lune membrorum articulos disponentis quid vnicuique deserire debeat instruit et informat pietas enim ad omnia vtilis est. ij. ad thimo. iiij. ¶ Postq̄ autor in superioribus preceptis prebuit rudimēta ad memoriam preceptorum innocentie. ¶ Nunc vero in presenti precepto subsequēter prebet nobis rudimenta ad memoriā nostre premordialis originis innocentia vt per hoc paupertatem et alia nature incommoda cum omni virtute et paciencia sustinere debeamus sm qd in sequentibus plenius apparebit.

Attendēs igitur autor q inter cetera que homines a diuino cultu retrahāt et impediant sunt diuicie et maxime quando immoderate et affectuose appetuntur et ex eo q diuicie inducunt sollicitudinem et accēdunt ad sui amorem propter quod cor nostrum impediunt ne totaliter in deum declinetur ¶ Pro tanto autor rationabiliter dei cultorem inducit ad istud salubre documentum obseruandum quatenus onus paupertatis aliaque incōmoda ferat paciēter ac etiā humiliter dicens Paupertatis onus pacienter ferre memento. hoc ideo quia nobis est quasi naturaliter cōgenita et innata paupertas. et ideo autor hoc premittit dum dicit infantem nudum zc. quasi velit autor innuere q si de diuicijs et bonis temporalibus ad paupertatem deueniamus eam pacienter tollerare debemus. nam vt ait boecius nati sumus de vteris matrum nostrarum nudi ac etiam inopes omnium rerum. hoc etiā demonstrat dum dicit. Infantem nudum. ¶ Circa huius primi metri expositionem litteralem ac etiam moralē est breuiter sciendum q duplex est natura scilicet creans et creata. creans est ipse deus. creata est quelibet substantia. ¶ Pro quo sciendum q theologi talem assignant differentiam inter creare et generare et facere. Res enim de nihilo exit in esse per creationem. Sed exit in esse de aliquo faciente aliquid scilicet de substantia propria per generationem. Facere autem est operari de aliena materia. Creatura autem triplex reperitur scilicet corporalis tantum vt elementa spiritualis tantum vt angelus. Composita ex hijs tantum vt homo. ¶ Corporalis namque creatura distinguitur in corporea lucida vt syderea et opaca vt est terra metalla et huiusmodi et perspicua siue dyaphana vt aer et aqua. Creature quedā habent esse tantum vt lapides. quedam viuere vt arbores quedam sentire vt animalia. quedam intelligere vt angeli et homines. dicit ergo autor. Cum natura. id est deus. Creauit te nudum. id est nihil habentem quia pauper accedis in mundum istum. Infans. id est non fans quia fari nondum potest et pauper etiā inde recedit et hoc est quod Job. j. dicitur. Nudus egressus sum de vtero matris mee nudus reuertar illuc ¶ Sed nota q infans naturali natiuitate nascens tria facit que inducere debent ad humilitatis exemplum.

¶ Primum est quia non nascitur ridendo sed flendo. sap. vij. Primam vocem similem omniū emisi plorans. vnde augustinꝰ de ciui. dei. Puer qui nascit̄ a ploratu incipit nesciēs ꝓphat qd maloꝝ passurꝰ sit lachryme enim testes sunt miserie. solum quando na tus est homo risisse fertur zoraſtem tamen ille risus fuit monstruosus sibi modicum profuit. fuit enim inuentor artium magicarum et cū esset rex bar boꝝ a nyno rege assyrioꝝ ī bello iter fectus est. ¶ Secundū est ꝙ more bestiarum scilicet curuus et qua/tuor pedibus nascitur ad innuendum ꝙ compatur iumentis insipientibus et similis factus est illis. ꝓprium est iumentis oculos ad terram habere. Et quantum ad hoc bestialis est aua rus p̄s attestāte qui ait. Oculos suos statuerunt in terram declinare.

B

Tertium est ꝙ puer ad os manū po nit ad innuendum ꝙ ad tantas duci tur miserias propter peccatum factum ore primorum parentum. nam mulier peccauit ore ꝓpter malam suggestio/nem quando viro persuasit vt de fru ctu comederet ꝛc̄. vnde bernardus in meditationibus suis. Attende homo quid fuisti ante ortum et quid es ab ortu vsq; ad occasum atq; quid eris post hanc vitam profecto fuisti quod non eras postea de vili materia factꝰ es ꝛ in vilissimo inuolutus panno mē struali sanguine nutritus fuisti in ma tris aluo tunica tua fuit pellis secun/dina sic indutus et onustus venisti ad nos nec memor es ꝙ̄ vilis origo tua. sequitur. vide vnde veneris et erube sce vbi es ꝛ ingemisse quo tendis ꝛ cō tremisse. ¶ De fragilitate etiā con ditionis humane ꝛ ipsius reparatione multiplici vide supra in secunda pro/hemiali parte in. §. xlvj. qui incipit. Si vero tales. ante medium. hec omnia lo culenter nobis demonstrantur in il/la mundiali descriptione quam fecit ille magnus philozophus athlays de quo mentionē facit ysidorus libro ethymologiarum dicens ꝙ ille phūs fuit ita alti et perspicatis ingenij ꝙ fuit primus qui suo intellectu perue/nit ad cognitionem proprietatum pla netarum stellarum et cursus orbiū ꝛ fuit primꝰ inuentor astrologie. ꝓpter quod reputabatur homo celestis et nō terrestris et ideo depingebat̄ in tem plis cum celo super caput tenens vnā manum ad orientem aliam ad occiden tem quasi volueret celum ꝓ suo libi to voluntatis hic philozophus orbē vniuersum in quadam carta sub hac forma depinxit. Depinxit enim tres ci uitates vnā superius aliam in medio aliam inferius. Ciuitatem vero infe/riorem intitulauit ciuitatem exulum ꝛ bannitorum et innumeris portis de/pinxit eam. Ciuitatem mediam intitu lauit ciuitatem itinerantium siue cur/rentium et hanc cum vna sola depin/xit porta. Ciuitatem supremam intitu lauit ciuitatem gaudentium ꝛ hanc cū paucis depinxit portis. ¶ Moral iter prima ciuitas scilicet inferior est ci uitas infernalis illuc enim vadunt om nes qui sunt a celi ciuitate exulati et banniti et dicitur habere innumeras portas ad denotandū ꝙ diabolꝰ ha bet infinitos modos trahendi homi/nes ad infernum et hoc est quod di/cit gregorius in moralibus prius con ditiones vniuscuiusq; respicit et tunc temptationis laqueos imponit. Ciui/tas suprema est ciuitas beatorū et est ciuitas gaudentium quia prout dicit ysa. lj. Gaudium et leticiam obtinebūt Et dicit augusti. ꝙ in illa ciuitate om ne bonum habetur et omne malū ex cluditur hec dicitur paucas portas ha bere. vnde in diuina pagina assimila/tur per ciuitatem hierusalem que ha bet tantū duodecim portas. apoc. xxj. quia forte pauci sunt intrantes in eā. Multi enim sunt vocati pauci vero electi. Math. xxij. ¶ Ciuitas media est mundꝰ iste a celo infra vsq; super

terram et hec ciuitas dicitur itineran tium seu currentium et proprie dicitur ciuitas currentium quia reuera nunquam fuit nec esse posset quod ita velociter curreret ad aliquem locum sicut nos velociter currimus versus mortem et hoc testatur augustinus dicens. Uita mea est cursus ad mortem. Et iob.ix. scribitur. Dies mei velociores fuerunt cursore. Hec autem ciuitas non habet nisi vnicam portam per quam intra/ mus et eximus. Omnes enim nudi in gredimur et sic nudi egredimur ni/ hil enim intulimus in hunc mundum et nihil inde ferre possumus. Dicit apo stolus prima ad thimo.vj. In hoc nõ est differentia diuitis et pauperis et est etiam vnus introitus similis ad vitam et ad mortem.sapientie.vij.ca. Igitur si mortales bene attenderent et aduerterent in quali et quanto ante primorum parentum transgressionem erant sublimati honore et nunc econ/ trario.quanta sunt obnoxij miseria et vilitate certe causam habent non se in aliquo extollendi sed potius se humi liandi. ¶ Dicunt enim doctores quod ante primorum parentum nostrorum transgressionem eramus in quadrupli ci sublimati honore. Primo enim era mus domini omnium animalium tam auium quam quadrupedum.ps.attestãte. Omnia subiecisti sub pedibus eius oues et boues vniuersa insuper et pecora campi. ¶ Secundo eramus pleni diuina scientia per quam cognoscceba mus virtutem omnium stellarum. Tertio nunquam habuissemus infirmi/ tatem nec etiam dolorem. Quarto nunquam poteramus mori sed translati fuissemus de terra ad celum ad libitũ nostrum. ¶ Per peccatũ vero om nibus istis spoliati fuimus et sumus et ad tantam deuenimus miseriam quod omnia nobis aduersantur sicut puli/ ces et culices et cetera animalia quan tumcunque minima ita quod per peccatum spoliati sumus in gratuitis et in natu ralibus vulnerati. id est obfuscati et debilitati et inde mors et pena euenit et omnes res mundane facte sunt de/ teriores et minorate. ¶ Nota quod gratuita bona sunt fides: spes: et cari tas.attamen non debemus ex hoc in baratrum desperationis tendere sed potius in dei misericordiam et gratiã sperare qui potens est infantem sic nu dum.id est spoliatum.id est donis et gratijs reinducere ac etiam taliter san ciatum sanare exemplo illius boni sa maritani qui velut mediator et medi/ cus hominem vulneratum benigne cu rauit. Luc.x.per quem secundum augustinum de questionibus euangelij humanum genus designatur quod ab immortali tate ad mortalitatem decidit ideo a dyabolo captus multis viciorum pla gis perfusus est. Samaritanus autem custos ille fidelis dominus i. sus chri/ stus misericordie motus in via nostre mortalitatis in vulnera eius infudit vi num et oleum et sanatus est que ver ba pertractans Chrisostomus super Math.dicit sic. Uinum infudit.id est sanguinem passionis et oleum chrisma tis vt indulgentia daretur per sangui nem et sanctificatio conferretur per spi ritussancti vnctionem. Unde in huius dilectionis diuine signum Joh.iij.scri bitur quod sic deus dilexit mundum vt filium suum vnigenitum daret hoc est quod sine dubio intendit autor in hoc primo metro. Infantem nudum.

¶ Circa secundi metri expositionẽ litteralem et moralem est breuiter sciẽ dum quod paupertatis onus. id est ege/ statis paciener tollerandum est et fe rendum exemplo thobie.iiij.inquit ipse thobias. Pauperem vitam gerimus sed habebimus multa bona si timuerimus deum ideo in eius commendatio ne dominus beatitudinibus et earum meritis eam premisit. Beati pauperes spiritu. Math.v. Insinuans pauperta tem esse fundamentum virtutum et beatitudinum si fuerit humilitate ad/

ornata. Humilitas enim est custos pau
pertatis ait gregorius. j. dyalogorum
capitulo. xxij. Sine hac enim pauptas
non multum prodest eo q deus odit
pauperem superbum. eccl. xxv. Hiero
nymus epistola. cxx. Plus est animuz
deposuisse q̄ cultum. Difficilius arro/
gantia q̄ auro caremus et gēmis. hijs
enim abiectis interdum gloriosum ti
memus sordibus et vendibilem pau/
pertatem populari auri offerimus. ta/
les pauperes deus amat. Jaco. ij. Non
ne deus eligit pauperes &c. Reperiun
tur tamen aliqui pauperes qui onus
paupertatis impacienter tollerāt mur
murantes contra deum & dicentes qd
fecimus deo in quo eum offendimus
q nobis non equaliter distribuat vite
subsidia: sed vni habundans alij vero
deest: non est inquiunt amicus noster
sed potius inimicus. quod est contra
autoritatem Jacobi ante dictam. Bre
uissime huic fatue querele potest dupli
citer responderi. Nā primo respondet
ambrosius in canone. sicut hij. xxxvij
di. q hoc ideo fit quia alij volunt ex/
perimenta conferre benignitatis. Alij
vero per virtutem paciencie coronare
Secundo respōderi potest q ideo fa
ciunt quia oculi eorum tanq̄ ignoran
tie tenebrum excecati videre nequeūt
veritatem. ¶ Illud idem de diuitibus
fluide pauperibus iudicium prebenti
bus potest dici. hot enim probari pōt
eo modo quo alabatem in libro sciētie
perspectiue asserere videtur. Dicēs q
res visa maior q̄ sit fm veritatem ap
paret oculi existenti in medio rariori.
Econtrario vero conuenit oculo posi
to in medio densiori. vnde existenti
oculo in aere rem visam in aqua exi/
stentem maiorem necesse est apparere
minorem autem oculo in aquam defi
xo & re visa in aere collocata. modo cō
simili plurimumq3 conuenit q pauper
aliquis existens in arido paupertatis
cum videt aliquem mundanis affluen
tijs opulentem ipsum iudicat esse ma
gnum. vnde. Ps. Beatum dixerunt po
pulum cui hec sunt. Sed fallitur iudi
cio visus eius. vnde dicit quidam phi
losophus. Nemo eorum quos natura
sublimes facit propter hoc magnus est
vel magni sunt si tibi magni videntur
quia intueris eos cum base sua. Non
enim granum milij magnum est q̄uis
supra montez sit positum. ¶ Econ
tra qui transitorijs rebus et mundi di
uicijs est immersus cum videt paupe
rem a mundanis diuicijs elongatū re
putat eum modicum: cum reuera ma
gnus sit apud diuinum oculum respi
cientem in pauperem et in iudicio non
errantem. In oculis autem diuitū pau
peres minimi reputant̄ vt dicere pos
sunt quod dixerunt exploratores nu/
meri. xiij. Filios enachim vidimus in
quibus compati quasi locuste videbā
tur. ¶ Ad hunc sensum optime facit
quod narratur de magistro alano do
ctore egregio adhuc tamen pauperri/
mo qui cum a quodam suo discipulo
iam in episcopum sublimato ad pran/
dium inuitatus fuisset & episcopus ei9
cernens inopiam. Miror inquit magi
ster non modicum quia scolares ve/
stri iam facti sunt magni. vnus est ab
bas alter episcopus alter archiepisco
pus et vos estis in paupertatis nihilo
derelictus. Alanus aliter sentiens tanq̄
habens rectum iudicium tale fert̄ de
disse responsum. Nescitis inquit quid
sit dignitatis perfectissime celsitudo &
vera hominis magnitudo. Non est. n.
magnum esse episcopum sed esse bo/
num clericum probatio ad vocem triū
ribaldorum canonicorum quibus da/
bitur eligendi potestas fiet vnus eps
Sed si omnes sancti qui sunt in para
dyso et omnes homines existentes in
mundo citra deum concorditer in vno
ore dicerent jmartinus est bonus cleri
cus: non ideo martinus bonus clericus
esset. sed adhuc in sua insipientia re/
maneret. Iste quidem episcopus cui9
oculus erat tanq̄ in densiori medio di

uiciarum imersus:alanuz vero magnū esse modicum reputabat quem in paupertatis medio subtiliori cernebat.

Fertur etiam alanum postmodum addixisse.pbo vobis domine episcope ꝙ pauper est rex et dominus huius mundi.nam voluntati diuitis quantūcūqꝫ potentis mundus per omnia non obedit dum timet perdere quod habet ꝛ vult acquirere quod non habet et in hoc mundus eius voluntati repugnat quia vellet quod habet non posse perdere et quod non habet iam acquisiuisse.pauper autem habet mundū voluntati sue prorsus obnoxium.Cuꝫ em̄ contemnat diuicias nihil optat acquirere et cum nihil habeat nihil timet perdere.Et ideo verum est quod fortunatus ait.Pauper in augusto regnat habendo deum.Et seneca loquens de dyogene maximo diuiciarum contemptore qui alexandro regi offerenti sibi munera respondit. Tolle inquit non sunt hec munera hominum sed onera iumentorum.De hoc em̄ dyogene pulcre inquit seneca potentior erat dyogenes alexandro macedone omnia possidente.plus enim erat ꝙ ille nollet accipere ꝗꝫ ꝙ ille posset dare. Ista tamē visus deceptio mentes potentum ꝛ diuituꝫ hodie sic inuasit ut apud eos homo nihil reputet̄ nisi vel diues fuerit vel saltem diues ꝭm apparentiam extimetur.Ex hoc eniꝫ omnis inconueniētia sequitur quia plꝰ defert̄ honor vestibus ꝗꝫ virtutibus.plus venustati ꝗꝫ honestati.Scribitur enim in historijs romanorum ꝙ romani qui viros deificare consueuerant cum disputarent in consilio.vtrum in numero deorū esset christus recipiendus cum tot miracula fuisset operatus? Et tandem diffinitum esset ꝙ non deberet recipi qꝛ nō haberet cultores cum paupertatē predicauerat quam naturaliter vnusqſqꝫ contemnit. ❡ De materia huiꝰ duplicis responsionis et de commendatione paupertatis et ipsius paupertatis effectu vide supra in parte prohemiali in defectibus pauperū in.§.xlvij qui incipit:Quare accedat sextum principale.Ubi dixi ꝙ inopuꝫ deformitas cureqꝫ realitas demum applicetur.

De virtute quoqꝫ paciencie vide supra in parte prosayca precepto.xxv. Pacienter vince parentes. Et ibi satis de materia sed latius de virtute paciētie dicet̄ infra eadē pte metricali. xxxiiij. Maxima enim morum dicetur pacifica virtus. ❡ Nota ꝭm scripturas et canones ꝙ mediator dicitur christus quadrupliciter.Primo inter homineꝫ et angelum reparando lapsum angelorum per hominem.Secundo inter hominem iudeum et gentilem hic auferens ritum ceremonialium et ydolatriam. Tertio inter deum et homineꝫ quia cum vtroqꝫ extremorum habet aliquod cōmune scilicet deitatem cum patre et humanitatem cum homine. Quarto fuit mediator dei et hominuꝫ fecit enim pacem inter deum et hominem.ipsum per eius passionem redimendo et reconciliando. ❡ Unde pro huiusmodi tamen intelligentia est breuiter annotandum illud quod recitat augustinus.iij.de ciuitate dei.capitulo.xxv.ꝙ cum quidam tres deas ad prandium inuitasset iunonem deā potentie:palladem deam sapientie:et venerem deam amoris et beniuolentie. et deam discordie non inuitasset et ex hoc indignata fuisset ipsis discumbentibus in prandio aureum pomuꝫ inter eas per fenestram proiecit in cuius circumferentia erat scriptū.pulcriori det̄. Et cum inter se illud pomum cuius esse deberet contenderent eo ꝙ quelibet earum se ceteris pulcriorem reputabat que cum inter se conuenire non valentes se paridi cōmiserunt vt illiꝰ pomum esse deberet quam ipse iudicaret ceteris pulcriorem qui iudicauit ꝙ pomum veneris que dea amoris erat esse deberet.eo ꝙ ceteris pulcrior est. Moraliter triplex fuit tempus primū

fuit tēpus nature in quo potentia mul/
tum viguit quia illis diebus erant gi/
gantes supra terram. Unde gen̄.vj.
Isti sunt potentes a seculo viri famosi
Secundum fuit tempus legis scripte
in quo viguit multum sapientia. quia
illis diebus scientie inuente sunt. Ter
tium est tempus gratie amoris scilicet
quando saluator in mundum descen/
dit. quia tunc gratia et veritas ꝑ iesum
christuꝫ facta est Jo.j. Sed dea discor
die scilicet dyabolus aureum pomum
proiecit in mundum per accidens tuꝫ
quia occasione discordie quam posuit
inter deum et hominem per peccatuꝫ
dei filius benedictus qui est pomum
aureum venit in mundum et in dea
amoris videlicet beate virginis vterū
benedictuꝫ se locauit cui amore deo re
consiliati sumus. hoc probatur in ca/
none. tū ad verum ventuꝫ est. lxxxxvj
di. Reuera pomum videlicet dei filiꝰ
benedictus in se habꝫ sex conditiones
que in pomo vel fructu precioso requi
runt̄. Primo ꝙ ē speciosus in aspectu.
Secundo fragrans in olofactu. Ter/
tio suauis in gustu. Quarto purus in
tactu. Quito preciosus in valore. Se/
xto nobilis in munere. ¶ Hec om
nia habuit in se istud pomum tanquā
fructus preciosus. Primo enim istud
pomum habuit speciositatem in visu
De quo scribitur cant̄.v. Dilectꝰ meꝰ
candidus et rubicundus. Sed valde
notandum est quod dicit candidus ꝛ
rubicundus cū tamē alij colores sunt
necessarium ad pulcritudinem et deco
rem. Ad hoc responderi potest per ex
emplum camaleonis. de quo solinꝰ in
libro de mirabilibꝰ mundi dicit ꝙ ca
maleon qui tantuꝫ viuit de aere viget
decore quia omniū colorū preter duos
scilicet album et rubeum est suscepti/
uus. ¶ Moraliter per camaleon
qui tantum viuit de aere intelligit̄ an
tichristus qui erit aere superbie infla
tus qui omnem christi virtuteꝫ simila
bit habere scilicet pacientiam: humili

tatem ꝛ sic de alijs ꝛc̄. Sed coloreꝫ al
bum scilicet natiuitatē de virgine quā
christus habuit similare non potest qꝛ
de pessima meretrice nascetur nec etiā
colorem rubeam caritatis in passione
et sui preciosissimi sanguinis effusione
quam christus habuit qui pro peccato
ribus mortuus est ostendere poterit.
quia ipse turpiter occidetur. ¶ Se
cundo ille fructus tanꝙ̄ fructus pre/
ciosus habuit in odore fragrantiam.
gen̄.xxvij. Ecce odor filij mei sic̄ odor
agri pleni cui benedixit dominus. Ubi
sciendū est ꝙ odor valde nutrit et cō
fortat. vnde legit̄ in libro de pomo ꝙ
dum aristoteles infirmaretur egritudi
ne de qua mortuus est in manu pomū
tenebat cuiꝰ odore refocillabatur nec
anima de eius corpore soluebatur ꝛ sic
per plures horas virtute illius odoris
illius pomi vita prolongata est. Et cū
quidam philozophi ad eum visitandū
accessissent a lōge cernentes ipsiꝰ vul
tus macillentiam crediderunt eū mor/
tuum esse et ex hoc amare flere cepe/
runt qui cum appropinquassent viden
tes ipsius vultus hylaritatē gauisi sūt
gaudio magno valde. eum iterum eua
dere posse credentes. quibꝰ dixit se iā
per plures horas mortuum fuisse nisi
pomum esset quod in manu tenebat
cuius odore aliquantulum spiritus cō
fortabatur ¶ Sic reuera moraliter
si ob peccati mortalitatem mortuꝰ es
Attrahe ad te istius pomi odorem cu
ius odore mortui reuiuiscunt et hoc ē
quod iacob dicebat in figura gen̄.xliij
Emitte de optimis terre frugibus et
deferte viro munera. deus autēꝫ meꝰ
faciat eum vobis placabilem. ¶ Ter
tio illud pomum tanquam fructus spe
ciosus habuit suauitatem in gustu. vn̄
ps̄. gustate et videte quoniam suauis
est dominus. vnde bernardus in libro
de amore inquit. Saporem quideꝫ sen
tio dulcem adeo confortantem vt si ꝑ
ficeretur in me nil vltra quererem sꝫ
eaꝫ accipiens nullo corporis visu nullo

anime sensu nullo spiritꝰ intellectu ad uertere me permittit quid sit. Cum eũ accepero tenere et ruminare volo et eius saporẽ diiudicare: sed statiꝫ trãsit deglutio quidem ista quicquid illud ẽ in speꝫ vite eterne. ❡ Quarto istud pomum habuit puritatem in tactu q꞉ non solum in se mundus erat et purꝰ ſꝫ alios tactu suo purificabat atqꝫ mũdabat. Sic enim scribitur Math. viij de purificatione illiꝰ leprosi extendẽs manum tetigit dicens. volo mundare ❡ Quinto istud pomum tanquaꝫ fructus preciosus habuit preciositatẽ in valore. vnde. ij. petri. Maxima et preciosa nobis donauit. ❡ Sexto istud pomum habuit nobilitatem in munere quia oblatus deo in ara crucis redemptionem fecit omnium peccatorum.

❡ Uicesimumsecũdũ preceptũ prime ꝑtis metrice.

Ne timeas illam que vite est ultima finis. Qui mortem metuit quod viuit perdit idipsuꝫ

ad ❡ Nota ꝙ tria sunt propter que homo specialiter timet mortem. Primum est amenitas loci quem deserit. scilicet mundi qui est multum amenus et diuicijs et honoribus multum ornatus. Secundum est obscuritas medij

di per quod transit. s. terre que est multũ tenebrosa. Tertium est extraneitas loci ad quem vadit quia locus ad quem vadit multum est extraneus. Contra hec tria dat seneca remedia in libro de remedijs fortuitorum. ❡ Contra primum dicit morieris putabam te aliqd noui mihi dicere ad hoc veni huc ego

tio huc me dies singuli ducunt. ❡ Contra secundum dicit nec primus nec vltimus sum omnes me antecesserunt. omnes me sequentur. ❡ Contra tertium dicit. imo vita peregrinatio est. mori vero in patriã ire. ❡ Postꝙ̃ autor in proxime precepto prebuit rudimenta ad memoriam nostre flebilis primordialis originis inducentia per quam ad humilitatem et pacientiam prouocamur. nunc vero in presenti precepto ꝑbꝫ nob̃ rudimẽta ad memoriã nostri vltimi finis inducentia per quã inducimur ad sic virtuose viuendum vt duꝫ illa que nostre vite est finis vltimus scilicet mors aduenerit eam nullatenus timeamꝰ. Sed nota ꝙ hic vel hec finis est incerti generis. vnde apostolus ad ro. vj. capitulo. Finis omniũ malorum est mors. Attendens igiẗ autor ꝙ nil aliud in hac vita mortalium est quod intantum cultorem dei habꝫ a malis retrahere et per consequẽs ad opera virtuosa inducere sicut frequẽs mortis meditatio que vite nostre est finis vltimus. Pro tanto ipsuꝫ dei cultorem incitat vt viuens talia operetur ꝙ moriens mortem timere nõ debeat vllo modo. hoc autem instruit facere per presens preceptum dum dicit. Ne timeas illam. ❡ Pro huius primi metri intelligentia et obseruantia est breuiter sciendum ꝙ circa necessariuꝫ mortis euentuꝫ habet vnusquisqꝫ mortalis ꝺ salubri sibi remedio prouidere Quale vero in hoc sit remediuꝫ ad salutem docet seneca epistola. iij. ad lucillum dicens. Hec deniqꝫ certa mortis diem presta moriantur ante te vicia et ideo ad lucillum. viij. ante senectutem curaui vt bene viuerem in senectute ꝛ bene moriar. nam quemadmodũ aues pisces et animalia per caudam ipsoruꝫ iuuantur ad vitam que cauda finalis est particula sui corporis vt patet ad sensum. quia piscis natando per caudã fugit retia mortis sue. auis volando ꝑ caudam fugit persecutorem accipitreꝫ et laqueũ mortis ibi ab aucupatore paratum. Jumenta etiam per caudam a pungentium volatilium stimulis se de

A

fendunt. Sic et homo per caudã hoc est per finem vite sue scilicet per con/templationem mortis et humane fra/gilitatis que mors est finis vltim9 vite hominis se debet iuuare salubriter carnis cõcupiscẽtias: inuidias supbias et alia vicia relinquendo et virtutib9 inherendo confessioni et penitentie cõmissorum satisfaciendo hoc est autem quod scribitur Job.xij. Ubi dicit. Interroga iumenta et docebunt te: volatilia celi et indicabũt tibi: et pisces maris. Et sic faciendo non timebis illã. scilicet mortem Que vite est vltima finis. vt autor noster docet.

B ¶ Pro secundi etiam metri intelligentia ẽ breuiter sciendum q ille qui mortem metuit. id est ille qui operatur illud pro/pter quod debet timere mortem. Perdit ipsum. s. quod viuit. Hoc est verũ si penitentiam non egerit de cõmissis. Aliter contra. id est vitaz viuendi supple perdit. Quasi dicat. q qui semper timeret mortem quasi mors est. qui. n. respectuz mortis semper habet ad oculos cordis semper tristis efficit et ƀm hoc istud preceptum viuendi non est catholicuz. imo semper memoria mortis ante oculos cordis habere debe/mus vt mala relinquamus et vicia. et pro tanto dicitur q horam mortis ti/muerunt sancti antiqui. vnde in vitis patrum libro secundo parte secunda legitur q ait abbas helias. Tres res timeo. vna est quando anima egressura est de corpore. Alia quando occur/surus sum deo. Tertia quando aduersum me proferenda fuerit sententia.

¶ Sequitur ibi quod ait theopholus episcopus moriturus. Beatus es ab/bas arseni quia semper hanc horã an oculos habuisti. Et parte. xj. dicitur q abbas agathe quando erat moritur9 per tres dies mãsit imobilis apertos tenens oculos ad quẽ fratres abbas vbi es? qui respondit in conspectu diuini iudicij consisto. ꝛ illi. et tu times? quibus ille. Laboraui virtute qua potui in custodiendis mandatis dei. sed homo sum ꝛ nescio si placuerunt opa mea deo: quia aliter sunt iudicia ho/minum aliter dei. nec presumo nisi venero ante deum. Et cum vellent am/plius interrogare ait. nolite multũ lo/qui quia occupatus sum. Quo dicto mortuus est in gaudio. ideo sequitur ibi. memor esto semper exitus tui ꝛ ne obliuiscaris eterni iudicij et nõ erit delictum in anima tua. Nimirum ergo si timebat mortem quia hoc habet locũ in hijs qui sunt mediocriter boni qui non sunt adhuc in statu perfectissimo quia etiam tales debent mortem timere. tum pro eo quia nesciunt vtrum fecerint bona propter que possunt eternam vitam promereri. tum pro eo q nesciunt vtrum sint grati deo. vñ gregorius mora. xviij. de dilectis sic dicit Cum de omnibus semper diuina iudicia pertimescant tunc tamen vehemẽter metuunt cum ad soluendum hũane conditionis debitum venientes districto iudicio appropinquare se cer/nunt et sic homo tantum timeratior quanto eterna retributio vicinior.

¶ In hijs vero qui in dei amore sunt perfecti ꝛ hij ƀm augustinũ in enchenidon valde boni appellantur ꝛ in casu in quo oportet eos mortem pati vel fidem abnegare sic mors non est eis timenda: sed pro deo sustinenda. vñ. j. Joħ. iiij. Timor non est in caritate: sed perfecta caritas foras emittit timorem. vnde aliqui sancti in amore dei perfectissimi solum mortem non timebant sed interfectoribus se offerebant vt de legione thebeorum patet et de mrtis alijs sanctis. vnde isto modo intelligendo autoris preceptũ esset bonum et catholicum alias non. C

¶ Si vero istud preceptũ ad reprobos qui sunt valde mali referatur. scilicet q mortem non timeant tunc sequeretur absurditas. quia ex hoc remanendi in peccatis preberetur occasio et talibus consuli debet contrarium eius scilicet

ꝙ mortem timeant vt per hoc a pec/catis citius resiliant et ad deum con/uertentur.et hoc est quod eccl.iiij.dici tur. O mors ꝙ̃ amara est memoria tua homini.iniusto.id est peccatori. Sed reuera plurimi hodie reperiũtur in hac vita mortali qui sequuntur opi nionem quorundam gentilium qui glo riam suam ponunt in temporali vita sicut et ipsi faciebant nullam spem ha bentes de vita eterna. imo quod stul tissimuz est dicere affirmabant animã simul cum corpore mori quod valde ẽ absurdum hoc credere vel etiam hoc cogitare quia si hoc esset verum delu siue fecisset deus hominem cuz ex ipo exire debeat omnis materia bonitatis que nulla debet esse opinio sapientuz: quia illa sublimis sapientia que omniũ sapientiarum caput existit improuise ac pro nihilo tanta opera condidisset quod probari aliter possit.Constat ir/refragabiliter illum esse summe boni tatis et sapientie fontem qui mundũz condidit et humanã plasmauit effigiẽ ipse siquidẽ non improuise omnia hec sine ratione pertractat.Improuise aũt et sine ratione aliqua agere hijs perti net quibus deficit scientie plenitudo. Sed cũ ipso deo omnis plenarie fons et thesaurus totius sapientie ⁊ poten tie requiescat nequaꝙ̃ aliqua sine rõe ɔnectit.Sed mũdũ facere ⁊ hões plas mare et omnia perire ita ꝙ nulla ex ipsis emitteretur materia bonitatis po tius ab improuisione ꝙ̃ a rationis di scretione procedere videretur. Igitur falsa est illoꝝ opinio qui corpus simul et animam deperire fatẽtur. ergo post mortez corporis anima viuit et ab ipo qui eam infudit corpori debita mune ra consequetur. ¶ Cum igitur pro batum sit animam post corporis inte ritum vita viuere necesse est ꝙ aut pe nis afficiatur aut gloria decoretur.Sed si volumꝰ intelligere theologice mor tem non esse timendam a catholicis q spem resurrectionis habent hic etiam est verus intellectus et bonus. Et sic intelligendo nullus debet timere mor tem scilicet corporalem et hoc propter resurrectionis generalis fidem qui est penultimus fidei nostri articulus quẽ matheus apostolus in simbolo anne ctiuit dicens. Carnis resurrectionem. quem articulum necnon ⁊ alios quos habes supra in secundo speculo metha phorico.quod ponitur pro secũda pte libri.Si deus.Fidelis quilibet ac sine vlla hesitatione firmiter credere debz alias autem infidelis est censendus.de hereticis capitulo.j. ¶ De fide eniz nullus debet dubitare sed articulos fidei firmiter credere.de sum.tri.ca.j. in principio.alias saluus esse non pote rit vt in simbolo anastasij. Quicunqz vult ⁊c.Et.xxiiij.di.quando episcopꝰ. Si autez curiosus inquirere vellet ad quid nobis vtilis est fides et spes re surrectionis. Ad hoc respõderi potest ꝑm theologos ꝙ est nobis vtilis ad quatuor.Primo ad tollerandas tristi cias quas ex mortuis concipimus. Impossibile est ꝙ homo non doleat de morte cari sui sed per hoc ꝙ sperat eum resurrecturum multũ dolor mor tis mitigatur.vnde ad thess.iiij.scri/bitur.Nolumus enim vos ignorare d̃ dormientibus vt non contristemini si cut ceteri qui spem nõ habent. Secun do sollicitos nos reddit et ad bñ ope randum studiosos. Si enim vita ho/minis esset tantuz ista in qua viuimꝰ non inesset hominibus magnum stu/dium ad bene operandum cum quic quid facerent parum prodesset cum.n. desiderium non sit ad bonum deter/minatum scilicet ad certum tempus ꝫ ad eternitatem et quia credimus ꝙ ꝑ hoc ꝙ hic faciemus bona opera in re surrectionez recipimus.ideo studemꝰ bene operari.vnde apostolus.j. ad co rinth.xv.Si in hac vita tantum spe/rantes essemus miserabiliores omni/bus hominibus. Tertio retrahit nos a malo.sicut eniz spes premij ad bene

operandũ allicit. Ita timor pene quã credimus malis seruari a malo nos retrahit. Jo.v. Qui bona egerunt in resurrectionem vite. qui vero mala egerunt in resurrectionem iudicij. Quarto aufert timorem mortis. nam si homo post mortem non speraret aliam vitã meliorem sine dubio esset mors valde timenda et potius deberet homo quecunqȝ mala facere q̃ͣ mortẽ incurrere. Sed quia credimus aliam vitam meliorem ideo mortem corporalem nõ timemꝰ. De quadruplici morte vide in tertia parte metrica p̃cepto. xxiiij. Fac tibi pro penis mortem. in solutione secunde questionis. De hac etiam materia vide ad plenuȝ in secunda pte metrica precepto. vij. Linque metum leti et ibi require si placet.

Rethorica sup. xxiii. p̃cep.

Si tibi ꝑ meritis ⁊c. Hoc proprietatis crimẽ obijciet viciorꝫ damnosa sordicies ꝙ criminum illaqueata cõpedibus corripientis manuȝ cõgratulanti animo non admittitur ſȝ potius ex corruptione deterior ex medicamento morbidior nonnunq̃ͣ omnis curationis abijcit medicinas. dum igitur tyrannus virtutis ac sensualitatis abusus ac ꝓprie voluntatis abusus ad stipendiarum secuȝ trahunt omnẽ excercitum viciorum hospiciolum mẽtis obsedunt excercetur protinꝰ rationis imperium qui iuxta ph̃m semper deprecat̃ ad optima vt tantis viciorũ pestibus potenter occurrat actu. huiꝰ doctrine sedulus auditor vt a viciorꝫ abysso resilias. vt correptoruȝ nouiter pacienter sufferas. et vt iure blasphemie sermoneȝ ex impacientie cubiculo ꝓcedentem sapienter excludas studio sapientie ac virtutum ministerio te excerce ⁊c. Incusare deum noli.

Vicesimũtertiũ preceptũ prime partis metrice.

Si tibi pro meritis nemo respõdit amicus. Incusare deum noli sed teipsum coherce.

Postq̃ͣ autor in ꝑxime precedenti precepto prebuit rudimenta ad memoriam nostri vltimi finis inducẽtia per quam inducimur ad virtuose viuendum. ita ꝙ quotiensc̃ũqȝ ipse vltimus finis nostre miserabilis vite scȝ mors aduenerit nullatenꝰ eam timere debeamꝰ. Nũc vero in presenti p̃cepto subsequenter p̃bet nobis rudimenta inducentia ad diuina iudicia cũ nobis aduenerint pacienter tolerandu siue ꝓspera aduenerint siue aduersa. ita ꝙ nõ nimis eleuemur ꝓsperis nec etiã per impacientiã ɔtra deũ murmurando frangamur aduersis. Hoc auteȝ osndit sub exẽplo illius qui amico seruiciũ impẽdit ⁊ in necessitatis articulo versa vice non rependit eidẽ quod est quodãmodo hominẽ inducere ad desperationis baratruȝ et hoc est quod de hoc p̃cepto breuiter intendit autor dũ dicit. Si tibi ꝑ meritis ⁊c. Quasi velit inuere. Si tibi ꝑ meritis .i. seruicijs. Nemo rñdet amicꝰ .s. tue necessitati subueniendo. quid debes tu tunc facere. Incusare deũ noli .i. contra deũ de hoc murmurare nullomodo debemus .s. blasphemando. sed teipsum coherce .i. cor tuum constringe ⁊ linguã tuã ita moderare debes ꝙ nunq̃ͣ ɔtra deũ quicquid fatue loquaris. qꝛ si non fuisti sagax non est deus culpandꝰ ex eo ꝙ non cogit aliquẽ ad aliquid peragendũ imo nobis liberum tribuit arbitrium quicquid libet peragendũ ꝓpter quod remouet̃ materia deũ incusandi. Incusare enĩ ꝓprie est minorꝫ

A

ad maiores ita dicendo. Infelix vere sum. vere me de9 persequit͂ qr omnes mihi ingratos repio. Certe hoc impu tare nõ debes deo sed tibi hoc est fa tuitati tue et insipientie. ❡ Pro hu ius pcepti quo ad vtrunqз metrũ in/ telligentia ꝛ obseruantia est sciendũ ꝙ quãq̃ in diuinis scripturis ꝗplurimi vicio ingratitudinis laborantes repti fuerint de multis contra deum mur/ murasse. nihilominus tamẽ adhuc ho die reperiuntur multi mali homines ingrati vel etiam fatui ꝯtra deũ mur/ murantes et specialiter d͂ prosperitate malorum et aduersitate bonorũ. Pro cuius rei euidentia est aduertendũ ꝙ qr paciencie et fortitudinis natura est diuina humiliter sustinere iudicia. Jo circo ad perfectionem et pacient ã eo rundẽ et ad laudem dignam et obser uationem ipsorum vere monstrari nõ potest quin oĩa diuina iudicia quantũ cũqз incõprehensibilia sint et occulta: siue sint grauia siue grata siue iustissi ma siue verissima in seipsis et ad sala tez mortaliũ succedẽtia sint vel pmissa
B ❡ Ad quoꝝ euidentiã latiorẽ est aduertendũ ꝙ supremũ qdcunqз iudi ciũ iusto viro vel scelerato contingit. Si iusto aũt ẽ iudiciũ ꝓspeꝝ vel ad/ uersũ. Si ꝓspeꝝ dignũ ꝛ iustũ ẽ. ꝓba tio huiꝰ. nã exigit diuine bonitatis iu sticia vt ꝟtuosis iustoꝝ meritis digna p̄mia debeant͂. hoc ẽ aũt qđ scribit do ctor veritatis paulus. j. ad corinth. iij. Unusq̃sqз ꝓpriã mercedẽ accipiet ꝟm suũ laborẽ ergo diez felicitatis et gr̃e iusto viro ꝯtingens rõnabiliter iustũ. Si aũt viro iusto ꝯtingit aduersitatis vel tribulationis iudiciũ. Dico ꝙ tale iudiciũ iustũ est et sanctũ. ꝓbatio. nam cũ mortalis qlibз ex hũane fragilitate nature ꝛ excellentie tp̄alis vanitatis il lecebra p viã supbie auaricie inuidie lu xurie gule detractiõis odij verbo vel facto et alijs defectibus vel excessibꝰ infinitis siue offendat siue offenderit creatorẽ. cũ nemo sit pfectꝰ qr sic scri bit in canonica. j. Joh. j. Si dixerimꝰ ꝙ peccatũ nõ habemꝰ ipsi nos sedu/ cimꝰ et veritas in nobis nõ ẽ. Et Jac. iij. In multis. n. offendimꝰ omnes et ꝓpterea talis iustus q̃uis ad p̄sens penitens sit et bonus et incipiat esse quod non fuit nec ꝟm gregoriũ in hoc despiciendus sic vt in canone. ferruз. .l. di. tñ nõ fuit semp bonus qñqз scз vel verbo vel facto vel voluntate vl̃ cogitatione deliquit. cũ sit de supne p fectione iusticie vt sic vicia puniantur ꝙ virtutes premio suo nõ carcãt ꝛ ꝙ opera virtuosa sic in bono suo conser uent͂ ꝙ mala non transeant impunita Jdcirco deꝰ iustꝰ et dñs p aliculꝰ in firmitatis dãnificatiõis tristicie tp̄alis bonoꝝ perditionis exilij vel alterius passionis digno iudicio viꝝ iustũ quẽ diligit de neglectis suis vicijs p pniãз non purgatis in hac parua vita mili/ tante purgat et punit et iuste purgatꝰ et purus in triumphante vita premia eterne felicitatis accipiat. Et esto ꝙ ta lis iustus in statu innocentie et perfe/ ctionis possibilis pmaneret nõ obstat quin grauiori possit et debeat aliculꝰ asperitatem iudicij vel fortune pacien ter sustinere. Ratio huius potest du/ pliciter demonstrari. ❡ Prima ratio est quia infinita scilicet sapientia dei multa mala in istis inferioribus pmit tit et sustinet quia ex ipsis maiora bo na sequuntur quoniam si nõ esset per secutio tyrannoruз nec paciencia mar tyrum nec donum fidei sequeretur. Et hoc est quod scribit augustinus in enchenidon dicens. Deus cum sit sum me bonus nullo modo sineret aliud mali esse in operibꝰ suis nisi adeo essз potens et bonus vt de malo etiam benefaceret. ❡ Alia ratio est quia talis iudicij vel tribulationis euentus ipi iusto viro nõ ꝯtingeret nisi ad ipiꝰ ꝓbandã virtutẽ ꝛ ipiꝰ meritũ et p cõ sequens ad pniãз agendã hoc ẽ ãt qđ scribit augu. contra faustũ dicens. Nul lus hominuз est tante virtute polleus

cuius non sit necessaria temptatio tri/bulationis aut ad agendam aut persi/ciendam virtutem hoc etiaz est quod dicit glosa super illud hester.iiij.capit. Non enim erat licitum indutum sacco aulam regis intrare.dicit glosa sic ꝙ si quis querat quomodo rex iustissim9 tormenta inferebat innocentibus sciat hoc nō ex voto malicie sed ex summi consilij initu procedere vel ad purga tionem vel ad correctionem viciorum vel ad meritorum augmentationem. Propterea dicit ambrosius in libro dē offic.quanto quis magis patitur tāto gloriosius coronat̄.Et sic patet ꝙ aspe ritatis aduerse iudicium viro iusto cō tingens sanctum et iustū est. ¶ Si vero potestatis superne iudicium ho mini scelerato succedat:videndum est vtrum sit prosperum vel aduersum. Si vero prosperum est iudicium re/ctum et dignum est. probo nam cum nemo sit tanta scelerum impietate p/uersus quin ieiunio aliquo oratione beate virginis salutatione elemosyna vel aliquo meritorio actu aliquid bo/ni fecerit. Cunqz ad iusticiam bonita tis diuine pertineat vt quemlibet me ritorium actum premium rationale se quatur.quia sicut minima non pertrāsibit impunita malicia. Sic nullus me ritorius actus quantumcunqz leuis et minimus non relinquetur immunis. hoc est autem quod tradit dominus per prophetam in psalmo loquentem Hec semel audiui et tibi domine po/testas quia tu reddes vnicuiqz iuxta opera sua. Asserit enim euangelica ve ritas per Math.x.Si quis dabit vni ex istis minimis calicem aque frigide amen dico vobis recipiet mercedem suam.Et propter talis prosperitatis iu dicium vel euentum ipsi scelerato tri buitur ad iustum premium alicuius bo ne operationis.hec autem facit iusticie superne prouisio in hijs potissime sce leratis quos videt in sceleribus profū dius diuersos et obscuratos in eorum futura perditione pernoscit naz in hu ius fragilis breuisqz vite decursus ipsos impios permittit diuicijs hono ribus potentijs voluptatibus ꝛ alio/rum temporalium falsa felicitate flo/rere in preiudicium meritorum alicui9 bone operationis ipsorum vt post cor poralem eorum dissolutionem digno cruciatu eternaliter puniātur hoc est quod augustinus scribit in omel.dicēs Magna dei misericordia est quando parcit peccatori in hoc mundo vt ipm in eternum non puniat. Isti siquidem sunt isti scelerati et impij de quibus sa cra scriptura loquitur Job.xij. Habū dant tabernacula predonum et auda cter prouocant deum. Cum ipse dede rit omnia in manibus eorum et terra data est in manu impij et vultum ei9 iudicij aperuit.hoc est etiam quod ha betur in ps.dicenti. In quorum mani bus iniquitates sunt dextera eoruz re pleta est muneribꝰ. Et propterea hie remias propheta.xij.talium impioruz felicitatem abhorrens clamat ad do/minum dicens. Iustus quidem tu es domine si disputem tecum verumta men si iusta loquar ad te quare via impiorum prosperatur bene est omni bus qui preuaricantur ꝛ inique agunt ꝛc̄.liquet igit̄ ex premissis ꝙ ex aliquo actu meritorio ipsorum per eum qui dat omnibus affluenter permittitur ꝛ conceditur hec transitoria et vmbrati lis felicitas temporalium vt ipsos per iusticiam affligat interminabilis anxie tas infernalium et esto ꝙ sceleratus et impius esset malus simpliciter nec vnꝙ̄ fuerit nec punctualiter esset vni cus actus meritorius voluntatis com passionis bone ad proximuz compun ctionis vel operis quod si quidem in humanum durissimum et incredibile quodāmodo censeretur non obstat qn bonitatis eterne infinita clementia possit p temporalis felicitatis dulcedi nē ad cognitionē et correctiōez suipi9 inducere ꝛ ad pniaz cōmouere ex alic⁹

excellentia spiritualis vel temporalis boni qđ ex ipsꝰ scelerati futuris opibꝰ infallibilis ꝓuidentia dei successiuū eē ꝑnoscit. Propter qđ augu. in ꝓposito loquēs ad macedoniū in epl'a dic. Ille qui non tantum qualisquisq; sit videt verum etiam qualis futurus sit preuidet ad penitentiā mortales expectat aut inuestigalium gratiarum suarum dulcedine ipse princeps inaccessibilis benignitatis et lucis qui iustum et impium vocat et dirigit ad salutē eiusdē peccatoris perditionē abhorrens ipm sceleratum sola benignitate sua trahit et excitat ad gratiam et virtutez sicut per viam iusticie virtuosum et iustum sub temporalis asperitate tormenti ad ducit ad penitentiam et salutem. Hoc est autem quod scribit augustinus in primo de ciuitate dei dicens. Benignitas dei sicut ad penitentiā inducit malos. Sic flagellum dei ad penitentiam bonos inducit et ex hijs patet propositum in premissis. Sed si viro sanguinum vel iniusto peruersa aut aduersa succedant vere dici potest ꝙ tale aduersitatis iudicium sit pium cum non semper sit vel fuerit malꝰ sed per varias etates suas et tempora varietur. quandoq; malicijs demerendo. quandoq; actibus meritorijs inherendo sicut in homine possibilis est euentus ⁊ veritas premissorum. Cumq; diuina iusticia mala impunita non tolleret. quia sicut scribitur Job. Deus multum abire non patitur tales igitur peruersos quos siquidem eadem superna prouisio virtuosis operibus recognoscit valituros imposterum ꝙuis presentialiter ambulantes in tenebris ipsa diuina iusticia punit et purgat. quandoq; per febris fragilitatem vel alias corporeas fragilitatis passiones. quandoq; per filiorum vel parentum aliorum excidiū quandoq; per aduersam perditionez temporalis honoris et status sicut cariori proximo successione et quādoq; per captiuitatis naufragij depoatiōis vel exiliorum incursus vel per alia infinita iudicia prouidentie sue. ¶ Ex quorum siquidem iudiciorum virtute duo dona excellentissima prodire noscuntur. Primum est integritas conseruate iusticie ex delictorum punitione procedens. Secundum est conuersio peccatoris de vicijs ad virtutes. Accipiendo autē ista duo simul gratia breuitatis est breuiter sciendum ꝙ cū vexatio intellectū det spiritui. ysa. xxviij. Idcirco peccator ex tali iudicio grauatus in carne vera contritione vulneratur in anima. Et sic noscens ꝙ ex temporalium miseria vanitate perdit gloriam felicitatis eterne mentem eius cecam et obtusam ex culpa penalis asperitatis iudicij aperit ad salutez. ꝓpter quod relictis tenebrosis viciorum ex visitationis superne iudicio vacat ad lucem et disponitur ad virtutes et propter hoc Job. x. scribitur. Uisitatō tua custodiuit spiritum meum. ⁊ increpare deum vere probes. nam ipse vulnerat et medetur percutit et manus eiꝰ sanabunt. hoc est etiam quod psalmista scribit dicens. Uirga tua et baculꝰ tuꝰ ipsa me consolata sunt. Transumptiue habentur verba per gregorium in canone. disciplina. xxxv. distinctiōe Contra omnes istos dicitur in presenti precepto homini tribulato pacienti defectum auxilij. Incusare deum noli sed teipsum coherce. Sed cum beato Job primo capitulo dicere deberet. Dominus dedit dominus abstulit sicut domino placuit ita factum est sit nomē domini benedictum. Sequitur. In omnibus non peccauit Job labijs suis neq; stultum quid contra dominum locutus est.

¶ Uicesimūquartū precептū prime partis metrice.

Ne tibi quid desit que sitis vtere parce. Et qz quod est serues semper tibi deesse putato.

A ¶ Postq̄ autor in precedenti precepto prebuit rudimenta induc/ centia ad diuina iudicia cum audiue/ rint pacienter tolleranda ne homo in desperationis baratrum immergatur. quod quidam plerumqz euenit cū qs amico seruit sua tribuendo ac etiam ei subueniendo cū expedit. et postea ver sa vice cum ipse amici seruicio indiget et talis pro perceptis meritis eidez nō respondet. ¶ Nunc vero in presen ti precepto subsequenter prebet rudi/ menta ad prodigalitatem euitandam et liberalitatem sectandam inducentia quod fit cum temperate et modeste expendis extimans semper si intempe rate et prodigaliter tuam substantiam abieceris etiā eam amicis tribuendo tibi posse deesse: propterea dicit q̄ nō solum ex auaricia sed propter vitaz su stentādam eam debes conseruare. At tendens igitur autor q̄ dei cultorem non decet prodigum esse quia per hoc vicium plerumqz quis ad amara licto ra paupertatis inducitur ex qua con tingit quandoqz dei cultorem callidi tate dyabolica nedum a diuino cultu retrahi verum etiam in baratrum de sperationis submergi. Pro tāto autor hoc suum preceptum: ad liberalitatis virtutem inductiuum prebet penitus obseruandū dū dicit. Ne tibi quid de sit quesitis vtere parce. ¶ Pro hu ius primi metri intelligentia et obser/ uantia est breuiter sciendū q̄ circa di/ uicias nedum acquisitas sed etiā acqui rendas, quatuor modis culpa incidere potest. Primo iniuste eas acquirendo Secundo eas nimis ardenter amādo. Tertio eas indebite expendendo. Quarto eas auare retinendo. Et quā tum ad istos quatuor modos quatuor diuites reprehensibiles in euāgello in uenimus. ¶ Primus igitur diues qui iniuste acquirebat fuit vilicus ille iniquitatis qui de bonis domini sui di tatus fuit. vt habetur luc. xvj. Contra talem dicit augustinus. Rem quam cu pis muscipula est duz capis tenes alie num teneris a dyabolo. Ideo dicitur osee. vij. Factus est effraym quasi co lumba seducta non habens cor. Bene dī seducta qz cuz grandi auarus aliene substantie vult capere capitur a dya/ bolo vel eius laqueo. et bene dicit nō habens cor. quia reuera auarus nō ha bet cor in corpore sed in archa vt patz de illo diuite cuius inuentum fuit cor in archa non in corpore ſm q̄ habet in miraculis beati anthonij de padua ordinis fratrum minorum et ideo scri bitur Math. vj. vbi est thesaurus tuus ibi est cor tuuz. ¶ Diues qui diuitias nimis ardenter diligebat fuit ille cui dominus dixit. Omnia que habes vē de et pauperibus tribue. Sequit his auditis contristatus est quia diues erat valde vt habetur Luc. xviij. Contra tales dicitur. j. ad thimo. vj. Qui volūt diuites fieri incidunt in temptationes in laqueos dyaboli et desideria mala et inutilia et nociua que mergunt ho/ minem in interitum. et ideo nos potius eas mergere debemus sicut refert hie ronymus de creathebano pho qui col lecto magno auri pondere in mare p̄ iecit dicens. Abite mali cupiditates in profundum ecce ego mergam vos ne ipse mergar a vobis. ¶ Tertius di

B ues qui vane expēdebat fuit ille filius prodigus qui acceptam substantiaz pa tris in vanitatem consumpsit vt ha/ betur Luc. xv. Talis fuit diues ille q expendebat in vestibus curiosis et epu lis delicatis. Et tamen sicut dicit chri sosto. Deus dispēsatores suaꝝ diuiciarū nos voluit esse non dnōs. p qō pz q̄ diuicie nō sunt nr̄e pprie ſz nobis accō modate. et iō n̄ debēus eas expēdere ad nr̄i voluptatē ſz ad frnā vtilitatē et ad

nostram necessitatem et indigentiam. vt autor noster docet dum dicit. Que sitis vtere parce. Et sic tēperate vten do nunquam deerunt vel deficient ex hoc instruit prodigalitatem vitare que quidem vitanda est propter tria mala que inde proueniunt sm ꝙ ha/betur in summa de vicijs in capitulo quod incipit. De malis que sequūtur. Primo quia inducit paupertatis indi gentiam vt patet de filio prodigo de quo supra dictum est. Secundo quia inducit peccatum rapine in hoc similis est aranee que sua dando seipsam q̄ℏ īmodo euiscerat. Nam vt dicitur filij mox nati tela ascendunt et texere inci piunt quasi in vētre didiscerunt quan do rapere possint. Sic prodigi postq̄̄ ad paupertatem deuenerunt raptores efficiuntur nec sua damnatione conten ti: filios mox natos eos ad idem fa/ciendum inducunt nec attēdunt' quid eis in futurum debeat euenire. Tertio quia quandoqꝫ sequitur contemptus bonorum spiritualium. prodigus enim quandoqꝫ dat omnia pro modica pe cunia de quo conuiuium facere possit. vt patet de esau qui primogenita sua vendidit pro esu lenticulo gen. xxv. Item tren. j. Dederunt q̄̄ preciosa ꝓ cibo ad refocillandam animam. Quar tus dites qui auare diuicias retinebat fuit ille qui dixit luc. xxij. Anima mea habes multa bona reposita in annos plurimos rc̄. Talis etiam fuit ille di/ues qui auare sibi omnia retinebat et nihil lazaro mendico cōmunicare vo lebat. Luc. xvj. Hec autem inordinata retentio causatur a timore ne eis' defi ciat ita ꝙ sunt timoris causatiue. Sēp enim tales titubant ne sibi congrega ta deficiant et quantum ad hoc talpe sunt similes que nunq̄̄ oculos aperit sed semper quasi ceca incedit timēs ne sibi deficiat terram fodit et vsqꝫ ad sa turitatem de illa non comedit et licet in vita oculos clausos teneat in morte tamen dicitur aperire. Sic tales in vi ta sunt ceci tamen in morte cognoscūt ꝙ diuicie hominem iuuare non pos/sunt sed implurimuꝫ magis impediūt

¶ Pro secundi etiam metri intelli gentia tam litterali tam etiam morali est breuiter attendendum. Et primo circa litteralem intellectum attēdere debes ꝙ prout dicit autor. Putato ti/bi deesse quod est. id est. quod habes Ut serues. id est custodias. semper ti/bi deesse. id est substantiam tuam tibi defecturam ad hoc ꝙ serues quod ha bes. Utere parce. id est modeste. Quo ad moralem intelligentiam pōt sic exponi. primum ac etiam secunduꝫ metrum. Ne tibi quid desit. id est ne aliquid tibi deficiat ad vitam eternaꝫ vbi nihil deerit. Tibi semper putato. id est semper cogitare debes. Deesse tibi. id est aliquid in vita presenti defi cere. Ut serues. id est veraris et time as. Jd quod est. id est illud quod ve ram habet essentiam scilicet summum bonum qui deus est prout boecius in libro de trinitate asserit dicens. Diuina essentia est illud quod est. reliqua ve/ro non sunt illud quod sunt quia om nia ab ipso originem habent ipse ve/ro a nullo habet origīnē. ¶ De hac materia vide supra in primo precepto metrico. Si deus est animus rc̄.. Jn primo secundo vel tertio. nā ipse deus qui est causa prima per influentias et effectus supernorum syderum et spe/rarum tanquam per secundarias cau sas in istis inferioribus agit. Et propte rea philozophus in libro. ij. metheroꝝ̄ ait ꝙ mundus iste inferior continuus est illi superiori vt omnis eius virtus gubernetur exinde. Et boecius in. iiij. de consolatione. Omnium generatio rerum cunctusqꝫ mutabilium progres sus quicquid aliquo mouēte mōdo cās formas ordines ex diuine mentis sta bilitate sortitur. Jpse enim est qui sue bonitatis iusticia transfert regna ho/nores et conditiones regnorum de gē te in gentem propter malicias abusus

maliguos et iniquitates humanas. hoc est autem quod scribit salomon eccl. x. Propter contumelias et diversos dolos transfertur regnū de gente in gentem. propterea hugo libro. iiij. de claustro anime beatudinē divinitatis eterne felicitatis contemplās omniaqz terrena tanq̄ instabilia detestans ad supernorumqz contemplationez alliciēs pulcre eam describit dicens. viriditas pratelli quod ē in medio celestis claustri oculos supernorum civiuz recreat et eos super sua novitate confortat. nihil enim ibi vetustum vel transitoriuz erit sed semper novitate sue viriditatis absqz dubio permanebit. In medio pratelli ponitur lignum vite vt vita sit in amenitate. Est enim lignum vite sapientia dei patris fructus eius salutem conservat et vitam prestat cum illuc homo pervenerit quod petat vlterius non habebit tunc eniz silebit iniquitas: habundabit caritas: nec quicq̄ ibi deficiet vnusquisqz omnia in se habentem in se habet nihil deesse poterit quod facit ad propositum. Sequit̄ quando dei sapientia omnibus providebit omnia: ibi nullus in suo ordine deficiet. quoniam in libro divine sapiētie in quo scriptus ordo nature vnusquisqz leget. Hec hugo. Et augu. libro de civitate dei enumerat octo fercula id est octo felicitates quas propinabit deus diligentibus se. vnde super illo prophete verbo. Ero illorum deus. dicit sic. Ero vñ sacientur. ero quecūqz ab hominibus honeste desiderantur. scilicet vita: salus: victus: copia: gloria: honor: virtus: et pax. et sic tunc ibi nihil deerit. vnde in ps. Dominus regit me et nihil mihi deerit: in loco pascue ibi me collocavit. ¶ Pro premissorum intelligentia magis in speciali est de tali questione querendum. videlicz vtrum prodigalitas sit gravi9 vel malus peccatum q̄ avaricia? Et videtur q̄ sic per avariciaz enim nocet aliquis proximo cum non communicat bona sua. per prodigalitatez vero nocet sibi ipsi. Sed gravius est peccatuz quo quis nocet sibi q̄ quis nocet alijs. Juxta illud eccl. xiiij. Qui sibiipsi neq̄ cui bonus erit? ergo prodigalitas est gravi9 peccatum q̄ avaricia. Sed contra hoc est quod philozophus dicit in. iiij. ethicorum. q̄ prodigus multo videtur melior illiberali. Hanc questionez pertractat sanctus thomas scda scde. q. cxx. quam terminat sub hac forma dicens. q̄ prodigalitas fm se considerata minus peccatum est q̄ avaricia et hoc triplici ratione. Primo quia prodigalitas magis convenit cuz liberalitate q̄ avaricia. quia ad prodigum pertinet dare quod convenit etiam liberalibus licet differenter ad avarum autem recipere et retinere. Secundo quia prodigus multis prodest. avarus autem nō imo nec sibiipsi vt dicitur. iiij. ethicorum. Tertio quia prodigalitas ē magis de facili sanabilis q̄ avaricia. sanatur em̄ prodigus vel per paupertatem que sequitur vel per etatem senectutis que contraria est prodigalitati. Tum etiaz quia magis convenit cum liberalitate q̄ cum avaricia quia convenit cum ea in dare. Ad argumentum in contrariū est dicendū q̄ differentia que est inter prodigum et avaruz attenditur fm hoc quod est peccare in seipsum et in aliū nam prodigus peccat in seipsum dum bona sua consumit vnde vivere debz peccat etiā in aliū ɔsumēdo bona ex quibus alijs dz ꝓvidere et ꝑcipue hoc apparet in clericis q sūt dispēsatores bonoꝝ eccle que sunt pauperū quos defraudent prodige expendendo. ¶ Similiter etiam avarus peccat in alios in quantum deficit in dationibus peccat etiam in seipsum inquantum deficit in sumptibus. vnde dicitur eccl. vj. Vir cui deus dedit divicias nec dedit ei potestatem vt comedat ex eis. Sed tamen in hoc superhabundat prodigus. quia sic sibi et quibusdaz alijs nocet quod tamen aliquib9 prodest. ava

rus autem nec sibi nec alijs prodest. qz non audet etiam uti ad suam utilitaté bonis suis. ¶ De materia metrorū predictorum tangitur infra parte eadē precepto. xxxviij. Conserua potius. Et parte secūda precepto. xxj. Utere que sitis. Et parte. iij. precepto. xxiij. Utere quesitis. Et parte. iiij. precepto. xviij. Utere quesitis. Et que dicta sunt con uenienter ibidem poterunt repeti sm legentis discretionem.

¶ Rethorica sup. xxv. ꝑcep.

¶ Quod prestare potes

Uirtualis constantie firmitas muro vallato fortitudinis multipharie mul tisqz modis vicium duplicitatis abhor ret vt tanqꝫ nepharium reputet aliqd dicere et contrarium meditari nec cō trarietatis alligatus vinculo et viciosi tatis reciaculo cathenatus duz proprie voluntatis arbitriuz temerarie delibe ratiōe subseqt̄ aliqua spondēs ꝛ eadē volubili mutabilitate denegans infa mie procatis vincetur demerita qui re dolenter fame stipendia debuit ꝓme reri ꝛc̄. Ne sis ventosus.

¶ Uicesimūquintum pre- ceptum prīe ptis metrice.

A Quod prestare potes ne bis ꝓmiseris ulli Ne sis ventosus dū vis bonus ipse videri.

¶ Postqꝫ autor in proxime prece- denti precepto prebuit rudiméta inou tentia ad prodigalitatem vitandam et liberalitatem sectandam que quidam virtus in quodam retinendi tempera mento consistit. ¶ Nunc vero in presenti precepto subsequenter prebet rudimenta inoucentia ad ipsam libera litatis virtutem sectandam sed aliter ꝛ aliter. quia hec virtus non solum in tē perato modo expediendi ꝛ retinēdi cō sistit verum etiā in beneficiorum ero gatione consistere videtur sm ꝙ in li bro de moris dogmatum phorū apte demōstratur ibi dicitur ꝙ liberalitas virtus est beneficiorum erogatrix quā eandem pro affectu benignitatem dici mus et pro effectu beneficentiam. hec autem virtus in tribuendo et retribuē do consistit. De lege autem liberalita tis est vt in tribuendo caue ne sis du rus. quis enim hominuz contentus fuit aut leuiter rogari aut simul quis cum aliquid se peti suspicatus est frontem non abduxit. i. non abscondit. vultum non auertit occupationes non simulat et eodem animo bene beneficium de betur quo datur uel accipitur. Et ideo non est negligenter danonm. Nemo enim libenter debet quod non accipit libenter enim non debetur quod non de facili accipitur sed extorquetur. Ca uenda est etiam dilatio quia plus fa- cit ingratuz mora dandi qꝫ facit gratū Ingratum est beneficium quod diu in ter dantis manus hesit. i. stetit. Atten dens igitur autor inter cetera non de cere cultorem dei ventosum apparere quod fit nisi cito reddit quod promi- sit debitis tamen circumstantijs obser uatis quia tunc videtur propter ventū inanis glorie et sue ostentationis ma- gnificentiam promisisse qꝫ propter de bitum amicicie. pro tanto prebet hoc suum preceptum dei cultoribus fore obseruanduz dicit. Quod prestare po tes ꝛc̄. Quasi velit autor innuere si rē habes pre manibus quā a te petit ami cus noli de die in diem differendo di cere: cras tibi dabo cum statim poss. dare. quia vt seneca dicit. Qui cito dat bis dat. ac etiam iuxta illud sapientis dictuz. Qui das pelle moras cito dādo dona colores. Tardēs dedecoras ḡ re pellere moras. Nā mora denigrat do- nū meritūqz minorat. Si cito grādisi cat mūera pua manus. Hoc est quod au

tor intendit dicens. Ne promiseris vili bis quod prestare potes. supple in pre senti. Ne sis. id est videaris. Uentosus id est iactans et arrogans et superbus de scientia vel de aliqua virtute. Dum tu ipse vis videri bonus. Hoc est dicere quod quilibet de bono nomine curare debet. Juxta illud eccl. iiij. Quia melius est nomen bonum quam vngenta preciosa. eccl. vij. Si ergo vis videri bonus et esse summo opere cauere debes Ne sis ventosus. id est vanus in tuis verbis et factis et ita bonus ab omnibus extimaberis. ad hoc facit quod habetur in canone. inter verba laudantium. xj. q. iij. in fi. vbi dicitur apud nos aute conscientia est nobis necessaria alijs vero fama. ¶ Querere aliquis posset vtrum quis simulare possit sanctitatem sine peccato. De hoc require infra in proxime precepto in duabus questionibus ibi positis. Cui etiam concordat quod supra. xxiij. precepto habetur. Rem tibi promissam &c. Et ibi de hac materia require si placet. ¶ Pro huius primi metri intelligentia et obseruantia est breuiter sciendum quod duo sunt que inducere debent ad huius precepti seu metri obseruationem scilicet. Sacra scriptura. et Moralium documenta antiqua. ¶ Primo sacra scriptura puer. iij. Ne dicas amico vade et reuertere et cras dabo tibi cum statim possis dare. Et apostolus. ij. ad corinthios. ix. dicit quod hylarem datorem diligit deus. ¶ Hanc etiam sententiam approbare videtur ysidorus in libro sinonimorum circa finem dicens. Quicquid tribuis cum affectu dilectionis distribue: quicquid largiris cum hylaritate largire: prebe misericordiam sine iniuriatione prebe elemosinam sine tedio maior sit beniuolentia quam quod datur maior gratia quam quod impenditur. tale sit opus tuum qualis fuerit intentio tua quod enim affectu bono dispensatur hoc accipit deus qui autem cum tedio dat mercedem perdit. qui cum tristicia manum porrigit fructum remunerationis amittit. qui cum tristicia largitur remunerationis non percipit fructum non est misericordia vbi non est beniuolentia. ¶ Secundo moralium antiqua documenta ad hoc nos inducunt et quamque omnes huius autoris preceptum obseruare teneantur princeps maxime hoc tenetur quia largus esse debet videlicet. In donariorum largitione munifica. In superuenientium liberali susceptione grata. In necessariorum administratione prompta. et hanc largitionem auget quando dona donantur prompte et hylariter vnde seneca libro. ij. de benefic. capitulo. vj. ait quod quidem beneficium ab homine duro et aspere datum panem lapidosum vocabat quem esurienti recipere necessarium sed tamen acerbum. Unde versificator ille egregius oratius ait. Denigrat meritum dantis mora nam data raptum munera plus laudis plus quam fauoris habent. ¶ De questione vero qua queritur vtrum ille qui promisit aliquid facere et non facit &c. vide supra in. xiij. precepto. Rem tibi promissam. ¶ Pro secundi etiam metri intelligentia ac obseruantia est breuiter sciendum quod illud quod hominem magis ostendit ventosum et inconstantem est quando procrastinat reddere quod promisit quia ex hoc tria proueniunt mala. Primum malum est quia amicum damnificat. Secundum quia seipsum vilificat. Tertium quia beneficium datum paruificat. ¶ Primo amicum damnificat qui re promissa indigebat. quia aliunde sibi procurasset nisi ab ipso expectasset et sic damnificatur dum non accipit oportuno tempore rem promissam. Secundo seipsum vilificat quia reputatur mendax et delusor et fallax. vnde de tali loquitur salomon puer. xxvj. Lingua fallax non amat veritatem: os lubricum operatur ruinas. Tertio datum beneficium paruificat quia inuitus procelando dare videtur.

Et hoc est quod dicit grego.in ca/ none.iaz vero.§.ex hijs.xxiij.q.vi.qui inultus dat rem post et meritu. Qui ergo vult videri bonus veridicus et fi delis et non ventosus pmissa dum ad est facultas attendat. qr vt ait tullius li.i.de offic.c.vij. Fundamentu iusti/ cie est fides.idest dictoz conuentorumqz constantia et veritas. Unde idem tulli us de amicicia.c.x. Nihil stabile est qd est in fide.sed ipsa fides idest fidelitas que est fundamentu fidelitatis que est in amicicia. Sed quorunda fides cum tempore mutat. ait egisippus li.j.reue ra tales dicunt ventosi. quia ad omne circuuoluuntur ventu. Cum tame hoc p sapientem inhibeat. Juxta illud ecc. v. Non ventiles te in omne ventu rc. Sed nota q ventosi.i.ex toto mun/ dani a veridicis et spualibus viris cog noscuntur eo modo quo cognoscunt. aues a ceteris animalibz. Dicit philo/ sophus.iiij.libro de animalibz.q aues claudunt oculos palpebra inferiori.ani malia vero gressibilia palpebra superiori ad denotandu q animales hoies qui sunt ventosi habet oculos clausos ad celestia.sed aptos per desideriu ad ter rena ventosa que ad modu venti sunt mometanea.de talibus psalmista dicit oculos suos statuerut declinare in ter/ ram. Spuales autem viri et celibes econuerso sunt vt aues qui terrena per amore inordinatu non respiciut.sed po cius cotemnunt cotemplationi vero ce lestium vehemeter intendut cum aplo dicentes. Nostra couersatio in celis est Sic de beato martino legit q erat ocu lis ac manibus in celu semp intentus. Et quanq ad omnes homies ptincat pmissa attedere. singulariter tame pti net ad principem vt in verbo pmisso stabilis sit atqz firmus.et de hoc inter cetera aristoteles monuit alexandru in secretis secretorum li.xij.c.iij.dicens q rex assimilat in iusticia simplici altissi/ mo.et pp ter hoc conuenit ei q sit fir/ mus in omnibz suis pprijs vel comu/ nibus. ppterea puer.xij.scribit Labiu veritatis firmu erit in ppetuu qui aut testis est repentinus ptinet lingua men dacij.v.q.v.§.sed aliud. Et ido qui no vult vetosus apparere semp adhereat veritati.qr veritas valet et inualescit r ineternu viuit et obtinet in secula secu lorum.ij.Esdre.iiij.viij.di. consuetudo. Et puer.xvij. Non decent stulto ver/ ba coposita.nec principe labium men/ tiens. Propterea de ipsa veritate est aliqualiter discutiendu.et vt pleni/ or habeat de ipsa veritate noticia est sciendu q triplex veritas in sacris re/ peritur canonibz. Prima est veritas bone vite. et hec nunq est etia pp ter scandalu euitanda.et hec ad quemlibet ptinet xpianum. Scda veritas est iu sticie hec ad iudicez ptinere dignoscit. Tercia veritas est discipline. et hec ptinet ad prelatu.in hijs duabus qua/ doqz aliqua ppter scandalu obmittu tur vt in canone vt constitueret .l.di. Et intellige q hec dicunt de hijs que indispensibilia sunt. Et tale ius comu/ ne qd est indispensabile veritas appel latur.de hoc notatur in decret.sane.de tem.or.extra. Distingui aute aliter possunt hec tres veritates.nam veri/ tas vite ptinet ad omes compbendeu tes omnia pcepta et phibita consilia. veritas iusticie ad platos compreben/ dens duas ptes iusticie.scz seueritatem in puniendo reos.et liberalitate in su/ stinedo miseros. Ueritas doctrine spe ctat ad pdicatores et magistros. Uel aliter fm tres vires anime vt veritas vite concupiscibile ordinet ad bonum. veritas iusticie irascibilem copescat a malo. Ueritas doctrine rationalem in format ad bonu discernendu. et malu fugiendu. Nota etiam q aliquando possunt post pmissionem aliqua de no uo emergere ppter que homo non te netur pmissum reddere.nec ex eo ven tosus poterit veridice nuncupari.vnde in libro moraliu philosophoz dicit et sunt verba tullij. Non sunt ea pmissa

seruanda que hijs quibus pmissa sunt inutilia existūt. nec si tibi plus noceant q̄ illi psunt nec etiā contra officiū est damnū malus anteponi minori.

¶ Uicesimumsextum preceptum prime partis metrice.

Qui simulat verbis. nec corde est fidus amicus. Tu quoqz fac simile sic ars deluditur arte.

¶ Nota scđm canones qualiter in decem p̄dicamentis ad instar simulatōnis inducit iurisfictio ¶ Primo qñ fingitur non esse qđ est. vt in euangelio. Joh.j. helias es tu. quod dicit̄ de iohe. xxij.q.ij.§. Item opponit̄. Ecce p̄dicamentum substātie. Scđo cum fingitur esse minor q̄ sit. ij.q.vij. quanq̄. vt in euangelio Luce.xxij. Qui maior est vestrū sit sicut minor. xcij.di. dyaconi. Ecce p̄dicamentum quātitatis. ¶ Tercio cum fingit̄ esse talis qualis non est. vt habet̄. xxx.q.v. si homicidiū. Ecce p̄dicamentū qualitatis. ¶ Quarto cum fingit̄ esse pater qui nō est. xxvij. q.ij.§. iuxta. et in euāgelio Luce.ij. Pater tuus et ego dolentes ⁊c̄. Ecce p̄dicamentū relationis ¶ Quinto cū fingit̄ agere qui nō egit illud. de sen. ex. mulieres. Ecce p̄dicamentū actōis ¶ Sexto cum fingit̄ non pati qui patit̄. xxxij.q.v. pposito. Ecce p̄dicamentū passionis ¶ Septimo cum fingitur esse in loco in quo nō est. vij.q.j. mutationes. Ecce p̄dicamētum loci ¶ Octauo cum fingit̄ esse eo t̄pe quo non est. de pe. di.j. periculose. Ecce p̄dicamentū t̄pis ¶ Nono cum fingit̄ situm esse qđ non est. xliij. di. nerui. Ecce p̄dicamentū situs. Decimo cum fingit̄ non habere quod habet. xxxj.di. lex cōtinentie. Ecce p̄dicamentum habit9. ¶ Postq̄ autor in p̄cedenti precepto p̄buit rudimēta ad liberalitatis virtutē inducentia p̄ quā dei cultor inducit̄ vt pmpte et sine aliqua fictione pmissa attēdere debeat si velit vir bonus vel veridic9 apparere et non ventosus vel fictus. qr liberalitas vt est dictū virtus est beneficioꝝ erogatrix quā eandem p affectu benignitatem dicim9. et p effectu beneficētiam que etiā in tribuendo et retribuēdo cōsistit. ¶ Nunc vero in p̄senti precepto subsequēter prebet rudimēta ad fidelitatē amici seruandā inducētia nec non falsitatē et simulationē excludētia ¶ Attendens igit̄ autor q̄ inter cetera vicia que habebāt dei cultorē a dei cultu retrahere. ac etiā eius famā denigrare est viciū simulatōnis in verbis cum contrariet̄ fidelitati qua pmissa complentur. vt supra dictū est. Et scđm ysidorum li.x. ethimologiarū. fidelis dicatur quis pro eo quod fit ab eo qđ dicit vel quod pmittit. ⁊ hec virtus multū cōmendabilis est. puer.xxviij. Uir fidelis multū laudabitur. pro tanto hoc suū prebet rudimentū verboꝝ simulationem excludēs ab omnibz fore obseruandum dū dicit. Qui simulat verbis ⁊c̄. quasi vellit autor innuere. qui tibi seruit de verbis. de eisdē sibi respōdeas. hoc vult dicere s̄m communē litteralem grāmaticorum expositionē. Qui simulat verbis. idest qui fingit verbis se esse amicū ille nec inq̄ est. idest non est fidus amic9 corde. idest nō firmus et fidelis. Tu quoqz. proetiā hoc est. tu fac simile. idest finge te esse amicum cum nō sis. et sic ars. idest deceptio. deluditur. idest vitupatur et etiā repellit̄ arte idest simili deceptōne. ¶ Reuera hec sententia sceleratoꝝ est. teste salomone puer.xj. Simulator ore decipit amicum suū. et p̄ponit eum in spem nō bonā. ¶ Alia vero potest dari lectura magis caritatiua et catholica. sed tali modo punctet̄ et dicatur. Qui simulat verbis nec corde. hic fiat pūctuatio et tunc bene correspondet qđ sequitur

Est fidus amicꝰ. id est verus nõ fictus quasi velit dicere. Qui simulat verbis nec corde. id est non corde nec ex ꝓposito sed ex desiderio simulat. scilicet verba cõminatoria vt corrigat de aliquo vicio. nec est ei ꝓpter hoc iratus ille in quã est fidelis amicus. Tu quoqꝫ fac simile. id est similiter vt castiges. id est reprehendas eum scilicet amicũ amaris verbis et ex corde diligas eũ. et sic ars id est mala eius opatio deluditur. id est depellit͛ arte. id est tua bona instructõe correctione et artificio. et sic verꝰ amicus facit qui simulat se esse inimicum ꝓpter enormia que amicus suus facit. nec tamẽ corde est eius inimicꝰ sed verus amicus. hoc autẽ facit vt ipsum retrahat a vicijs et eum inducat ad virtutes. ¶ Pro huiꝰ sententie declaratiõe magis in speciali puto de aliqua questione querendũ quã mouet philosophus. ix ethicoꝝ videlicꝫ. vtꝝ homo virtuosꝰ habens amicũ bonum qui efficitur malus debeat dissoluere amiciciam? Et licet primo videat͛ ꝙ sic. quia virtuoso non potest esse amabile nisi bonũ. philosophꝰ tamen determinat ꝙ si malus est insanabilis. id est nõ reducibilis ad bonũ. eius amicicia est dissoluenda. Si autẽ sanabilis et reducibilis ad statũ virtutis est ei maior amicicia ostendẽda. Et ratio est scdm eum quia melior est virtus et magis ꝓpria amicicie ꝙ̃ pecunia. sed si amicus ꝑdat pecuniã totis viribus iuuat eum amicus vt recuperat. ergo multomagis conandũ est ad amicum vt recuperet siue reparet virtutẽ. ¶ Quantũ etiam ad hoc bonam doctrinã dat seneca dicẽs admonebis libenter reprehendas sapienter. Si vero merito obiurgauerit te aliquis. scito quia ꝓfuit. Si immerito scito quia ꝓdesse voluit. et isto modo intelligendo autoris sentencia est vera et catholica. et sic est proculdubio scolasticis exponenda. ¶ Pro huiꝰ precepti intelligentia ac etiã obseruantia est breuiter sciendũ ꝙ ad veram fidem et amiciciam conseruandã necessario tria exiguntur. Primũ vt amicum nõ fallat in verbo. Scdm vt eum nõ denudat in archano. Terciũ vt eum nõ deserat in aduerso. ¶ Quo ad primum principale inducere nos debẽt tria scilicet. ne quis amicum suũ fallat verbo. Primum est scriptura. Scdm est brutorum exempla. Terciũ est canonica iura. ¶ Quo ad primũ dicit scriptura. ꝓuer. xxiiij. Ne lactes quenꝙ̃ labijs tuis. et. xxvj. Uir iniquus lactat amicum suũ et ducit eum ꝑ viam non bonam. Et trenoꝝ. iiij. Lamie nudauerũt mammam et lactauerũt catulos suos. lamia est suis fetibus crudelior ꝙ̃ cetere bestie. vnde lamia quasi lama dicit͛. quia catulos suos credit͛ lacerare. Sic adulator seu ore simulator in veritate lacerat quos ficto verbo lactare videtur. ꝓpterea hoc vicium ꝓpter eius immanitatem ꝓuocat iram dei. Unde iob. xxxiij. Simulatores et callidi ꝓuocant iram dei. ¶ Quo ad scdm inducere nos debent brutoꝝ exempla. Unde dicunt naturales ꝙ vipera magnã habet amiciciã cum quodã pisce qui mure na vocatur. quãdo ipsius copulam requirit ad mare vadit ⁊ eum sibulo prouocat ab aquis. et prius ꝙ̃ illi se vniat omne venenũ deponit. per qđ patenter ostẽdit ꝙ amicicia nihil fraudis debet habere. Unde tullius tercio de offic. In malis fictio est. in bonis vero amicicia. ¶ Quo ad tercium inducere nos debent canonica iura ¶ Dicunt enim canones ꝙ habet amor plagas suas que dulciores sunt cum amarissime inferuntur. dulcior est enim religiosa castigatio seu rigorosa castigtio ꝙ̃ blanda remissio. habent͛ originaliter verba ex sermone ambrosij qui incipit. amari or fortasse. que transumptiue locant͛ in canone. non osculat͛. v. q. v. Et augustinus siue plectẽdo siue ignoscendo hoc totum bene agit͛ vt vita hominũ corri

B

C

gatur. vt in canone ꝓdeſt. xxiij. q. v.

¶ Quo ad ſcōm principale ſcilicet ad veram amiciciā conſeruandam in/ducere nos debet ſcriptura ſacris val lata canonibus. vnde ꝓuer. xj. qui am bulat fraudulēter reuelat archana. qui autem fidelis eſt celat amici cōmiſſum Et ecc. xxvij. qui denudat archana ami ci perdet fidem. trāſumptiue habentur verba. v. q. v. ¶ Quo ad terciū prin cipale. ſcilicet ad veram amiciciā conſer uandam inducere nos debet fides. ſcꝫ ne quis in aduerſis deſerat amicū. hoc docet facere ſapiens ecc. xxij. Fide poſ ſide cum amico in pauptate illius et in bonis illius leteris in tempore tribula tionis illius permane illi fidelis.

Pro premiſſorum intelligētia magis in ſpeciali eſt de infra ſcriptis queſtioni/bus querendū vel inueſtigandum. Et primo vtrū omnis ſimulatio ſit licita. et videtur ꝙ ſic vt autor ſupponit. Item bonum eſt malo cōtrarium. Si ergo ſimulare bonū eſt eſt malū. ſimu lare malum erit bonū. preterea illud quod eſt vtile ⁊ quandoqꝫ aſſumendū et a viris perfectis aſſumptuꝫ videtur eſſe licitum. ſicut hieronimꝰ dicit. et ha betur in canone. vtilem. xxij. q. ij. et ca. dominꝰ. xxiij. q. ij. vtilem eſſe ſimula/tionem et in tempore aſſumendā ve hu regis iſrahel nos docet exēplū. qui in/terfecit ſacerdotes baal fingēs ſe vel/le colere ydola. ergo ſimulatio quan/doqꝫ eſt licita. In cōtrarium eſt gloſa ſignata ſup yſa. xvj. in tribus contra/rijs que dicit ſicut in comparatione duo rum malorꝫ leuius eſt aperte peccare ꝙꝫ ſanctitatē ſimulare. ſed aperte pecca re ſemper eſt illicitum. ergo et ſimula/tio ſemper eſt illicita. Hanc queſtionē ꝑtractat beatus thomas ſecūda ſcđe.

¶ Ad euidentiā huius queſiti duo ſunt declaranda. Primū eſt que diffe/rentia eſt inter locutionē ſimulatam et figuratam. Secūdum eſt ꝙ locutio et actio ſimulatoria illicita eſt ⁊ cum pec/cato. ¶ Quantum ad primū eſt ſci/endum ꝙ locutio ſimulatoria et figura toria conueniūt in hoc ꝙ in vtraqꝫ locu tione fingimus id eſſe quod in rei veri tate non eſt. ſed differunt. quia in locu tione ſimulatoria fingimꝰ id eſſe quod nō eſt et alios fallere vt credūt id eſſe quod non eſt. verbi gratia. ſimulator amicicie fingit ſe eſſe amicū et cum nō ſit et intēdit ſe aſſerere amicū et illum fallere vt credat eum amicū cum tamē non ſit. In locutione autē figuratoria licet fingamꝰ id eſſe quod non eſt. ta/men non intendimus id aſſerere quod non eſt. nec alios de hoc fallere. ſed in/tendimus innuere vel figurare vel re/preſentare aliquid quod in rei verita/te eſt. verbigratia dicit Luce vltimo. c. diſcipulis inuitantibus xp̄m ipſe finxit longius ſe ire cum tamē in rei verita/te nollet ire longius. ſed figurabat ſe eſſe longius a cordibus ipſorum. vel ꝙ intendebat ire longius. ſcilicet aſcende re celum. ⁊ ſic patet primū. ¶ Secundū ꝓbatur ſic. quicunqꝫ nititur per ſignū oſtendere et aſſerere id eſſe quod non eſt et cum intentione fallendi. ille eſt mendax. Nam vt ait auguſtinꝰ. Men dacium non eſt aliud niſi falſa vocis ſi mulatio cum intentōne fallendi. tran/ſumptiue. xxij. q. ij. §. ille ergo. ſed om/nis ſimulator nititur per ſigna verboꝝ oſtendere id eſſe quod non eſt inten/dens hoc aſſerere et alios in hoc falle re. verbigratia. Simulator bonitatis nititur per ſigna oſtendere et aſſerere ſe bonū et alios in hoc fallere. cum ta/men bonus non ſit. et ſic de alijs ſimu latoribꝫ. ergo omnis ſimulator eſt men dax. et per cōſequens ſimulatio eſt pec catum et illicita. ¶ Ex hoc vlterius pa tet ꝙ figuratiua locutio non eſt illicita licet fingat id quod non eſt. non tamē intendit aſſerere id nec alios fallere de hoc. Ad argumētū in contrariū dicen dum eſt ꝙ non eſt ſimile de ſimulatō/ne malicie et bonitatis. ¶ Aliquis enim

potest simulare se bonum cum tamen non sit. Sed nullus potest simulare se esse malum. quia si simulat se esse malum per mala opera tunc est malus vere et non simulatorie. per bona autem opera non potest simulare se malum. ¶ Ad aliud dicendum q hieronimus accipit ibi simulationem large p quacunqz fictione. ¶ Illud quod dicit de yehu non valet. quia ipse malus fuit pro eo q ab ydolatria ieroboam non omnino recessit. cōmendatur tamen et temporaliter remuneratur a deo non pro simulatione sed p zelo quem habuit cum destruxit cultum baal. ¶ Secundo queritur vtrum omnis simulatio sit peccatum mortale. Et videtur q sic. quia illud per quod puocatur ira dei est peccatū mortale. sed per simulationem puocatur ira dei. qr iob. xxxvi dicitur. Simulatores et callidi prouocant iram dei igitur rc. ¶ Contra simulatio est peccatū. quia mendaciū. Sed non omne mendaciū est peccatū mortale. ergo non omnis simulatio.

Hanc etiam questionem ptractat beatus thomas vbi sup. dicēs q simulatō quandoqz pōt esse peccatum mortale. et quādoqz veniale fm q simulatio diuersos fines intendit. Si enim intendit finem qui caritati repugnz tunc est peccatum mortale. verbi gratia quādo quis simulat sanctitatem vt falsam doctrinam in fide et in moribus dissemi net vel vt ecclesiasticā dignitatem indignus acquirat vel etiā quecunqz alia temporalia bona in quibus finem constituat. Si vero finis intentus non repugnat caritati tunc posset esse peccatum veniale. puta cum aliquis in ipsa fictione delectatur. fm q dicit aristoteles. iiij. ethicoꝝ. q aliquis de se fingit magna nullius alterius causa nisi sola libidine simulandi. et ut dicit talis magis videtur vanus q malꝰ. Idem em̄ iudicium est de mendacio et simulatione quantum ad grauitatem peccati mortalis vel venialis. Et per hoc patz responsum ad argumentū in contrariū quia diuersis vijs pcedunt.

¶ Rethorica sup. x. xxvii precepto.

¶ Noli homines blando.

Rationis iudicium eque librate discretionis statera pensatuz hoc imperat et inducit vt nullus cōuictus humani particeps pticipem adulatōnis fauos multiplici cōmendatione diffundat ne ab sentationis suspectus iniuriā in melle situatam videatur opinione maliuola cōculcare. immo extrema viciositas abhorrens et incedens via regia nec adulationis melle nec detractiōis aceto linguam polluet alloquentē. alioquin errans in nimia via aut inuidentie proximus aut palponi non contrarius videretur amore scematibus ab errare. Fistula dulce canit.

¶ Uicesimumseptimū precep tum prime partis metrice.

Noli homies blando nimiū sermone pbare. Fistula dulce canit volucrē dum decipit auceps.

¶ Postq̄ autor in prime precedenti precepto prebuit rudimenta ad fidelitatem amici seruandam inducentia nec non falsitatem que fit per simulationem que ad septimū lingue viciū pertinere dignoscit excludentia. ¶ Nunc vero in presenti precepto subsequēter prebet rudimenta aliā fal tatis speciē excludentia que blandiloquiū nuncu

A

patur qd fit cum quis blanditur inten tione alicuius lucri consequendi.
Pro cuius euidentia est breuiter scien dum q beatus thomas secunda secunde.q. cxv.ponit differentiam inter placidum adulatorem et blanditorem. Placidus enim dicitur ille qui sola intentione dele ctandi loquitur et talis vocatur placi/ dus secundum philosophum. Blanditor est vt dictum est ille qui hoc facit intentione alicuius lucri consequendi. Communiter tamen nomen adulatoris solet attribui omnibus qui supra debitum modum virtutis volunt alios verbis vel factis delectare et sic est peccatum.pertinet au tem ad adulatorem laudare aliquem in quibus non est laudandus que forte sunt mala vel non recta siue non certa bona aut si timeri possit q ad inanem glo/ riam laudatus prouocetur. ¶ Hec ple nius tanguntur in.§.alias.in ver.si cu/ iusque. in glosa adulari .xxv.di.ibi di/ stinguitur q tribus modis adulatur quis. vel attribuendo alicui bonum qd non habet vel nimium extollendo bonum qd habet vtrunque istorum est veniale.vel approbando malum qd habet et istud est mortale.et repellit etiam a promo/ tione.vt probat canon clericus .xlvi.di. vnde glosa sup illud psalmi.couertan/ tur statim erubescentes.dicit q plus no cet lingua adulatoris quam gladius perse cutoris eo q nocet in potioribus locis scilicet spiritualibus. ¶ Attendens igitur autor dei cultorem tali vicio laboran/ tem grauiter peccare.et per consequens ex hoc a diuino cultu exorbitare et hu ic morbo volens remedium adhibere prelibatum preceptum hoc vicium exclu siuum prebet omnibus fore obseruan dum dicens. Noli homines blando rc. quasi velit innuere q non decet culto rem dei per verba adulatoria neminem blandiri laudando.maxime cum inten tione fallendi.quia hystriones qui dya bolo famulantur hoc facere consueue runt vt ab eo possint aliquid extor/ quere secundum quod infra dicetur.et hoc est quod dicit. Noli probare.idest com probare vel hominem laudare sermone nimium blando. quia omne nimium vicio carere non potest.et blandus sermo fre quenter decipere consueuit.Unde au/ gustinus.Caritas fecit.caupo blandi/ tur. Et dico tibi causam quia communi/ ter homines aucupi sunt similes.et hoc est quod in secundo metro sequitur ac etiam declaratur. Fistula.idest tibia que est instrumentum emittens sonum simi lem vocibus auium quo multe aues ca piuntur. Canit dulce. idest dulciter et suauiter resonat. De hac tibia loquitur salomon Ecc.xl. Tybia et psalterium dulcem faciunt melodiam. Sed super vtraque lingua suauis. Dum.idest donec Auceps ab aue et capiens dicitur. Deci pit.idest decipiendo capit. Uolucrem idest auem. Et hoc est quod prouer.xxix. scribitur.qui blandis victisque sermoni bus loquitur amico suo rethe expan/ dit pedidus suis. Unde seneca difficili mum continentie opus est ostentatio/ nes adulantium repellere quorum sermo nes animum quadam voluptate resol/ uunt ¶ Nota q secundum canones et scrip turas sextuplex canticum reperitur. Pri mum fuit victorie.hoc cantauit populus israheliticus in transitu maris rubri.ad instar huius cantat ecclesia post baptis mum.de conse.di.iiii. Secundum fuit doctrine. hoc cantauit moyses populo dicens. Audite celi que loquar vobis. Item ecclesia mutuo se hortando.l.di. ponderet.vnde. Alter alterius honora portate rc. Tercium fuit leticie. hoc can ticum ante susceptam prolem cantauit anna dicens. Exultauit cor meum in do mino.ita ecclesia euacuato cyrographo xxvii.di. Ieiunium.in fine. Quartum fuit liberationis. hoc fuit quando liberatus fuit dauid a saule.Unde tunc cantauit psalmum. Diligam te domine fortitudo mea. Item ecclesia cantat. Cantate domi no et benedicite nomini eius.de conse.

di. v. Jeiunijs. ¶ Quintum dilectionis hoc canticū cantauit salomon dicens. Osculetur me osculo oris sui. Canticū primo. Item ecclesia cantat illud. Cantate domino canticum nouū. xxiiij. q. j. loquitur. ¶ Sextum fatuitatis et malicie hoc cantauit filia herodiadis in cōuiuio Math. xiiij. et Marci. vi. 7. xxvj q. iiij. vnusquisqz. et in psenti pposito dū dicit. Fistula 7c. quod designat falsam dilectiōem sub dulcedine verboꝝ et amenitate. ¶ Pro premissoꝝ me/trorum intelligentia ac etiam obseruantia est breuiter sciendum q̄ blanditor siue adulator est triplici veste indut9. scilicet veste simulate locutionis. veste simulate conuersatōnis. veste simula/te operationis. ¶ Ideo a talibus mul/tum est cauendum cum valde sit periculosum cum talibꝫ conuersari. Isti em̄ simulari possunt locustis que residuū granminis comederunt Exodi. x. quia scdm̄ gregoriū. Quem persecutio frangere nō vincit. mulcens adulatio pmit immo adulatio in hoc detractione vi/detur esse deterior. quia adulatio ho/minem exaltat. detractio vero humiliat. et quia hec etiā nocet amico. illa vero inimico ¶ Item ipsi sunt velut sa/cerdotes infernales homines viuos sepellientes. Dicunt em̄ placentia incipientes quasi vesperas mortuoꝝ. que inci/piunt a placebo. Sed in fine sepeliunt in peccatis cantādo de pfundis. Se/pulchrū patens est guttur eoꝝ. Inquit psalmista. ibi augustinus scilicꝫ adultorum. quia quos ad peccata illectāt quasi deuorant. et in eorum vitam conuertunt. Et Math. viij. dimitte mortuos sepelire mortuos suos. ¶ Super quod grego. moraliū tercio. mortui sepeliunt mortuos cū peccatores peccatorē fauoribus premūt. ¶ Sunt etiā adulatores nutrices sathanice nutrientes homines in peccatis. Job. iij. Cur lactatus vberibus. ibi etiam gregori9 moralium. iiij. dicit adulatores lactant alios quos laudant quasi premio laudis. pūer. j. Si te lactauerunt peccatores 7c. Itē adulatores carnales sunt ioculatores dya/boli non permittentes dyabolū in aliquo cōtristari. Osee. vj. In malicia sua letificauerunt regē. hec valde bene probantur si quis inspicit diffinitionē adulationis augustini dicentis. q̄ adulatio est falsa laus que mentes a rigore veritatis emollit et ad noxia inflectit. Sed pchdolor intantum hodie adulatores pulularunt in mundo q̄ non est adeo curia alicuius domini siue sit spiritua/lis siue sit temporalis que non sit blanditoribus viciata. Et hoc est q̄ seneca libro sexto de beneficī. dicit. Monstrabo tibi cuius laborēt rei inopie magna fastigia quid omnia possidentibus de/sit. scilicꝫ ille qui verū eis dicat et ho/minem inter mentientes. stupentē ipsa qꝫ consuetudine p rectis blanda audientem ac ignorātiam veri perductum vendicat a cōsensu concentuqꝫ falsoꝝ Seneca sexto de beneficijs. Monstrabo tibi quid omnia possidētibus desit. scilicet qui verum eis dicat. Non talis fuit beatus ambrosi9 qui publice re/darguit imperatorem theodosium de peccato suo publico. Unde in ei9 commendatione ait theodosi9. Inueni vnū hominē veritatis. Sed pchdolor principes modernis temporibus ac eciam magnates terreni detestantur ac etiam affligunt homines veritatis et cōmendant homines falsitatis. De hoc magister gerardus cancellarius parisiensis dicebat talem fabulā videlicet q̄ duo homies in sollicitudine errantes in terram symearū venerunt. quos cum vi/dissent symee dixerunt ¶ Isti homines sunt exploratores vocemus eos et sciamus ad quid venerunt. Et dixit maior ego ero in loco eminenti et vos circū/dantes me quasi regem vestrū hono/rabitis et ego faciā alios gestus quod cum fecissent. dictos homines vocauerunt quoꝝ vnus qui vocabatur veri/

dicus a rege requisitus ad quid vene/
rat et quid sibi videretur de eo ait. do
mine licȝ vos faciatis nobiles et altos
gestus mihi videtur ꝙ non correspon
dent cōditioni vestre cum sitis animal
deforme et impotens. et ait rex ceteris
symijs. Audistis quid ausus sit dicere
cōtra me. acuite vngues vestros et eū
totum decerpite. quod et fecerunt. Po
stea quesiuit ille ab altero cuius nomē
falsidicus. qui ait domine vos estis ani
mal magne nobilitatis et dignitatis et
potestatis. qui tot et tantos habetis
principes sub vobis. multum est enim
vestra sublimitas honoranda. quod au
diens rex precepit vt sublimaret̃ et ab
omnibus honoraret̃. hoc licet sit fabu
losum ꝓprijssime et verissime multo/
rum conuenit malicie ꝛc̃. ¶ Scda ve
stis blanditoris seu adulatoris est simu
lata cōuersatio. ex eo ꝙ talis magnam
ꝑtendit mansuetudineȝ. Legit̃ in libro
de animalibȝ ꝙ lupus aliquando emit
tit voces humanas vt non lupus sed
homo videat̃. Sic talis blanditor pre
tendit conuersatōnem humanam habe
re. idest humilem et māsuetam. ideo ta
les sepulchris dealbatis assimulantur.
vt dicit̃ Math. xxiij. quia exterius vi
dentur depicti virtutibȝ sed intus ple
ni sunt spurcitijs viciorꝝ. ¶ Tercia
vestis blanditoris est simulata opatio.
talis aliquando pretendit ieiunare ora
re elemosinam facere. sub istis operi/
bus pietatis suas deceptiones et frau
des nititur palliare ad hunc finem vt
simplices decipere valeat. ¶ De tali/
bus doctor gentium paulus .ij. ad thi
moth. iij. optime loquit̃ dicens. haben
tes quidē speciem pietatis virtutē eius
abnegātes. hij tales omnes falso vesti
ti sunt colore. ¶ Pro premissorꝝ intel
ligentia magis in speciali de infra scrip
tis duobus dubitabilibȝ restat queren
dum vel inuestigandū. Et primo vtrū
quis blandiendo vel alias hominibus
placere volendo peccet. Huic quesito
respondit beatus thomas diffiniendo
sic dicens. ꝙ velle hominibus placere
ꝓpter caritatem nutriendam vt eis spi
ritualiter ꝓficere quis possit laudabile
est. prima ad corinth. x. per omnia ho
minibus placeo. Sed ꝓpter inanē glo
riam et ꝓpter lucrum vel etiā in malis
esset peccatū. ſm illud psalmiste. Deus
dissipabit ossa eorꝝ qui hominibus pla
cent. Et ad gal. ij. Si ad hoc omnibus
placerem christi seruus non essem.
¶ Secūdo queritur vtrum blandito
ribus aliquid dare sit peccatū mortale
¶ Respondeo ſm vnl. ꝙ non nisi alias
nimius appetitus vane glorie hoc cau
set. sicut herodes delectabatur quādo
sibi dabantur laudes non hominū sed
dei. vel nisi intendat vel cupiat illā adu
lationem. de qua dicitur in psal. Laude
tur peccator in desiderijs anime sue.
Hec enim adulatio crimen est. et tales
largitores cōmunicant eis in crimine.
Immo ſm thomā scda secūde. q. clxviij
Si quis superflue in talibus sua con/
sumit vel largit̃ peccat quasi eos in pec
catis fouens. hec etiam ꝓbantur in ca
none donare. lxxxvj. distin.

¶ Rethorica super vicesimo septimo precepto.

¶ Cum tibi sint nati.

¶ Prothoplaustrorꝝ preuaricatio hanc
humano generi deseruit portionem vt
posteritas successiua ignorantie tene/
bris ac concupiscentie illecebris largire
tur. ¶ Quo circa debite instructionis
regulis indigemus. vt illiterato corde
contemplatiue vite theorica capiamus
ea videlicet iuxta aplm que a deo do/
nata sunt nobis et actiue vite explen/
tiam non horrentes in mundane ꝓcu
rationis necessarijs pro nobis et proxi

mis co̅uenientis industrie diligentiam apponamus. et hanc instructionis nor mam filijs et posteris conuenienter re linquere: ne forte inopinata paupertas generati in sui generis improperium ad fa cinora defluant importune.

Vicesimumoctauū precep tum prime partis metrice.

Cum tibi sint nati nec opes tunc artibus il los Instrue vt pos sint inopem defende re vitam.

A Autor in p̄senti precepto quo ad aliquam partem metrice repetit quod supra in vndecimo precepto. Erudi li bros psayce pretactum est. ibi em̄ ha betur q͞ patres ratione gradus propin quitatis et familiaritatis tenent ex de bito filios erudire maxime circa disci plinam et bonorum morum informatō nem. Ratio quia sicut sunt causa essen di. sic esse debent causa bene viuendi. ppterea philosophus octauo ethicorū dicit q͞ pater est filio causa essendi. cau sa nutriendi. et causa discipline. Et hoc est qd̄ ecclesiastici. vij. ca. scribitur. Filij tibi sunt erudi illos. verum quia ibi po sita sunt tria circa filiorum eruditiōem necessaria videlicet diuinorum manda torum inductio compellens parentes. Bonorum morū informatio tribuens virtutes. Et liberaliū artiū seu mecha nicarum adeptio adducens ad hono res. et de primis duobus aliqua decla rata sint et deducta. Nunc restat etiam hic tercium declarandū videlicet libe ralium artium seu mechanicarum adep tio adducens honores. Pro cuius declaratione est sciendum q͞ inter cete ra que ad dei cultores expediant est q͞ sollicite procurare debeat. vt nati idest filij aliquas artes addiscant per quas alimentari possint et nutriri ad hoc ne per discendi negligentiā mendicari co gantur. et hoc ne ex tali mendicitate ad peccata furti et rapine inducant̄. prop terea autor volens hijs obuiare mali cijs. per hoc suū preceptum inducit pa rentes vt filios artibus instruant per quas possint inopem defendere vitam hoc est q͞ directe intendit autor dū di cit. Cum tibi sint nati etc. quasi velit in nuere q͞ si quis habet filios sine opi bus eos pro sue vite necessarijs suffici entibus debet eos per se vel per alium artibus instruere. et maxime in pueri cia existentes. B Ex artibus enim multiplex bonū consequitur scilicet cor poris et anime vtile exercicium necnon temporalium rerum acquisitionē me rito ergo et bene dicit. Cū tibi sint na ti. idest filij. Nec opes idest possessio nes quia forte es paup. Tunc instrue illos. idest informa et doce per te vel p alium artibus liberalibus vel mecha nicis que vere sunt opes immarcessibi les que nō nisi morte perdi valent vel amitti. Ars em̄ dicitur ab arcendo. eo q͞ per ipsam tanq̄ ad aliquod cer tum arcetur homo. Ars enim secūdum aliquos infinitorum est finitum compen dium. Vel ars est collectio multorum pre ceptorum ad vnum finem tendētium. Instrue ergo illos quo. put defende re possint inopem vitā. idest cum qua dam defensione illis mediantibus du cere et tueri ab inopia et egestate. Ino pem vitam. idest humanam. Humana enim vita dicitur inops propter tria. Primo propter peccati deformi tatem. quia nemo sine crimine viuit. Vn̄ psalmista. Omnis homo mendax.

Secundo ppter instabilitatem et momentaneam breuitatē. quia homo nunquā in eodem statu permanet. Job. iiij. quia hodie est et cras non erit. Tercio ppter assiduam penalitatem. quia homo continue pene et labori assidue subiacet. Juxta illud iob. v. Homo nascitur ad labores etc. Et genesis primo In sudore vultus tui vesceris pane tuo Sunt ergo erudiendi filij debitis artificijs. Et primo in artibus manualibus et mechanicis potius q̄ in artibus liberalibus maxime si deficiunt eis instrumenta tam artificialia. q̄ naturalia que artes scilicet liberales sunt septē vt dicit hugo dydascalicon pte. iij. De quibus plenissime habes supra in scda prohemiali parte. §. xxvj. qui incipit. Quare accedat illud quartum membrum principale. vbi dixi q morum ignobilitas vulgi quoqz sanitas quarto referetur. Ibi distincte artes mechanice describuntur ita q non expedit hic easdem amplius refricare. ¶ Unum tamē valde notabile obmittere nolo quod scribit policratus libro. ix. c. iiij. de octauiano qui cum filijs suis bona hereditaria sufficere possent. tamē voluit primo mares instrui ad gradum militarē videlicet ad cursum ad saltum ad vsum natandi et missibilia et lapides iactandi nam eos exercitari fecit ac si sua nequaq̄ nisi per virtutem possidere valerent. ¶ Filias quoqz in lanificio sic instrui fecit vt si pter spem eas in extremam paupertatē fortuna deiecisset vitam per artem sustentare valerēt. nam vendendi emendi et texendi vestes fingendi et componendi non tantūmodo artem sed vsum habebant. ergo huiusmodi exemplo moueri debent parentes omnes ad simile faciendū vt scilicet filijs in mechanicis artibus imbuātur Item scdo ab infantia instrui debent filij liberalibus disciplinis et scientijs que similiter sunt septem. scilicet grammatica dyaletica rethorica arismetrica geometria musica et astrologia. De hijs nihil ad presens. quia generaliter tactum est supra in vndecimo pse precepto. Erudi liberos. Sed plenius et maxime quo ad modū discendi et studendi. in vicesimosecūdo prose precepto. Disce litteras. ¶ Sunt etiā tercio ab infantia instruendi artibus et regulis catholicis. scilicet in articulis fidei. put dicit hugo de sacramentis libro secundo parte sexta. ca. xij. ¶ Quantum ad hanc partē require supra in precallegato prose precepto. Erudi liberos. Et ibi satis de hoc. Item instruēdi sunt nati in bonis moribus. verum quia in predicto prose precepto. Erudi liberos tactum est de ipsoꝝ moribus in generali. ¶ Nunc vero pro ipsoꝝ informatione magis in speciali restat necessario discutiendum et precipue circa tria. in quibus naturalr magis peccant pueri. ¶ Et primo nati circa locutiōnem instruendi sunt et informandi. quia circa locutionē errant tripliciter scdm q ponit aristoteles in libro yconomice in secunda parte. vbi psequitur de regimine filiorum in ca. qualis preponendus sit magis. et ibi vide si placet. Et pro tanto non est hic standam. quia de hac materia satis tangitur supra in secunda phemiali parte in. §. ij. ad litteram dicens qui incipit. dixi quarto per totum. De materia etiā locutionis vide sup in hac parte metrica pcepto. xij. Rumores fuge. B. Post medium.

¶ Circa locutionē tamen beatus gregorius. vij. registri. prebet vtilem et bonam doctrinam dicens. Peto vt paruulos quos nutris precipue moribz instruere cures. et eunuchos qui deputati sunt admone vt eis ea que loqui debeant que coꝝ mentes in caritate contra seinuicem et erga subiectos in mansuetudine cōpugnant. Sequitur verba nutrientium aut lac erunt si bona sunt aut venenum si mala. ¶ Talia ergo nunc suggere que postmodum osten/

dant q bona fuerat que ab eis fuxe/runt.hec gregorius. Secundo instruendi sunt pueri quomodo circa visum et circa visibilia se debeant habere vt scz turpia nullo modo videant. quia talia in ipsorum fantasijs de facili imprimunt et quantum ad modum viuendi vt no habeant oculos vagabundos. quia talis etas ad hoc inclinatur eo q de omnibus admiret. quia ex hoc aliquis lenis corde iudicatur pusillanimus et vagabundus eo q videntur de omnibus admirari. Unde quintilianus in libro causarum dicit. vicijs nostris in anima p oculos via est.et hieremie.ix. Ascendit mors p fenestras nostras et ingressa est domos nostras. Tercio instruendi sunt circa auditum vt no audiant turpia.quia talia in eorum fantasijs facilliter imprimunt.et hoc est qd septimo ethicorum dicit philosophus q pueri phibendi sunt ne talia audiant. scilicet turpia mala vel inhonesta.quia audire est prope ad ipsum facere.

Rethorica super.xxix. precepto.

Quod vile est carum.

Rei familiaris gubernaculus discreto moderamine psidens alteritate temporum acuta circuspectione perpendit vt nec abundantie tempora superflue podigalitatis iacturam afferant nec raritatis articulo desperatione concepta excessiuam construant pauptatem sed legitima moderatonis seruata temperie incedendo via regia virtuose mediocritatis innocentu sapiens obseruabit nec cupiditatus notatus infamia non odio sus hominibus non virtuti contrarius immo nulli.Sic tibi nec cupidus rc.

Uicesimumnonum preceptum prime partis metrice.

Quod vile est carum quod carum vile putato. Sic tibi nec cupidus nec auarus nosceris vlli. A

Presens preceptum est quodamodo suppletio et glosa vicesimi precepti supra positi. Exiguu munus. Et tripharie potest exponi sm triplicem ipsorum metrorum sentencia.et inducere habet vnumqueqz ad triplicem virtutem videlicet ad virtutem pudentie que excludit neglectum. Ad virtutem largitatis r beneficetie que excludit opposit u Ad virtute contemptibilitatis terrene que includit omne bonum. Dico primo q presens preceptum sm vnum intellectum inducit ad virtutem pudentie que excludit neglectum.et sic exponitur. Quod vile est carum. scilicz in presenti tanq carum in futuru retine et conserua.ac si no carum esset. Et qd carum modo est in psenti. putato in futuro vile ita expede large ac si vile sit vel esse debeat hoc totu ad virtutem pudentie dignoscitur ptinere.que quidam virtus sm tullium est scda pars prudentie per qua videtur aliquid futurum anteq factum sit.et sic per eam inducimur ad pudentiam futurorum quod maxime conuenit principi ac etia vniculqz regenti.quod patet ex documento qd tribuit aristoteles alexadro libro.ij.de secretis secretorum sub rubrica de subuetione indigentiu dicens. O alexander thesauriza tibi multu de leguminibz et granis vtilibus ad vescendum vt terre tue sufficiant tempore famis et indigentie vt valeat tuis subditis tua pudentia subuenire. In tempore em necessitatis succurrendu est necessitatibus tunc aperire debes celaria tua r publicare p regnu r ciuitates frumeta et grana thesaurizata hec erit magna cautela.maxia pudentia immune

regni salus populi et custodia ciuitatũ tunc tuũ obseruabunt p̄ceptum. tunc tuum prosperabitur factum. et de tua ꝓuidentia viuēt populi vniuersi tunc scient omnes ꝙ oculi tui ꝓcul vident. et ꝓpter hoc tuam appreciabunt cle/mentiam et cauebunt sibi tuam offendere maiestatem. In hoc concordat diuina scriptura de Joseph qui consuluit pharaoni regi egipti vt tempore vbertatis. quia tunc frumēta et blanda cetera reputabantur vilia sic sibi taliter ꝓuidere deberet vt dum tempus sterilitatis et famis immineret ꝙ suis de victualibus subditis posset subuenire ꝓut geñ. xliiij. declarat historia. et sic hec virtus excludit neglectum. ¶ Dixi

C secundo ꝙ presens p̄ceptum s̄m alium intellectum inducit vnūquenqȝ ad virtutem largitatis et beneficentie que excludere habet oppositū. scilicet cupiditatem et auariciā. que liberalitati opponuntur vt taliter exponatur. Quod vile est carum. quasi velit dicere quando recipis aliqđ donū vel munus ab ali/quo qđ in rei veritate de se est vile debes illud qđ est vile carum et precio/sum reputare. et sic nō reputaberis cupidus. quia si vile reputares munꝰ ab amico forsitan paupe libenter oblatū. videreť ꝙ nō esses ↄtentus. sed ꝙ velles munus maius carum et preciosum et sic reputareris cupidus. qȝ cupidus dicitur ille qui non est habite rei aui/dus et inordinate eam habere desiderat vltra. scilicet q̄ꝫ necessitas exposcat et illud etiam simili modo qđ est carū et preciosum reputare debes ac si esset vile. Ratio quia tunc eris magis pro/nus ad illud tribuendū et illud dabis sicut oportet et quibus oportet ac etiā quando et quomō oportet. et tunc nullus auarum te poterit reputare.

¶ Auarus eñ dicitur auidꝰ respectu rei habite qui etiā inordinate amat ac etiā retinet eam. Unde dicitur auarꝰ quasi auri auidus. Unde dicitur semper auarus eget. si ergo illud quod est carum et preciosum sicuti est forsitan retraheris ad dandum illud. et sic auarus reputaberis et tenax. hec omia facere docet virtus largitatis seu liberalitatis. Ex eo ꝙ instruit ꝓmpte largiri quando et quomodo et quibus oportet. et in hoc excludit auariciam. ¶ Item etiā instruit in receptione munerum cupiditatē excludere in eo ꝙ docet vilia tanquā cara et preciosa benigne ac hilari vultu gratāter accipere. et quod est vile carum reputare. ¶ Dixi tercio ꝙ presens preceptum inducit vnūquenqȝ ad virtutē contemptibilitatis terrene per quā omne excludiť malum. et omne includitur bonum vt sic tercio exponatur. Quod vile est carum ꝛc̄. quasi velit innuere. Putato illud qđ est vile in hoc seculo. scilicȝ paupertatem et con/temptum mundanoꝝ que cōtemptibilis dicitur et habeť in hoc mundo esse carum deo. Et quod est carum mūdo. scilicet potentia ⁊ diuitie. putato esse vile a deo. et sic nec nosceris cupidus eius acquirendo. quod est carum deo. scilicet contemptibilitatē mundanoꝝ. nec etiam auarus vili bona tua pauperibus tribuendo. Et sic videtur male glosasse qui dixerat ꝙ sequens versꝰ non consonat huic sentencie. ¶ Ad luculentiorē autem intelligentiā huius tercie sentencie est breuiter sciendū ꝙ ita est deceçata mortalium intelligētia vt plurimū circa mundialia et terrena sicut de oculo qui vidit rem a remo/tis et eam iudicat esse paruā. sed deprope iudicat esse magnam. Unde solem quem a remotis cernimus esse modicū iudicamus. cum tamen demonstratiōe certissima ꝓbetur esse centies sexagi/es maior terra. modo cōsimili peccores a deo et a celesti premio per peccati distantiam plurimū elongati. longe enim est a peccatoribus salus ait psalmista. Deum ⁊ celeste premiū paruipendunt quia quod est carum reputant vile. B

Terrena vero quibus per amorē sunt ꝓpinqui magnipendunt. quia reputāt quod vile est preciosum. quod est contra preceptum autoris facere. ideo ex hoc per superbiam se extollunt et pauperes paruipendunt. hoc autē faciunt. quia nimis sunt a veritate remoti. vnđ videmus in hac machina mundiali ꝙ quanto circunferentia est minor tanto centro est propinquior et quanto fuerit maior. tanto a centro remotior. Sed dyonisius dicit in angelica ierarchia ꝙ deus est quasi centrum et spiritus intelligibiles mouentur more circūferentie citra centrum. ❡ Per hunc modum est de mortalibus intelligendum que suo modo circa deum mouentur. iuxta illud actuū. xvij. c. In christo viuimus mouemur et sumus. Quanto ergo quisq3 est breuior idest humilior tanto est deo ꝓpinquior et quāto per superbiam maior. tanto a deo remotior. vnde Ecc. xv. longe abest supbia. nunc autē sic est ꝙ quanto aliquid a remotiori videtur. tanto minus videtur. et quanto ꝓpinquior tanto maior. Sic viri virtuosi sunt ꝓpe deum positi. vnđ petebat vnus ex eis sc3 dauid ꝓpheta Libera me domīe et pone me iuxta te immo etiā sedent ad pedes dñi tanq̄ eius discipuli. Deutro. xxxiij. qui appropinquant pedib3 eius accipiunt de doctrina illius. et ideo cum se conspiciunt tanquā nanos iuxta gigantem positos deum magnū reputant et se paruos. Peccatores aūt a deo distantes seipsos per supbiam magnificant et extollunt dum dei magnitudinē non attendunt. et hoc sine dubio vult hec tercia autoris expositio dum dicit. Quod vile est carum zc. ❡ Volens igit autor dei cultores instruere quomodo de muneribus recipiēdis et dandis se debeant habere. ad hoc ꝙ nec in recipiendo cupidi videantur vltra data munera cupientes. nec etiā in dando auari appareant nec dantes quādo quib3 et quo modo oportet. Pro tanto hoc suum preceptū exhibet omnibus fore obseruandum dicens. Quod vile est carū zc̄ ꝭm ꝙ supra taliter qualiter est expositum. Videt tamen ꝙ autor in hoc precepto male intellexerit et falsū esse videatur qđ dicit. Quod vile est carū zc̄ Quod sic ꝓbatur. nam vt dicit seneca in libro de quatuor virtutibus dignitatem rebus non ex opinione multorum sed ex earum natura constituas. ergo illud qđ est vile de natura sua. debemus vile z non carū reputare. Et illud qđ de natura est carū et preciosum debemus carum et preciosu3 reputare et non vile. quorū contrariū dicit hic autor dum dicit. Quod vile est carum. Huic contrario respondet ꝙ duplices maneries ꝓprietatu3 insunt rebus. quedam enim ꝓprietates sunt que a natura rei specifica oriunt sicut esse risibile oīs in ore a natura specifica hominis est. et causatur a principijs intrinsecis eius et esse calidum et leue a natura ignis. et quando de talibus ꝓprietatibus loquimur ꝭm naturam rerū iudicare debemus et non scđm opinionē. vnde si omnes homines dicerent hominem non esse risibilem. non deberemus dicere hominē non esse risibilem sed esse risibilem. ❡ Quedam aūt sunt ꝓprietates que non conueniunt rei ex natura sua sed ex cognitōnis attributione vel cogitatōnis nature. et p actionem anime attribuētis sibi aliquid. qđ de natura sua non habet sed solum ex attributione intellectus nostri. verbi gratia. nullus homo de natura sua prest alijs. quia omnes pares natura creauit quantū ad ymaginem dei. sed tamē vnus homo per actionem intellectus nostri et per electionē voluntatis nostre preficitur et preponitur alijs et vocatur dominus. et quando loquimur de rebus quātum ad istas ꝓprietates possumus iudicare de rebus ꝭm estimationem hominū. nunc autē sic est.

Quod vile est carum. scdm q preciо mensurant. quia precia insunt rebus p opinionem hominum. quia illud quod ppter copiam reputabimꝰ vile et parum valere alio tpe ppter indigentiã reputabimus carum et multũ valere. Et ideo saluari potest isto modo autoris preceptũ. Ex eo q seneca intellexit de pprietatibus que insunt rebus per rationem intellectꝰ cogitantis. de quorum numero sunt vile et carum. quia mensurant per approbationem nostrã vel etiam extimationẽ.

Tricesimum preceptũ prime partis metrice.

Que culpare soles ea tu ne feceris ipse. turpe est doctori cũ culpa redarguit ipsum.

Nota scdm canones q quis dicitur aliquid facere nouem modis. Primo per effectũ. de conse. di. iiij. romanus. Secũdo per causam. j. q. j. Si quis inquit. Tercio per comparatõnem. vt viij. q. j. vereor. Quarto per mutationẽ vt. vij. q. j. omnes qui. Quinto p auctoritatem. j. q. j. vt euidenter. Sexto per ministrum. vt in. c. sicut vrgeri. ea. causa et. q. Septimo per vite meritũ. de consecra. di. iiij. quomõ. Octauo per approbationem. vt de cõsecra. di. iiij. queris. Nono per subtractionẽ. vt. xvj. q. j. decime. Nota q triplex reperit reprehensio in sacris canonibus. Prima dicitur impiosa et hec prohibet. vt in canone nolite. xxj. di. Secunda dicitur socialis que pcipitur. vt. ij. q. j. si peccauerit. et. ij. q. vij. qua ppter. Tercia est temeraria que etiam phibetur. vt. ij. q vij. oues. Autor supra in quinto precepto. Si vitam inspicias. recitat in generali qđ in presenti precepto tangit in speciali videlicet de illo qui sub quodã signo simulate pfectionis vicijs quibꝫ ipse laborat: alios mordere et redarguere nititur ac si ipse illa vicia nõ haberet. volens igit autor in hoc precepto dei cultorem instruere maxime qui est in doctoratꝰ seu presulatus officio constitutus. q a vicijs de quibus alios rephendit se debeat abstinere dum dicit. Que culpare soles. quasi velit innuere. q si tu aliqua vicia rephendas non illa vel similia debes contrahere ne culpa q̃ in alijs corrigebas teipsum reprehendat. et sic pprio iaculo feries temetipsum. iuxta illud augustini. bene loqui et male viuere nil aliud est q̃ se sua voce damnare. et hoc est quod expositiue intendit autor dicens. Tu ipse ne feceris ea. scilicet vicia que in alijs corrigebas. iuxta illud euangelij dictũ Math. vij. ypocrita q vides festucã in oculo fratris tui et in tuo trabẽ non vides eice primo trabẽ de oculo tuo rc̃.

Pro huius precepti intelligentia ac etiam obseruãtia est breuiter sciendum q ad hoc qđ redargutio siue reprehensio ordinate fiat tria maxime requiruntur. Primũ est ex parte reprehendentis. scilicet eius vita irrephensibilis. Secundũ ex parte reprehensi. scꝫ eius culpa rephensibilis. Tercium ex parte modi rephendendi. scilicet discretio puida. Circa primũ est sciendum q doctor siue quiuis aliorꝫ rector si laudabiliter absqꝫ calumnia velit alios culpare seu rephendere debet actꝰ et pprietates celestis ierarchie imitari quia in diuino eloquio angelus appellatur Malach. iij. Ecce ego mitto angelum meum rc̃. Et sunt nouem actus seu pprietates ipsorum angelorꝫ scdm q per nouem ordines diuidunt. Et primo doctor ad modũ angelorũ debet habere actum qui est officiosa executõ mandatorꝫ p humilitatẽ promptissimã. Hec virtus humilitatis ponenda est prior tanq̃ loculꝰ in quo cetere virtu

tes condant. put dicit grego. qui omnes virtutes sine humilitate cogregat. quasi puluerem in ventum portat.
¶ Sed hodie in collegijs doctores superbos et no humiles habemus qui ante volunt supbe loqui quam audire pesse cupientes. qui seipsos negligut gubernare. Cum tame dicat bernardus ad eugenium papa. Nulla inquit spledidior gema in omni pcipue ornamento pontificis quam humilitas. que si amittitur illa virtutu congregatio no nisi queda dicitur ruina esse. ergo doctor ad modu angelorum debet habere actum qui est officiosa excusato mandatorum p humilitatem summa. quia supbis deus resistit. humilibus aute dat gratia Jacobi iiij. Contra facientibus dici eis potest qd dicit autor. Turpe est doctori.
Scdo doctor seu aliorum rector ad modum archangelorum debet habere actionem et pprietate que est studiosa virtus et reuelatio secretorum per doctrine et virtutis influentia. vt verificet illud ysa. lviij. Clama ne cesses et quasi tuba exalta voce tua. Sed o qua monstruosa res dicit bernardus libro. ij. de consideratione gradus summus et animus infimus sedes prima et vita yma lingua magniloqua et manus ociosa. sermo multus et fructus nullus. caput canu et cor vanu. monstruosum em esset si in vno homine reperiret q haberet vnu oculu maiore reliquo. vel si esset aliter coloratus. hoc tamen monstrum reuera hodie in multis doctoribus inuenitur. nam cum in nobis sit duplex oculus intellectus vicz et affectus. Sunt quidaz qui hos oculos habet in colore dissimiles bonu docentes et aliud facientes. Alij vero in magnitudine inequales. nam multa dicunt et pauca faciut. multum cognoscut et parum diligunt. multum studetes illuminatione intellectus et paru curantes. de inflamatione affectus oculu intellectus illumiat veritas oculu affectus caritas. vtrunqz pariter illuminari petebat dauid. Illumina oculos meos rc. Cum autoris etia dicto concordat ysidorus de summo bono li. iij. dicens. Nihil turpius est quam si bonu qd quisqz sermone pdicat. explere ope negligit vnusquisqz doctor et bone actionis et bone pdicationis habere debet studiu. nam vnu sine alio no facit perfectum interdu doctoris vicio ipsa vera doctrina vilescit. et qui non viuit sicut docet. ipsam qua predicat veritate contemnibile reddit. facit in huius figura. Exo. xxviij. Preceptu erat pontifici vt portaret in pectore rationale iudicij in quo essent veritas et doctrina. contrarium facieti dici pot. Turpe est doctori cum culpa redarguit ipsum.
¶ Tercio doctor ad modu virtutu debet habere actu seu pprietate que est virtuosa opatio miraculorum per bone opationis et conuersatonis efficaciam Nam fm seneca. plus monet exempla quam verba. Ratio est. qr efficatius coclu ditur factu ex facto. quam factum ex dicto sic concludit dns Luce. x. Uade et tu fac similiter. et ipse volens nos efficacius admonere. cepit prius facere quam docere. actuu primo. Un aplus ad thimo. ij. In omnibus teipsum prebe exemplu bonorum operum. in doctrina. in castitate. in integritate et grauitate. qr bone opationis conuersatio ofundit inimicu. edificat proximu. glorificat etiam deu. Et beatus hieronimus dicit. erit in gestu tuo grauitas. in motu simplicitas. in incessu honestas. nihil decoris vel lasciuie. nihil petulantie vel leuitatis in tuo incessu appareat. in corporis em gestu appareat animus euidenter speciesqz corporis simulacrum est mentis figuraqz pbitatis. Unde magna in oculo macula reputat que in membris ceteris modica censet. sic etia idem peccatu maius est in doctore quam in alio. et ideo sapienter doctorum doctissimus scz deus ipse ab ipsa premordiali creatione pcuidit vt in sole non esset macula sic eam esse videmus in luna. et sic sol eminet vniuersis vt radijs suis cuncta plustret.

Sic doctor quilibet quasi alter sol om nibus preminens singulorum merita con spicere debet. ad instar solis operum vir tuosorum exemplis quasi quibusdam ra diis debet lutum fluidum per luxuriam de/ siccare. et congelatum per auariciam et ra/ pinam impietatem et erogationem dissol uere. nam sine misterio ac notabili do cumento raro vel nunquam in sacra scrip tura de obscuratione solis fit mentio quin statim obsequatur lune. et plerumque stellarum obtenebratio. Unde ysa. xiij. scribi tur. Obtenebratus est sol in ortu suo. et Joel. ij. Sol et luna obtenebrati sunt et stelle retraxerunt splendorem suum. In quo moraliter datur intelligi. quod doctore pec/ cante consequenter peccant et populi ex emplo illius ad peccandum inducti. Dici tur enim ecc. iiij. secundum iudicem populi sic et ministri eius. et qualis rector ciui tatis. tales et inhabitatores in ea. vnde tu specialissime qui es sup alios consti tutus ad modum virtutum oportet te am plius operari vt habeas illorum actum qui est virtuosa operatio miraculorum. In qui bus autem qualiter et quomodo debeat operari. require supius in penult. prose precepto. Illud stude agere quod bonum est. vbi latissime habetur de materia. et ibi vide de materia si placet. Contrarium autem faciens dici ei pot. Turpe est do ctori. ❡ Quarto doctor seu rector ad modum potestatum debet habere actum seu proprietatem que est refrenatio de/ monum seu aduersariorum per fortissimam resistentiam in demones effugando. nam princeps noster beatus petrus in sua nos docet epistola prima. c. v. dicens. aduer sarius noster dyabolus tanquam leo rugi ens etc. O vos domini doctores principes et prelati ad modum potestatum refrenan do demones aduersantes. sitis turres et muri viriliter stantes firmi. quia con tra hereticos et rebelles pugnare debe tis. et a vobis auctoritatum clipei debent fugiter dependere. vt etiam si apponantur eorum tendicule vt sagittent in occulto re ctos corde. sagitte ipsorum paruulorum fi

ant plage eorum vt cum erepta fuerit ani/ ma vestra de laqueo venantium frustra iaciatur rethe ante oculos pennatorum. Nam doctor siue aliorum rector qui de/ bet refrenare malicias hominum dyabo lorum debet esse sicut turris et colum na immobilis et non de facili moueatur. ❡ Sed prochdolor sunt aliqui qui non sunt muri sed mures. non doctores sed raptores. non speculatores sed speculato res. non plati sed pylati. non deuoti sed tyranni. Nota secundum canones et scrip turas quod sol quintupliciter accipitur vt dicitur. Primo nanque sol dicitur ipse deus. vnde dicitur. Illuxit nobis verus sol. i. deus pater. Secundo dicitur ipse christus. vnde. Ortus est nobis sol iusticie xps de us noster. Malach. iiij. Tercio dicitur sol filij manifestatio. vnde. In sole posuit ta bernaculum suum. psal. xviij. Celi enarrant gloriam etc. Quarto dicitur sol temporalis puni tio. vnde. Sol non uret te per diem neque luna per noctem. ps. xij. Leuabo oculos meos etc. Quinto dicitur sol temporum succes sio. vnde. permanebit cum sole et ante lu nam. ❡ Primo sole omnia sunt cre ata. vt. xij. q. ij. cum redemptor. ❡ Se cundo sole omnis homo illuminatur. vnde erat lux ve. etc. Jo. j. xxj. di. cleros. Ter cio sole lucerna sup candelabrum ponitur vt luceat omnibus qui in domo sunt. Math. v. ❡ Quarto sponsa. idest ec clesia xpi parturit. vnde in canticis. Ni gra sum sed formosa. cant. j. ❡ Quinto temporalium successio distinguitur. vt dies mensis et annus. xxvj. q. vij. non obser uetur. ❡ Sed notandum quod culpa do ctorum vel rectorum plus nocet subditis quam aliorum quod ex duobus probatur vicz Ex iure canonico. et naturali exemplo ❡ Primo iure et sic. quod enim agitur a pre latis faciliter trahitur a subditis. quia sunt tanquam signum positi ad sagittam. vt in decret. qualiter et quando. ij. de accusat. et a quo debent suos subditos prohibere. multofortius et seipsos nec pot corrige re cum tacitus respondeat eadem que cor rigit commisisse. vt in canone. primum di.

C

ad

di

tio

xxvj. ¶ Scd̄o p̄batur naturali exemplo. dicunt astrologi q̄ eclipsis solis multū grauat oculos intuentiū. et quādo eclipsis fit in ascensu solis plus nocet et est malum signū. Sic moraliter licet peccatū omni ratione scandali sit offensiuū. tamē peccata doctoꝝ et prelatorum qui sunt in ascensu dignitatis plus nocent. quia magis subditos scandalizant. vt patet ad sensum. ¶ Cum enī heretici cōmunicantur scripturis et rationibꝫ non habēt fortius argumentum ad defensionē erroris sui et simplicium subuersionē q̄ quando exempla mala catholicoꝝ et maxime doctorum et prelatoꝝ vident tunc animātur et confortant̄. ergo ad modū potestatum habeat doctor actū qui est refrenatio demonū aduersarioꝝ. Juxta illud iacobi. iiij. c. resistite dyabolo et fugiet a vobis. contrariū ergo facienti potest dici cum autore. Turpe est doctori ꝛc̄.

¶ Quinto doctor seu alioꝝ rector ad modū principatuū debet habere actū seu p̄prietatē que est directa gubernatio hominū sibi cōmissoꝝ per dilectionem feruentē et precipue in subditoꝝ custoditione seu gubernatiōe. vnde rector quilibet diligere debet quoscunqꝫ et specialiter sibi subditos sic pater et mater vnicū amant filiū. Unde berñ. sup cantica dicit. Discite subditoꝝ matres vos esse debere nō demones studete magis amari q̄ timeri. et si interdum seueritate opus est paterna sit nō tyrannica. matres fouēdo. patres corripiendo vos exhibeatis. Suspendite verbera. p̄ducite vbera. ꝛ pectora lacte pinguescāt. ergo habeat doctor seu rector ad modū principatuū actum qui est directa gubernatio hominū sibi cōmissorum p̄ dilectionē feruentem precipue in subditoꝝ cōpassione. Juxta illō ad hebre. v. Omnis pontifex ex hominibus assumptꝰ pro hominibꝫ constituitur. Contrariū ergo facienti dici potest cum autore. Turpe est doctori ꝛc̄.

¶ Sexto doctor seu alioꝝ rector ad modū dn̄ationum debet habere actū et p̄prietatem qui est p̄cellens imperatio spirituū inferioꝝ per p̄prij spiritus et carnis subiectionē a vicijs expugnādis. nā caro suggerit suauia. et ideo contra eam tanq̄ contra domesticū inimicum vtiqꝫ est cauendum ¶ Juxta illud michee. vij. ab ea q̄ dormit in sinu tuo custodi te. Et ap̄lus ad roma. xiij. ca. Curā carnis ne feceritis in desiderijs suis. quia suauitas carnis consuetudinē inducit. De quo sanctus augꝰ. in enchiridion. c. xv. loquit̄. peccata quāuis magna sint et horrenda cū in consuetudinem venerint. aut parua aut nulla esse credent̄ vsqꝫ adeo non solū occultanda veꝝ etiam p̄dicanda et diffamanda esse vident̄. ¶ Itē cesarius in quodā sermone habet hoc infelix consuetudo vt quāto amplius quis peccauerit. tanto minus ipsa peccata intelligat et tāto plus eum peccare delectat. Et augꝰ. super psal. lxxxix. Omne peccatū consuetudine vilescit et nescit homo quantū sit. Et gregꝰ. in registro. Si praue rei anteq̄ vilescat additus non claudat̄ fit latior et erit cōsuetudine licitum quod cōstat esse ratione p̄hibitum. ergo habeat doctor ad modū dn̄ationum actū qui est p̄cellens imp̄atio spirituū inferiorum in p̄prij sensus spūs et corpis subiectionē et in vicijs expugnādis vt dicere valeat cum apostolo prima ad chorinth. ix. Castigo corpus meū et in seruitutē redigo. Contrariū ergo facienti dici pōt ei. Turpe est doctori ꝛc̄.

¶ Septimo doctor seu alioꝝ rector ad modum tronoꝝ debet habere actū seu p̄prietatem tronoꝝ qui est iudicatio et correctio hominū peruersoꝝ per equitatis et iusticie rigorē. Unde berñ. ad eugeniū papam. vt prauos viriliter iudicaret hoc expectat et petit a te manus tua. hoc suspirant filij matris tue. ergo ad modū tronoꝝ doctor habeat actū qui est correctio ꝛ iudicatio hominum p̄uersorū p̄pter rigorē equitatis et iusticie in delinquētes homines puni

endo. ps. Letabitur iustꝰ cum viderit vindictam. Contrariū facienti dici potest eidem. Turpe est doctori ꝛc.

¶ Octauo doctor seu rector alioꝝ ad modum spirituū cherubicoꝝ debet habere actū seu ꝓprietatem q̄ est intellectuatio seu cōtemplatō occultoꝝ potissime diuinoꝝ ꝓpter splendorē veritatis summe. ¶ Nono vt ista duo accipiantur cōiunctim doctor ad modū spirituum seraphicoꝝ debet habere actum seu ꝓprietatem que est dilectio et amatio incendiosoꝝ animorum ꝓpter dilectionem artissimā caritatis. O quā viua est illa contemplatō ac etiā dilectio diuinorū que est de ipso gratuito cetu erumpit. et que ex totis medullis cordis in deū salit. et sup omnia deum diligit et propter se. Jo. iiij. Qui biberit ex aqua quaꝫ ego dabo ei. fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam.

¶ Circa scðm principale ꝛc. dicit augꝰ. ꝙ si ea in mente repħendis que reprehendenda nō sunt. teipm potius ledis q̄ʒ me. Exemplo illiꝰ qui arcum tendit qui tendendo vulnerauit seipm. ¶ Sic reuera aliq̄ sunt qui dum alios volunt corrigere a seipsis ledunt. ¶ Sunt etiā quidā qui omnes repħendere volunt. sed ab hijs repħendi nolunt. tales sunt sicut vermiculi qui quantūcunqꝫ penetrant durū lignū. tamen cum tangūtur modicū per impacientiā crepant.

¶ Sunt etiam nōnulli subditi ita in malicijs indurati ꝙ nullo modo corrigi volunt nec etiā emendare seipos isti sunt vasi terreo similes. qui nunq̄ʒ reparat̄ si frangatur. faciendū est igitur ad consilium ħiere. xix. vbi dicit̄ sic. conteram populum istū sicut conterit̄ vas figuli

Quare autē tales non corrigunt̄ duplex est ratio demonstratiua. Prima est quia nunquā bene corrigit librū qui dorsum vertit ad exemplar. Exemplar omnis boni est deus. ꝑuersi vertunt ei dorsum. Vñ ꝑuersi dicunt̄ quasi auersi ideo difficiliter corrigūtur. quia scðm augustinū. Peccatum nihil aliud est q̄ʒ quedam auersio a bono incōmutabili bono cōmutabili inherere. ¶ Scða ratio est qꝛ respiciēs in exemplar solū in ea parte in qua est corruptum nunq̄ʒ corrigit librum suū. Sic superiores vt sunt doctores et regentes debent esse exemplar minorū. Sed quia ꝑuersi non respiciunt in supioribus nisi vicia et defectus que in eis sunt. ideo difficiliter corrigūtur. ¶ Circa terciū principale ꝛc. Nota differentiā inter correctionem sapientis et fatui. quia fatuus impetuose et subito vult corrigere qd est valde ꝑiculosum. Sed sapiens corrector differt et reseruat correctionem vsqꝫ ad tempus optimū quod est valde congruū. Unde cassiodorꝰ super illud psalmi. Irascimini et nolite peccare dicit festinata vindicta non potest esse in iusticia reparata sed sapiens in furorem nō corrigit. Sed tali moderamine et mensura ꝙ aliquando querit ignoscendi facultatē non vlciscendi opportunitatem. Exemplo illius philosophi de quo facit mentionē hieronimus in epl'a ad paulinū. qui rediens de scolis et inueniens rusticū qui bona sua custodierat et ea penitus inueniens destructa ait illi. Si iratus non essem statim de te vindictā expeterē. Unde gregꝰ. subiectoꝝ vicia aliquādo sunt prudenter dissimulanda. aliquando subtiliter inuestiganda. aliquādo breuiter puniēda. aliquando vehemēter obiurganda

¶ De materia correctionis superiorum ad inferiores. vide sup̄ in. xij. ꝓce precepto. Familiā cura. De correctione etiam fraterna. vide supra in. ix. precepto prime partis metrice. Cum moneas aliquē. ¶ Nota ꝙ triplex doctor in scripturis reꝑitur quorum quilibet ꝓprios dicitur habere discipulos. Primus doctor dicit̄ sophista. Scðus dicitur phisicꝰ. Tercius dicit̄ theologus. ¶ Doctor sophista est dyabolꝰ et est cautus sophisticator qui suos docet discipulos subtilia sophismata.

¶ Hic habet tria genera discipulorum.

ad

Primi sunt ypocrite quos docet alios decipere p sophisma in quo est fallacia figuredictionis que est quando dictio vnum ostendit et aliud significat. per hanc fallaciam ypocrite decipiūt alios. quia vnū sunt intus. aliud autē exteri/us tales etiā sunt simulatores qui vnū habent in corde. aliud autē exterius in ore. De talibus et consimilibus loqui tur apostolus ad thimo. vj. Habentes speciē veritatis virtutē autem eius ab negantes. hij sunt qui transfigurant se in angelū lucis. Istius sophismatis fal laciam ostendit xps Math. xxiij. Ue vobis ypocrite tristes similes estis se/pulchris dealbatis que a foris apparēt speciosa. intus autē sunt plena ossibus mortuorum et omni spurcicia. Secū di discipuli sunt detractores quos dya bolus docet alios decipere per sophis ma in quo est fallacia amphibolie. que est quādo per diuersam constructionē decipitur ignorans. et hoc fit quando aliquid quod est in cōstructione debet ante esse retro postponitur. sicut patet in hoc exemplo. video panē comedere canem. per hanc fallaciam detractores plures decipiunt qui cum detrahunt di cunt de malo bonū et de bono malū. et ponunt tenebras lucem et ecōuerso. et sic decipiunt auditores qui rei veri/tatem ignorant. istius sophismatis fal/laciam ostendit dominus in ysa. v. di/cens. Ue vobis qui dicitis bonū malū

xj. q. iij. ve vobis. Tercij discipuli sunt sciencie amatores. hos em̄ decipit dyabolus per sophisma in quo est fal/lacia equiuocationis. quod est quando de eadē voce sunt diuerse res sicut pa tet de hac voce homo sub quo duo cō prehendūtur scilicz homo pictus et ho mo verus. et sic homo est equiuocum si habeatur respectus ad vtrunqz. Si vero habeatur respectꝰ ad hominem verum tantū vniuocum est. ꝛ sic est de sapientia dei et sapientia huius mundi quia sapientia dei vera sapientia est. sa pientia mundi est quasi sapientia picta. scilicet accidentalis et fatua. hanc niti/tur dyabolus ostendere mūdi amatori bus veram sapientiam esse et dei sapi/entiam nititur ostendere pictam et fa/tuam esse. pptere a mundane sapientie amatores per dictam fallacā a dyabo/lo decipiuntur. quia credunt fatuam sa pientiam dei et ecōuerso. Istius sophis matis fallaciam ostendit apostolus di cens illud prima ad corinth. iij. Sapien tia huius mundi stulticia est apud deū. Secūdus doctor est phisicus. i. est venter cuius discipuli sunt gulosi et de liciosi. Unde apostolus ad corinth. vj. Quoꝝ venter deus est. Iste docet di/scipulos duo scilicet abstinentiā et re/pletionem. Primo docet abstinere a le guminibus et a grossis cibarijs. quia in flant. Secūdo docet ventrē reple ri bonis et delicatis cibarijs ac etiā lau te paratis. Istiꝰ sophismatis fallaciam docet et assignat dominus Luce. xxj. Abstinete a crapula et ebrietate. Tran sumptiue. xxxv. di. in prin. Et in decre. a crapula. de vi. et ho. clericoꝝ. extra. xxxv. di. vinolentū. Tercius doctor est theologꝰ hic est xps benedictus et quilibet doctor egregius. discipuli enīz eius sunt paupes quos docet inuenire triplices diuitias paupertatis. scilicet se curitatem. felicitatem. et thezaurum in/effabilem. et ideo assimulantur tribus. scilicet sigillo regis. medicine. et arene infructuose. Primo docet in pau/pertate inuenire securitatē. et ideo assi milatur sigillo regis in quo est securi/tas nuncio qui sigillum regis portat et vbiqz per terram vadit secure.

Moraliter sigillum siue signū summi regis est paupertas. de qua in euange lio Luce. ij. ca. scribitur. Hoc vobis si/gnum erit inuenietis infantem pannis inuolutum ꝛc. Quicunqz ergo hoc signum portat tanq̄ nuncius sum mi regis secure per viā vadit. iuxta il/lud boecij dictū. Cantabit fatuus corā

latrone vlator. nec etiam ab eis querit pedagiū. per quod patet ꝙ liberi sunt et non servi. ¶ Secundo docet in paupertate sanitatem invenire. et ideo assimilatur medicine in quo latet sanitas. hoc figuratum fuit in libro regū. iiij. ca. v. vbi dicit̄ ꝙ helyseus docuit naamon leprosum ꝙ descēderet in iordanam et ibi lavaret se septies. et sic reciperet sanitatem. ¶ Per hunc descensum humilem paupertatem intelligere debemus per quā in hoc mundo descenditur qui pauper efficitur quodāmodo descendit de magno et alto fastigio ad statū infimuꝫ in iordane. ergo in paupertate mundatur homo a lepra superbe ambitionis et erogantie. ¶ Tercio docet invenire in paupertate thezaurū ineffabilem. et ideo paupertas assimilatur arene infructuose sub qua latet aurum p̄ciosum. sic licet paupertas plurimum infructuosa videat̄. tamen ibi latet preciosissimus thezaurus regni celorum. vnde Beati paupes spiritu quoniam ipsoꝝ est regnum celoꝝ. Math. v. Luce. vj. ca. xxiij. q. iiij. §. ex hiis.

tio

¶ Tricesimū primum preceptū prime partis metrice.

Quod iustū est petito vel quod videat̄ honestum. Nam stultū est petere quod possit iure negare

A ¶ Autor in presenti precepto repetit metrice qđ supra in primo precepto scilicet. Itaqꝫ deo supplica. exposuit p̄ sayce. verū quia instruit solūmodo dei cultorem ad actum latrie deo principaliter exhibendū. qui quidam fit per petitionem supplicativā non ad alios actus se divertens. Ideo nunc in p̄senti precepto dei cultorem informare intendit vt ea cupiat et postulare debeat q̄ sunt rationi consona et saluti humane p̄ficua. hoc autem insinuat autor dum dicit. Quod iustū est petito. ¶ Pro declaratione huiꝰ precepti est breviter attendendum ꝙ quidam querunt aliquid et inveniūt. vt sunt illi qui intelligunt qđ querunt. et istis dicit̄. querite et invenietis. quidam querūt et non inveniunt. vt non intelligentes qđ querunt. et istis dicitur. nescitis quid petatis. quidam nec querunt nec inveniunt quibus dicitur. qui ignorat ignorabit̄. transsumptive in. §. vt itaqꝫ. xxxvij. di. talia ergo petenda sunt ab amico que iuste negare non possit. quoniā iniustū est iniusta petere. et hoc est quod dicit autor. Quod iustum est petito. Ad hoc autem vt petitio nostra iusta sit et honesta et p̄ consequens exaudiri mereatur. quatuor sunt principaliter attēdenda. Primū est ꝙ sit in donante potestas. Secūdm est ꝙ in petente sit dignitas. Tercium est ꝙ sit in re petita vtilitas. Quartū est ꝙ sit in petitione congruitas. ¶ Contra primum faciunt omnes qui petūt aliquod ab eo qui impotens est ad largiendū. quia qui nihil habet nihil dare potest. vt in canone. statutum. xviij. di. et in canone alberti. liiij. di. Et de iure patro. quod autē. in fine. ibi dicitur ꝙ pro non dato habet̄ quod datur ab illo qui dare de iure nō potest. In hoc sunt valde stulti omnes ydolatre qui petunt a creatura quod a creatore petere deberent. vñ stulti fuerunt sapientes babilonie et ipse rex qui ordinaverunt vt vsqꝫ ad tres dies nemo ab aliquo deo aliquid petere deberet. nisi ab ipso rege. qui petita dare nō poterat. nunquid rex poterat infirmos curare. leprosos mundare. cecos illuminare. mortuos suscitare. certe minime. a deo igitur petere debemus cum sit potentissimus si aliquo indigemus.

B

minis sunt diuitie. et quia de agricultu ra maxima opes acquirũtur. ideo isti in agricultura studium suũ totaliter pone bant. talibus autẽ obiurgando quasi in struendo dicit ꝙ ad virgilij studiũ re currere debeant. Unde dicit. Telluris si forte velis cognoscere cultus. Uir gilium legito. quasi velit innuere ꝙ nõ debes in hoc studium ea intentione po nere ꝙ credas in diuitijs agriculture consistat summũ bonũ. non tamẽ sim pliciter ꝓhibet ex hoc agriculture stu dium quod docet virgilius. sed prohi bet eorum studiũ qui ea intentione stu dent quia credunt ꝙ in diuitijs agri culture consistat summũ bonũ. et hoc aliqui totaliter ꝓbare nituntur et sic il lud bonũ pro quo omnia alia bona ha beri possunt videtur esse summũ bonũ et melius bonũ. Hec sunt diuitie iuxta philosophi sententiã qua dicitur ꝙ pe cunia est mensura omniũ rerum vena lium. cui concordat illud ecclesiastici .x. pecunie obediũt omnia. ergo scđm hoc qui est ditior et beatior ₣m illud psal miste dicentis. beatum dixerunt popu lum cui hec sunt. Hanc sententiam licet falsissimã multi reputent veram et etiã tenent firmissimam ₣m ꝙ ex facto eius deter apparet. ergo ꝛc. Sed ꝙ homi nis felicitas nullo modo in diuitijs cõ sistat sic ꝓbatur. diuitie enim non nisi ꝓpter aliud appetuntur. per se enĩ nil boni inferunt hominibus. sed solũ cum vtuntur eis vel ad corporis sustentatõ nem vel aliud huiusmodi. Quod autẽ est summũ bonum ꝓpter se desidera tum est et non ꝓpter aliud. nõ sunt er go diuitie summũ bonũ hominis. hoc vtiqꝫ idem ipse virgilius ad vltimum sue vite fuit vtiqꝫ ꝓtestatus per qua tuor versus quos legitur construxisse. quos pro epythafio ordinauit. in qui bus se ostendit tres libros compilãdo grauissime laborasse. videlicet librum bucolicorum in quo tradidit artem cu re pastoralis. libruꝫ eneydorum in quo tradidit artem cure militaris. et librum georgicoruꝫ in quo tradidit artem cure ruralis. et tamen predictos libros non ob dei laudem sed ad gloriã edidit po pularem. Unde dicunt illi versus sic. Pastor arator eques pavi seui superaui. Capras rura hostes queqꝫ labore gra ui. De capris pastis de rure sato hoste subacto. Nec lac nec segetes nec vlla spolia tuli. ¶ Aliorum oppinio fuit ꝙ corporalis sanitas aliaqꝫ corporis bo na sunt summa hominis felicitas. Istis etiam obiurgãdo dicit. Quod si mage nosce laboras. Herbarum vires macer tibi carmine dicet. quia optimus medi cus fuit. nec in tali sciẽtia vel libro stu dere debes ea intẽtione vicꝫ vt credas ꝙ in sanitate corporis aliaqꝫ bona sum mum bonũ consistat. quod tamen pro batur contrariũ esse verum et sic bona corporis huiusmodi sunt sanitas pulch ritudo et robur non sunt summũ bo num hominis per similia manifeste ap paret. hec enĩ bonis et malis cõmunia sunt et instabilia sunt et voluntati non subiacent ¶ Preterea anima est me lior corpore quia non viuit nec predicta bona habet nisi per animã bonam. er go anime sicut intelligere et alia huius modi est, melius ꝙ̃ bonũ corporis. non est igitur corporis summũ bonum ho minis. ¶ Adhuc hec bona sunt homini et alijs animalibus communia. felicitas autem est ꝓprium hominis bonũ. non est igitur in pmissis bonis hominis fe licitas. Amplius multa animalia quan tum ad bonum corporis sunt homine potiora. Quedam enim sunt velociora homie. quedã robustiora. et sic de alijs Si igitur in hijs esset summũ bonum hominis non esset homo optimũ ani malium quod patet esse falsum. nõ est igitur felicitas humana in bonis corpo ris consistens. ¶ Aliorum opinio etiam fuit ꝙ summũ bonum consiste ret in gloria et fama. hij in lucano stu dium suũ penitus ponebant qui de bel

B

lorum tractat gloria. Istis etiam autor modo quo supra dicit.

¶ Secundū p̄ceptū·

Si romana cupis et punica noscere bella. Lucanum queras qui rc. Quasi velit dicere. non debes etiam lucano studere ea intētione vt credas vt summū bonum cōsistat in humana gloria que in celebritate fame consistit qō sic persuaderi potest. ¶ Summū enim bonū oportet esse perfectū cum quietet appetitum. cognitio autem fame in qua gloria humana cōsistit est imperfecta. Est enim plurimū incertitudinis et erroris habens. non potest igit̄ talis gloria esse summū bonū. ¶ Quidam etiā opinabantur q̄ in voluptate venerea alijsq̄ delectationibus corporalibus consisteret summū bonū et hij in nasone. idest ouidium amoris studium suū ponebāt contra etiā tales modo quo supra dicit

¶ Terciū p̄ceptum.

Si quis amare libet vel discere amare legendo. Nasonem petito. idest ouidiū quasi velit innuere q̄ nō debes in ouidio studere ea intentione vt credas q̄ summū bonum in voluptate venerea consistat nec etiā in alijs carnalibus delectationibus p̄ tanto autor dicit. Sin autem hec cura tibi est. idest si non curas de istis nec in eis vis studere sicut nec curare nec etiā studere debes. quia tale studiū curiosum est et vanum. qō sic p̄batur. in omnibus em̄ que per se dicuntur. sequit̄ magis ad magis si simplex sequatur ad suum simplex. sicut si calidum calefacit et magis calidū magis calefacit et maxime calidū maxime calefacit. Si ergo delectationes p̄misse essent scd̄m se bone oporteret q̄ maxime eis vti esset optimū. hoc patet esse falsum. nam minime vsus eorum reputatur esse viciū et etiā est corpori noxius et sensibilium delectationū impeditiuus. nō sunt igit̄ per se bonū hoīs. in eis igitur non cōsistit humana felicitas

¶ Preterea actus virtutū sunt laudabiles ex hoc q̄ ad felicitatem ordinantur. Si igitur in delectationib3 premissis cōsisteret humana felicitas actus virtutis magis esset laudabilis in accedendo ad has delectationes q̄ in abstinendo ab eis. Hoc autē patet esse falsum. nam actus temp̄antie maxime laudatur in abstinendo a delectationibus Unde ob hoc denominat̄ non est igitur in premissis delectatōnibus hominis felicitas. ¶ Preterea finis vltimus cuiuslibet rei est deus. illud igitur oportet vltimū finem hominis poni p̄ quod maxime appropinquat ad deum per dictas autem delectationes homo impeditur a maxima appropinquatōne ad deum que fit per contemplationem quā maxime predicte delectationes impediunt vtpote ad sensibilia maxie homines immergētes. et per consequens ab intelligibilibus retrahētes. non est igit̄ in delectatōnibus venereis et alijs corporalibus felicitas humana ponenda. per hoc autem excluditur epycureorum error in hijs voluptatib3 felicitatē hominis ponentium. Ex quorum persona dicit salomō ecclesiastes. v. Hoc ita q3 visum est michi bonu3 vt comedat quis et bibat et fruat̄ leticia ex labore suo et hec pars illius. Et sapie. ij. vbiq3 relinquam9 signa leticie quoniam hec est pars nostra. et hec est sors nostra. Excluditur etiam error cherincianoru3 qui in vltima felicitate post resurrectionem mille annos in regno christi scd̄m carnales ventris voluptates fabulantur futuros. Unde et chiliastes quide3 millenarij sūt appellati. Excludunt̄ etiā iudeorum et sarracenoꝝ fabule que retributiones iustorum in predictis voluptatibus ponūt. Felicitas em̄ est p̄mium virtutis igitur rc. ¶ Non consistit etiam humana felicitas in mundana potentia cum in ea optinenda plurimum fortuna et instabilis sit et nō subiaceat hominis voluntati. Et plerumq3

malis adueniat que bono summo re/pugnat. ¶ Preterea si aliqua potestas est summū bonum oportet illam esse perfectissimam. potestas autē humana est imperfectissima. radicatur enim in hoīm voluptatibus et opinionibus in quibus est maxima inconstantia et quā to magis reputat potestas tanto a plu ribus dependet qđ etiam ad eius de/bilitatem pertinet cum quod a multis dependet destrui multipliciter possit. non igit est in potestate humana sum mum hominis bonū felicitas igitur ho minis in nullo exteriori bono consistit cum omnia exteriora bona que dicunt bona fortune sub predictis contineant In illa vero felicitate que pueniunt ex visione diuina omne desideriū huma/num impletur ꝓm illud psalmiste. qui replet in bonis desideriū et omne hu/manum studiū ibi suam conseruationē seu consummationē accipit. quod patet discurrenti per singula. Est eñi quod/dam desideriū hominis inquantū intel lectualis est. de cognitiōe veritatis qđ quidem homines consequūtur per stu dium contemplatiue vite. hoc manife/ste in illa visione consūmabitur quan/do p visionē pure veritatis omnia que intellectus naturaliter scire desiderat ei innotescent. Est eñi quoddaꝫ hominis desiderium secūdum ꝙ habet rationē qua inferiora disponere potest. Quod quidem homines psequuntur per stu/dium actiue et ciuilis vite quod deside rium principalit ad hoc est vt tota ho minis vita scđm rationem disponatur quod est viuere scđm virtutem. Cuius libet eñi virtuosi finis in operādo est ꝓprie virtutis bonū sicut fortis vt for titer agat. hoc autem desiderium tunc omnino complebitur quando ratio in summo vigore erit diuino lumine illu/strata ne a recto deficere possit. ¶ Est iterum terciū hominis desideriū quod est sibi et alijs animalibus cōmune vt delectationibus perfruatur. qđ homi/nes maxime persequūtur scđm vitam voluptuosam ⁊ per eius immoderan/tiam intempati et incontinentes fiunt In illa vero felicitate est delectatio per fectissima. tanto quidem perfectior ea que scđm sensus qua etiā bruta anima lia perfruunt quanto intellectus est al tior sensu. quanto etiam illud bonū in quo delectabimur maius omni sensibi li bono et magis intimū et magis con tinue delectans quanto etiā illa delecta tio est magis pura ab omni permixtio ne contristantis aut sollicitudinis alicu ius molestantis. De qua dicitur in psal mo. inebriabūtur ab vbertate domus tue et torrente voluptatis tue potabis eos. Sic igitur patet ꝙ per diuinā vi/sionem consequentur substantie intel/lectuales veram felicitatem in qua om nino desideriuꝫ quietatur et in qua est plena sufficientia omniū bonorum que scđm aristotelem ad felicitatem requi ritur. ¶ Unde et boetius dicit ꝙ bea titudo est status omniū bonorum ag/gregatione perfectus. huius autē perfe cte et vltime felicitatis hac vite nihil ē adeo simile sicut vita contemplantium veritatem scđm ꝙ est possibile in hac vita. et ideo philosophi qui de illa feli citate vltima plenam notitiam habere non potuerunt in contemplatione que est possibilis in hac vita vltimam ho/minis felicitatē posuerunt. ꝓpter hoc etiam inter alias vitas in scriptura di/uina magis cōtemplatiua cōmendatur dicente domino Luce. x. Maria opti/mam partem elegit. scilicet contempla tionem veritatis que non auferetur ab ea. Incipit eñi contemplatio veritatis in hac vita sed in futura consummat. actiua vero et ciuilis vita huius vite ter minos non transcendunt. ¶ Hanc au tem sapientiam qua ad perfectionē vl time felicitatis perducimur. docet nos auctor informari debere et hoc infra in hoc quarto precepto dicens.

¶ Quartū preceptū

Ut sapiens viuas audi que discere pos
sis. Hoc est directe ꝙ debes discere ea
scꝫ. que humano sunt intellectui ꝓpor
cionata. et non excedentia nostri intel-
lectus facultatem. Per que euū. idest
etas tua erit a vicijs semota. ergo ades
idest adesto scilicet sis ꝓmptus. et que
sit sapientia disce legendo. Unde pro
huius vltimi metri intelligentia est sci
endum ꝙ volens plene et ꝑfecte hanc
sapientiam adipisci expedit necessario
tria scire vel inuestigare. ¶ Primo que
nam sit hec sapientia. Secūdo qualis
sit. Tercio vbi inuenitur. ¶ Primo
quo ad interrogationē factam per que
scilicet que sit sapiētia. respondit sapi-
ens illud quod sapiētie septimo scribit
dicens. ꝙ sapientia est vapor virtutis
dei et emanatio quedā claritatis vir-
tutis omnipotētis dei et nihil inquina
tum in illam occurrit candor est lucis
eterne et speculū sine macula maiesta-
tis dei et ymago bonitatis illius. Est eī
speciosior sole et super omnē dispositionem stellarum luci comparata prior
inuenitur. Sapientiam autē non vincit
malicia. Et infra octauo capl'o. Et si di
uitie appetūtur in vita quid sapientia
locupletius que omnia operatur.

¶ Secundo ad interrogationem factā
per qualis. scilicet qualis sit sapientia.
R̄n̄dit beatus iacobus in canonica sua
tercio capl'o dicens. ꝙ sapientia que de
sursum est primum quidam pudica est.
deinde pacifica modesta suadibilis bo
nis ꝯscientijs plena misericordia et fru
ctibus bonis. ¶ Tercio ad interro
gationem factam per vbi. scilicꝫ vbi in
uenitur sapiētia. Respondit beatꝰ iob
quod habetur iob. xxviij. capl'o dicens
Sapientia vbi inuenitur et quis est lo
cus intelligētie eius nescit homo pre-
cium eius. nec inuenit̄ in terra suauiter
viuentium. Abyssus dicit non est in me
et mare dicit non est mecum. trahit̄ au
tem sapiētia de occultis abscondita est
ab oculis omniū viuentiū et infra. Ecce
timor domini est sapientia et recedere
a malo ip̄a est intelligentia. de qua etiā
dicitur specialiter baruch. iij. Disce vbi
sit prudentia ⁊c. ¶ De materia sapi
entie et cōmendatione habet̄ satis su-
pra in primo ac etiam in secundo ꝓhe-
mio huius libelli in principio. ¶ Per
has supradictas introductiones et ꝑ ea
que dicta sunt ac etiam eorum exposi-
tiones et ꝓbationes expedita sunt fina
liter et effectualiter quatuor ante dicta
precepta huius secunde partis metrice.
Ita ꝙ non expedit ea ampliꝰ refrica-
re et cetera.

¶ Quintuꝫ preceptū secunde partis metrice.

Si potes ignotis etiā
prodesse memento.
Utilius est regno me
ritis acquirere amicos.

¶ Postquā autor supra in primis
quatuor ꝑcedentibus preceptis curio-
sorum errores refrenauit medelā debi
tam adhibendo. ipsosqꝫ ad vere sapien
tie studium modo debito incitando.
¶ Nunc vero subsequenter in presenti
precepto incitare intendit auditores ad
studium ipsius sapientie per quā etiam
ignotis si assit possibilitas benefacere
eis debet et ꝓdesse dum dicit. Si po
tes ignotis. quasi velit autor innuere ꝙ
illud preceptum est vnū de illis prece-
ptis que ad veram pertinent sapientiā
vnumquenqꝫ inducens vt non solū be
nefacere debeat ꝓpinquis et notis. ve
rum etiam extraneis et ignotis. et quā
tum ad hoc corrigit et supplet quod su
pra in prima parte metrica precepto tri
cesimosecūdo. Ignotum tibi ⁊c. posuit
obseruandū in eo ꝙ hic dicit. Si potes

ignotis.quia teneris facere cuicunqz si
potes si vero nō assit possibilitas cor/
dialiter tamen compati eis debes.
¶ Sed nota ꝙ compassio tripliter cau
satur. Nam primo causatur ab amore
naturali scd̄m ꝙ homo naturaliter ho
minem diligit.et ideo naturaliter com
patitur homini afflicto.immo non vi/
detur esse homo sed crudel' bestia qui
homini afflicto nō condolet.quia tamē
ipse amor est paruus ideo parum mo/
uet.¶ Secundo causat̄ ab amore inci/
dentali scd̄m quem homo diligit aliū
quadam amicicia temporali et ex tali
amore compatitur amico indigenti nō
tantum quia homo.sed quia amicus et
iste amor magis mouet q̃ primus.
¶ Tercio causatur ab amore spirituali
scd̄m quem homo diligit alium in deū
et scd̄m deū.et est maior q̃ primus vel
scd̄s.quia non facit tantum duo corda
esse vnū.sed etiam vt ambo sint vnius
corporis mistici. immo vt primo polli
ticorum dixit philosophꝰ.natura pfe/
cte se amātium talis esse dignoscitur ꝙ
si fieri posset in vnā naturā se transfer
rent vt essent vnum natura et nomine
et ideo si dolet vnū membrum compa
tiuntur alia. et iste amor magis mouet
q̃ primus vel secundus.Merito ergo
bene dicit Si potes ignotis etiam pro
desse memēto.Nam ex beneficentia cō
sequitur quis amorem et dilectionem.
Cum igit̄ amor ad omnes extendi de/
beat sequitur ꝙ omnibus est benefa/
ciendum pro loco tamen et tempore et
seruatis aliis debitis circūstantiis.ratō
huius in secundo redditur metro dum
dicit.ꝙ acquirere amicos meritis idest
seruitiis et benefitiis. Est vtilius re/
gno .idest vtilius quā lucrari diuitias
infinitas atqz maximum regnum.nam
benefaciēdo hominibus gratiam inde
acquiris et famam.Unde salomon.me
lius est nomē bonum q̃ diuitie multe
super aurum et argentum gratia bona
pu(er).xxii.¶ De hac materia vide su
pra in secunda phemiali parte.§.xviii.
qui incipit.Dixi tercio ꝙ illicitum do/
narium ꝛc. ¶ Pro intelligentia hu/
ius precepti et obseruantia est breuiter
sciendum ꝙ istud preceptum duplici/
ter potest intelligi scd̄m duplicem intel
lectum inde surgentem videlicz littera
liter et moraliter ¶ Primo litteraliter
ꝛc.vltra vero litteralē expositionē an/
tedictam annecti potest qd̄ infra sequi
tur. videlicz ꝙ quanq̃ hoc preceptum
indifferenter omnes tangat.nihilomi/
nus tamē singulariter tangit quēlibet
principem qui specialiter largus esse de
bet.scilicet munificentia que eum facit
omnibus amabilem. Unde puer.xix.
Multi sunt amici dona tribuentis. et
ibidem diuitie scz erogate addunt ami
cos plurimos. Exemplū de tyto impe
ratore de quo in pollicratico libro ter/
cio caplo tercio scribit̄ ꝙ constantissi/
me tenens in moribus ne quē postulan
di gratia ad se accedentem sine re vel
spe abiret. Et interrogantibus amicis
suis cur plura polliceret q̃ prestare pos
set.respōdit.Eo ꝙ nō decebat quenq̃
a sermone vel facie principis tristē di/
scedere.Unde tullius libro scd̄o caplo
xxiiii. Nullum vicium deterius q̃ aua
ricia p̄sertim in principibus rempubli/
cam gubernantibus. Econtra largitas
facit esse amabiles famosos et claros.
Un̄ boetius de consolatione libro scd̄o
caplo.v.Claros largitas.Debet em̄ do
nario tribuere scd̄m sui status decen/
tiam et eminentiā sine magna preciosi/
tate et indilata pmptitudine et cum hi
lari iocunditate habita tamē recta con
sideratione ad suam possibilitatem et
ad eorum quibus dat qualitatem sicut
docet seneca libro scd̄o de beneficiis.
caplo.xii.dicens. Respiciende sunt cu
iusqz facultates sue viresqz ne aut plus
prestemus q̃ possumus aut minus.esti
manda est persona eius cui damꝰ vtri
usqz confert ipsum inter illos examina
qd̄ donabis. Refert quid et cui quādo B

quare vbi. Hec seneca. Sicq; faciens ꝛ obseruās multas acquires amicos qđ est vtilio regno vt autoꝛ noster docet.

C

¶ Secundo moraliter vt dicatur sic. Quod acquirere amicos ꝛc. id est bea/tos. meritis id est ieiunijs elemosinis ꝛ obsecrationibus Est vtilius. id est melius q̄ temporale regnū acquirere.

¶ Ad hunc sensum optime facit qđ in quadam enarratur historia. Legitur ꝙ fuit quidam rex qui quandā obside/rat ciuitatē et cum non posset eam ali/qualiter expugnare. cogitauit se donis et ꝑmissionibus posse eam habere. ele/uari fecit machinas et intus pomū au/reum valde ponderosum et magnum valde ꝓijci mandauit. super cuius cir/cunferentia scriptum erat. detur amico regis. Sed nemo ausꝰ fuit illud de ter/ra eleuare timens ne imponeretur ei ꝙ amicus esset regis. Simili modo ꝓie/cit secundum tercium. tandem tot ꝓijci fecit qđ viri ciuitatis aperuerunt regi ianuas ciuitatis illius. volebant enim esse amici regis ad hoc vt de auro abū/danter haberent. ¶ Sic moraliter Si vis ciuitatem celestē ingredi facias largas elemosinas. Cum enī vnam tri/buas in honorē virginis gloriose vnū amicum acquiris. Cum aliam in hono/rem iohānis euangeliste tribuis. alium amicum acquiris si faciendo tot acqui/res ibi amicos ꝙ tibi apperiēt ianuas celi in quo cum rege regū eternaliter ac feliciter regnare valebis. ¶ Pro p̄missoꝝ intelligentia magis in spe/ciali est de infra scripto dubitabili per quirendum. videlicet vtrum sit melius sine regno amicos habere q̄ regnum sine amicis possidere. vt autoꝛ noster asserit? ¶ Huic quesito breuiter re/spondet. ꝙ melius est habere amicos sine regno q̄ econtra. hac scilicet condi/tione adiecta quando vnū sine alio ha/beri non potest. quod dupliciter osten/di potest. ¶ Primo sic. illud qđ est virtus vel saltem non est sine virtute

D

est melius q̄ illud quod non est virtꝰ et potest esse sine virtute et contra vir/tutem. sed amicicia est virtꝰ vel nō est sine virtute vt octauo ethicoꝝ aristo/teles dicit. regnare autē non est virtus et potest esse sine virtute et contra vir/tutem. ergo melius est habere amiciciā amicorum q̄ regnare. ¶ Secundo sic. melius et vtiliꝰ est quod magis est necessarium vite humane. sed amicicia est magis necessaria vite humane q̄ re/gnare. facilius enī potest homo sine re/gno viuere q̄ sine amicis. igitur ꝛc. ¶ Ad euidentiam huius rationis ac etiam responsionis. Nota ꝙ dicit ari/stoteles octauo ethicoꝝ vbi declarat amiciciā cuilibet statui fore necessariā. Dicit enī ꝙ nullus bene dispositus eli/geret sibi bene viuere cum hoc ꝙ ha/beret oīa alia bona exterioꝛa sine ami/cis illis enī qui possidēt exterioꝛa bona scilicet diuitibꝫ principibus potestatibꝫ maxime videntur necessarij amici. ¶ Primo quidem ad vsum boꝝ bo/norum nulla est vtilitas fortune. scilicet ex hijs aliquis nulli benefaciat. benefi/cium autem maxime et laudabilissime fit ad amicos. ¶ Secūdo ad conserua/tionem talium bonorum que non pos/sunt conseruari sine amicis. quia bona fortuna quāto est maioꝛ tanto est mi/nus secura. quia plures habent insidia/tores nec solum in bona fortuna vtiles sunt amici sed etiam in contraria. Pri/mo in pauptate. nam homines estimāt amicos speciale refugium. sunt enī ami/ci necessarij iuuenibus vt per ipsos co/hibeantur a peccatis cum ad concupi/scentias sint proni. Senibus ꝓpter de/fectus corporales quos habent. et illis qui sunt in summo. id est etate perfecta vt dicit aristoteles octauo ethicoꝝ. Di/cit enī ꝙ amicicia magis est necessaria illis qui sunt in summo ad bonas actio/nes. scilicet contemplandi veritatem. ¶ Sunt etiam vtiles amici ad conser/uationem ciuitatis. vnde et legispositoꝛ

res magis student ad amiciciam q̄ ad iusticiā et magis saluaretur ciuitas cū sola amicicia.q̄ cū sola iusticia sine amicitia. Unde tullius de amicicia. Si ex rerum natura amicicie coniunctionem demeris nec domus illa nec vrbs stare poterit. nec agricultura pmanebit quā ta etiam eius vis sit ex dissentionibus atq3 discordijs percipi potest que enim domus constabit et que firma est ciuitas que non dessidijs possit euerti. Hec tullius.

Sextum preceptū secunde partis metrice.

Mitte archana dei celū inquirere quid sit.
Cū sis mortalis que sunt mortalia cura.

A Doctores asserunt q̄ eorum que deo conueniunt triplex est maneries. Quedam eñ possunt per rationem et inuestigatōnem humanam naturaliter cognosci sicut q̄ deus est et q̄ est sempiternus et immortal' et similia de quibus dicit apostol9 ad Roma.j. Inuisibilia eñ dei a creatura mundi.idest ab homine que facta sunt et intellecta cōspiciunt. sempiterna quoq3 virtus ei9 et diuinitas. Quedā vero sunt que cognosci non possunt per rationē naturalem. sed tamen cognosci possunt per reuelatione3 fidei et sacre scripture. sic est deum esse creatorem mundi et filiū incarnatum et similia. Quedam vero sunt que comprehendi non possunt nec per rationem naturalem nec per sacre scripture autoritatem. nec per rationes que non sunt reuelata. sed soli deo sunt cognita. sicut est dies extremi iudicij et similia. et ista sunt archana que sunt dimittenda. Unde de hijs dicitur actuū primo. Non est vestrum nosse tempora et momenta que pater posuit in sua potestate. Attendens ergo autor q̄ appetitus veritatē cognoscendi immoderatus et curiosus efficitur quādo excedit supra humanā facultatem ingenij tunc tales in errores varios de facili labuntur. scđm q̄ sapiens ecclesiastici.iij. delucide manifestat dicens. Altiora te ne q̄sieris et fortiora te ne scrutatus fueris et in pluribus opibus ei9 ne fueris curiosus. et postea sequitur. multos enim supplantauit suspitio eorum ⁊ in uanitatē detinuit sensus eoꝝ. pro tanto talem curiositatis modū autor refrenat et phibet auditores. scilicet ab immoderato appetitu cognitōnis rerū3 spiritualiū dum dicit. Mitte archana dei ⁊c. quasi velit autor innuere. Cum sum9 mortales aliquo ingenij acumine ad ea inuestiganda non cogitemus. cum scriptū sit puer.xxv. Sicut qui multum mel cōmedit non est bonū ei. sic qui scrutator est maiestatis opprimetur a gloria idest priuabitur. et hoc est quod vult dicere. Mitte pro dimitte. simplex pro composito causa metri. Et est ibi figura que dicitur anferesis. cum videlicet principiū dictionis aufertur. De hac ⁊ alijs figuris habetur ad plenum in decre. forus. in glosa que incipit ablata. de ver. sig. extra. vel aliter exponere potes vt dicat. Mitte id est humilit̄ inquirere. inquirere .i. inuestigare. archana dei idest secreta. de quibus dicit apostol9 prima ad chorinth̄ scđo. q̄ illa nec oculus vidit nec auris audiuit nec in cor homīs ascendit que pparauit deus diligentibus se. Celūq3 inquirere quid sit. quia scribit̄ ecclesiastes primo. Altitudinem celi et latitudinem terre et pfundum abyssi quis dimensurus est. quasi dicat nullus. Cum sis mortalis. idest terrenus. Cura que sunt mortalia. idest que aliquis mortalis addiscere potest in hac mortali vita non intēdit autor per hoc q̄ solum de

mortalibus sit curandum et non de im
mortalibus. quia scdm hoc nō esset cu
randum de deo qui est immortalis nec
de anima nostra que etiam est immor
talis. et sic istud documentū esset fidei
christiane cōtrarium sed vult dicere q
non curemus addiscere illa immortalia
que ab homie mortali cognosci nō pos
sunt quādiu est in statu mortali scdm
q superius est satis expressum.

¶ Pro premissorum intelligentia ma/
gis in speciali est breuit de infra scrip/
tis dubitabilibus querendū vel inue/
stigandum. Et primo vtrum prescientia
dei inferat necessitatē. Secūdo quare
deus creat vel nasci pmittit quos scit
esse damnādos. ¶ Obmissis altrica
tionibus curiosorum circa quesita respon
detur. Et primo quo ad primū respon/
detur tribus modis. ¶ Primus mo
dus respondendi est nostrā insufficien
tiam pfitendo. Dicit em̄ philosophus
scdo methaphisice. q intellectus noster
se habet ad manifestissima nature sicut
ad solem oculus noctue non sufficit ad
intuendū solem non solū in fonte ve/
rum etiā cum descendit in aere p splen
dorem. quare latens in die volitat solū
nocte. ergo si sic se habet noster intel/
lectus ad manifestissima nature. cōstat
igitur minima intelligendo deficere. et
quasi ad omnia cecus esse. et si sic sumus
ad manifestissima nature creata. qua/
les esse possumus ad occultissima natu
re increate. Unde et salomon ille incli
tus dominū sapientissimus omniū phi
losopho doctissimus ita ait. Cunctas
res difficiles nō potest homo ea expli
care sermone. si igitur explicari nō pos
sunt. terrena non poterunt enumerari
diuina. maxime cum dicatur de causa
prima. li. de causis q supior sit omniū
natura ratione eius pprer magnitudi
nem esse ipsius. ¶ Item addit sapien/
tissimus rex ille se de omnibus rebus
subtilissime inuestigasse. et hoc solum
dicit se inuenisse q omniū operum dei
nullam possit homo inuenire ratōnem
eorum que sub celo geruntur. Si ergo
sic omnino deficit circa terrena in nu/
mero creata pondere et mensura quid
faciemus dum querimus increata que
sunt simpliciter infinita et sic in intelle
ctu nullo modo possunt esse conclusa.
immo put dicit innocentius libro pri/
mo de contemptu q vix est aliqd tam
vile. vix tam facile q ad plenum intel
ligat ad liquidū comprehendat nisi for
san illud perfecte sciatur q nihil perfe
cte scitur. quanq̄ ex hoc insolubilis re
dargutio cōsequatur. Unde legitur q
quidā philosophus multis annis in so
litudine degens vt apum naturam co/
gnoscere posset. et tamen perfecte co/
gnoscere nequiuit. Unde narrat tullius
de natura deorum. q quidam rex que
siuit a quodam philosopho quid esset
deus. et philosophus ad respondendū
terminū postulauit. Cui rex trium die/
rum terminū dedit. quo cōpleto iterū
terminū petijt et iterum trium dierum
terminū accepit. et illo expleto adhuc
maiorem terminum requisiuit. Cui rex
vt video me deludis. Et ille. non facio
domine. Sed deus est tam immensus
q quāto de eo plus cogito tanto in eo
plus deficio. et quid dicam non inue/
nio. ¶ Secundus modus respon/
dendi est questionibus repellendo. et
istum modū traditum habemus a do
mino. Math. xxi. capitulo phariseis in
terrogantibus in qua potestate homi/
nes de templo eijceret mensas nūmu
lariorum euerteret non soluendo. sed
ab econtrario requirendo respondit.
vtrum baptismus iohānis a deo esset
vel ex hominibus requisiuit asserens
q si ipsi hoc dicerent et ipse eas in qua

potestate hoc faceret responderet. sciebat enim q ipsi ob hoc obmutescere et et ipsi ad hoc q quesierant reticerent. et hic est optimus mod9 curiosos confutandi qui querũt de prescienia tiisue pdestinatione diuina que nunc sunt nobis occulta vel alia quecunq3 secreta q nobis de9 nunc voluit esse celata. Tales enĩ homines cũ sint p magna parte sine litteris magis confunduntur rebus vilibus q̃ argumentis subtilibus quorum efficatiã et virtutem et si demonstratiue concludas. ipsi cum nõ intelligant nihil curant. ¶ De hijs autem minimis et manifestis ex aliqua exempli gratia pponantur que augustinus vicesimoprimo libro de ciuitate dei capitulo septimo adducit. ¶ Primo querit q cum tria sint lucidissima. scilicet oleum argentum et ignis et nihil habeãt in se nigredinis. et nihil dat q non habet. quid est q lucidum oleum maculas nigras effundit. argentũ candidum lineas nigrat tingit et ignis fulgidus. ligna ⁊ paleas nigras facit ⁊ omnia que lambit teterrima reddit.

¶ Secundo querit augustinus vbi supra quid est q palee tante sunt caliditatis q poma cruda et imatura maturant. et tãte frigiditatis q glacies ac etiam niues in estate media conseruãt ne fluant. Cum tamen calidum et frigidum omnino sunt contraria. et duo contraria in eodẽ subiecto esse non possunt. In fulgure etiam mira et stupenda apparent. dicitur enim esse lapillus modicus ad modum sagitte figuratus in medio qui interstitio aeris generatus hic aurum et argentum in marsupio laneo vel in scrinio liq̃fatit et marsupium vel scrinium nõ ledit et multa alia stupenda facit. Si igit̃ curiosi istorum et similium nesciunt rationem reddere. desinant celestia archana inuestigare. ¶ Tercius mod9 respondendi est rationibus et exemplis veritatẽ astruendo. ¶ Primum igitur videlicet q diuina prescientia nullam necessitatem inferat ostendit boecius ratõne et exemplo. Ratio enim talis est. quoniã deus prescit quedã futura de necessitate vt solem oriri. Et quedam ex libera voluntate sicut hominẽ currere vel aliquid operari. et ideo sol necessario oritur. quia deus scit presciuit et ordinauit et homo voluntate operat̃. quia deus sic instituit et presciuit. Illa igitur que sunt a causa naturaliter operante ventura sunt libere. quia deus sic venire instituit et presciuit. ¶ Exemplo etiã probare videtur q diuina prescientia nullam necessitatẽ inferat. Presupponitur q alicubi sit aliqđ triuium in quo homo paratus sit ad ambulandum. Alius autem homo sit ibi super altam speluncam prescius futurorum que monet eum ne per viam sinistram incedat. sed aut per dexteram aut saltem per mediam vadat et ille contemnens sinistram teneat in latrones incidat nõ fuit speculatoris culpa. quia hoc presciuit et maxime quia admonuit sed illius qui cõtempsit. ¶ Sic in proposito moraliter potest dici q via dextra est innocentia que ducit ad celum. via sinistra est peccatũ que ducit ad tartarum via media est penitentia imperfectorum que ducit ad purgatorium. Deus igitur scit quam viam quilibet est facturus. et monet ne per viã sinistram mortalis incedat sed aut per dexteram aut saltem per mediam vadat. Si quis igitur viam peccati elegit et ad tartarum descendit. nõ est deo videnti et admonẽti sed ipsi contemnenti imputandũ ¶ Preterea quare vulneratus medicinam requirit cum deus sciat quando est moritur9. et quare agricola terram

ferit et vineam colit ex quo deus scit quod debeat fructus proferre. Sed si vulneratus medicinam contemnat mortem incurrit. Si agricola terram vel vineam non colit steriles fructus habebit. quia deus sic futurum esse instituit. et prescivit.

¶ Preterea etiam aliqui fuerunt opinionis quod constellationes inducunt necessitatem. et in hac opinione fuerunt mathematici seu naturales dicentes seu asserentes quod si homo sub bono planeta nascatur quod bonum habebit. si vero sub malo malum habebit. Hanc erroneam opinionem reprobat beatus gregorius in Omel. epiphanie dicens. quis dubitat quod multi sub eodem puncto nascuntur in hoc mundo quorum quidem sunt reges vel divites aliqui ribaldi et pauperes?

Ad hoc respondent naturales dicentes quod punctus constellationis transit in ictu oculi. unde non possunt simul in tam modico puncto ibi nasci. Contra hos respondit gregorius. Esto quod ita sit quod punctus nativitatis ita cito transit nativitas hominis est morosa ita quod multa puncta transire possunt. ergo oportet dicere quod homo habet tot fata et puncta quot puncta transierunt in nativitate sua quod est derisorium ad dicendum. ¶ Preterea si constellatio inferret homini necessitatem esset homo excusabilis de peccato coram deo dicens. vos domine creator dedistis tali planete talem virtutem unde non possum vincere peccatum. Et peccatum ut dicit augustinus adeo est voluntarium. quod si non esset voluntarium non est peccatum. ¶ Alii fuerunt alterius opinionis asserentes quod propria a deo ordinata sunt hominibus. et hii vere peiores sunt ceteris. quia si verum esset quod omnia ordinata essent multa sequerentur inconveniencia. ¶ Primo quia peccatum non esset peccatum. quia si peccaret propter ordinationem dei hoc esset ex necessitate. ideo non esset peccatum nec deus posset peccatores punire. postea bonum non esset bonum. postea tolleretur iusticia dei quod non est infernus nec paradisus. postea tolleretur cura rei familiaris. quia si omnia ordinata sunt ergo non oportet arare vineas colere. nec ad mercationes ire postquam sunt ordinata. Et sic isto modo debeo esse dives vel non et huiusmodi etc. Et sic est primo questio sufficienter responsum. ¶ Quo ad secundum quesitum videlicet quare deus creat vel nasci permittit quos damnandos esse cognoscit. Breviter huic questio respondit apostolus ad roma. ix. an non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere. Aliud quidem vas in honorem aliud vero in contumeliam. Ubi dicit augustinus. ideo non utrumque in honorem ne meruisse existiment et non utrumque in contumeliam ne aut iudicium misericordia superexaltat aut per hoc damnatus ex debito de supplicio iuste conqueratur nec liberatus grati superbe de merito glorietur. ¶ Augustinus autem in encheridion ad istam questionem respondit dicens quod deus cum sit summe bonus non fineret aliquod malum esse in operibus suis nisi adeo esset omnipotens quod de malis posset bona elicere.

¶ Ubi sciendum quod quatuor bona maxime de malis hominibus deus elicit. primo quia ex hoc boni meliores apparent sicut et album iuxta nigrum magis relucet. Augustinus ubi supra illud quod malum dicitur bene ordinatum et suo loco positum eminentius commendat bonum ut boni magis placeant et laudabiliores fiant dum comparantur malis.

¶ Secundo quia ex hoc dei iusticia commendatur. Cum enim universe vie domini sint misericordia et veritas si omnes ex misericordia salvaret non appareret eius iusticia. Et si omnes ex iusticia damnaret non appareret eius misericordia velut si iudex omnibus malefactoribus parceret non appareret iustus. et si nulli unquam parceret non appareret pius.

¶ Tercio quia per malos boni exercitantur et maior eis corona preparatur.

Si ei mali non fuissent nec xps fuisset occisus z sic homo non fuisset redemptus. nec stephanus fuisset lapidatus. nec aliquis sanctus per martirium coronatus. Unde gregorius quod lima ferro et fornax auro et tribula grano hoc facit tribulatio viro iusto. ¶ Quarto quia de malis sepe sunt multi sancti generati. sicut de esau malo generatus fuit sanctus iob De acbab malo ezechias bonus. De amon malo Josias sanctus. De heretico petrus martir egregius. Ex spinis nascit rosa sed si spina penitus prescinderetur nulla rosa nasceretur. Servat igitur interdu deus spinas vt inde electas suscipiat rosas. ¶ Ad materiam facit canon. relegentes. xxiij. q. v. ¶ De materia ista tangitur etiam supra in prima pte phemiali metrica ante medium.

¶ Septimu preceptum scde partis metrice.

Linque metu leti nam stultum est tempore in omni. Dum mortem metuis amittis gaudia vite.

A ¶ Presens preceptu est quasi idem cum precepto vicesimoscdo prime partis metrice. Ne timeas illam. z que ibi dicta sunt satis possunt hic repeti. transponit tamen hic quod multum facit ad informatione sapientum. ¶ Notandu vero est hic q triplex est mors. mors vitalis. mors mortalis. et mors transiens seu humanalis. ¶ Prima dicitur mors vitalis eo q facit nos viuere. sic mors xpi. de hac scribitur apocalipsis. xiiij. Beati mortui qui in domino moriuntur. Quasi velit dicere. q no sunt imitadi beati voluptuosi. nec pecuniosi nec ambiciosi superbi. sed solummodo mortui qui in domino moriunt. Mors em talium facit duo que ad perfectam adducunt beatitudine. Primu est omnium malorum carentia. Secundu est omnium bonorum affluentia. ¶ De vtraqz pfecta beatitudine habet ysa. xxxv. q beati gaudium et letitia obtinebunt et fugiet ab eis dolor et gemitus. Hec aute facit mors bonoz. nam scdm gregorium mors est queda ianua per qua homo exit de omni miseria et intrat ad locu in quo habet omnia gaudia. quasi velit dicere q taliu mors nil aliud est q finis miserie et ianua vite z beatitudinis plenus ingressus. ¶ Secunda mors dicit mortalis q est ipse dyabolus. De istis duabus habet in osee pphta. xiij. capito. O mors ero mors tua zc. ¶ Tercia mors dicitur mors transiens siue humanalis. dicit ergo autor q non debemus hanc humana mortem timere. quoniaz ad hunc fine nati sumus scilicet vt moriamur. et hoc est quod intedit autor dum dicit. Linque metum. quasi velit autor innuere. noli timere mortem temporale. nam timor et metus pertinent ad sensum. tremor autem ad corpus solum. Loetu per oe dyptongon scriptu dicitur mors. eo q destruat vel deleat vitam temporale. vel dicitur per contrariu. scilicet per antifrasim. nam stultum est amittere gaudia vite vel teporalis vel eterne. Omni tempore. hoc est dum metuis mortem ac si aperte dicat. q amittere gaudia vite pter temporalem meditatione est valde stultu. hoc est qui semper timet morte nunq gaudebit. Certe talis doctrina multu exorbitat a iure diuino put etia in prelibato pcepto Ne timeas illam zc. Aliqualr est onsum nec video q talis doctrina saluari possit nisi velimus dicere q autor itellexerit q postponere debeamus opa eterne mortis. Si igitur velimus eternam morte eua

dere ad consilium apostoli ad coll'. tercio caplo. Attendere nos oportet dicēs mortui em̄ estis et vita vestra abscondita est cum christo. viuendū est ergo cum christo qui est vita nostra vt mortem spiritualē peccati et tormēti eterni euadere valeam9. Beatus ergo qui nō leditur a morte. apocalipsis. ij.

Memoria igitur et recogitatio mortis iugiter est habenda ꝓpter quatuor vtilia que ex tali ꝓueniunt memoria. Primū est vt homines a peccatis retrahantur. Secundū est vt corde humilientur. Terciū est vt ad bene operandū stimulētur. Quartū est vt vita mortalis appetatur. ¶ De omnibz istis simul Job. x. scribitur. nunquid nō paucitas dierum meoꝝ finietur breui. ibi gregori9 moraliū. ix. exponendo dicit. Cum culpa animū temptat necesse est vt breuitatē sue delectationis aspiciat ne adiuuantē mortem iniquitatum rapiat. Et alpharabi9 in libro de diuisione philosophie ait ꝙ secūdum platonem philosophia est tediū et cura et studium et sollicitudo mortis. per hoc intelligere volens prauoꝝ desideriorū et voluptatum carnaliū mortificationē quibus mortificatis applicatur ad curā veritatis. Et tullius libro primo de tusculanis questionibz loquens de socrate ait. ꝙ tota vita phorum est mortis cōmeditatio. Et seneca epistola. xxxviij. meditare mortem. qui em̄ hoc dicit meditari libertatē iubet. nullus ergo intumescat de dignitate tēporali. nec in prosperitate confidat seculari. sed mortis memoriam ante cordis oculos iugiter habeat. suamqz cōsideret fragilitatem et in morte omniū temporalium ablationem et morientis calamitatem. hijs itaqz consideratōnibus prehabitis retrahuntur a peccatoꝝ libidine et dignitatum ambitione. ideo Job. xxxj. quasi timentes fluctus semper deum timui. Igitur gregori9. xxj. moralium in fine dicit ꝙ imminente tempestate et fluctibus tumentib9 nulla nauigantibus rerum temporaliū cura nulla carnis delectatio ad mentē reducitur cuncte res in despectum veniunt amore viuendi. Verum quia carnis voluptates et mundi delectationes impediunt hominem ne precogitet mortē. ideo ecclesiastes. vij. scribitur. Melius est ire ad domū luctus ꝙ ad domum conuiuij. illa enim finis vite admonetur. Si em̄ mortem considerans non se super alios efferet ꝓpterea seneca libro tercio de naturalibus questionibz in fine dicit. Quid clienti tuo irasceris sustine paululū venit ecce mors q̄ mors pares faciet. Et epistola. lxxxxv. Mors omnes equat et omnes pares morimur. qr nudi regredimur sic nudi ingressi sumus. ecclesiastes. v. ¶ Quantum autem valere possit iugis mortis memoria in vita iohannis elemosinarij luculenter declaratur vbi legitur ꝙ antiquit9 postꝙ imperator esset coronatus astantibus extertitibus monumētorum edificatores veniebant cum marmoribus diuersi coloris et ab eo inquirebant quali marmore iubet impium tuū fieri monumētum tuū insinuantes ei ꝙ tanꝙ homo corruptibilis et transitorius anime sue curam habere deberet atqz pie suū disponere imperiū. ꝓpter quod prefat9 iohannes fieri sibi monumentū studuit volens bonā imitationē suis successoribus relinquere. Demosthenes autem philosoph9 post allexandri magni decessum de ipsius gestis et morte composuit codicē qui apud grecos ꝓ magno iocali habetur. per cuius libri scientiam docuit mundana omnia esse contemnenda et in ipsis nullo modo sperandū fore. atqz ꝑ philosophica figmēta satis cōprobauit aperte cui9 tractatum amplissimū omittētes quandā sui dicti particulam ꝙ idem postea super allexandri scripsit tumulū recitemus. Posuit autem demosthenes prefatos versus in persona allexandri seipsum

reprehēdentis ex indomita rabie quā in mundo viuens gerebat. etiaȝ nobis exemplū prebens vt superbie elationē penitus repellamus et mortis memoriam in mēte iugiter habeamꝰ dicens. En ego qui totū mundū certamine vici. Dictus alexander vincor in hora breui. Omne tenens regnū cunctis dominabar in orbe. Nunc me non teneo nec mihi regna valent. Reges sternebam me mors durissima sternit. Omnia mactabā mactor et ipse miser. Omnia temptabam me vermis temptat et artat. Me vermes rodunt vermis in orbe fui. Omnia tollebā mors me tulit omnia tollens. Nulla tenere queo puluis et vmbra teror. Non mihi sufficiens mūdus erat vndiqȝ captꝰ. Me breuis olla capit cui breuis orbis erat. Ethereum culmē griffo mediāte petiui. Nunc cum tartareis infima tango reus. Me mare presensit me vitrea testa pfundum. Urna breuis tumidum me fragidumqȝ tenet. Cur homo qui moriris cupis sublime leuari. Cum plus lucraris plura tenere cupis. Omnia pretereunt transit quoqȝ florida vita. Cū plus conscendis summus ad yma ruis. Aspice me miserum corpus cui cuncta fauebant. Nunc breuis in stricto me tenet vrna loco. Cur natura viri scandēs sublimia gaudet. Cum sit ex fragido condita principio. Si prescíremꝰ que cunctis morte parantur. Multa timeret homo que sibi tuta putat. Magnus allexander dicebat in orbe tyrannꝰ. Quis sim vel qualis lector et ipse vides.

Octauum preceptum scde partis metrice.

Iratus de re incerta contendere noli.

Impedit ira animū ne possit cernere verum.

A ¶ Presens preceptū quo ad primū metrum est quasi p omnia simile in sententia cum. xlij. pse precepto. Irasci abre noli. Unde prudēs lector exponere potest si placet istud per illud. ¶ Pro secundi vero metri intelligentia ac etiā euidentia Ira impedit animum ꝛc. Est breuiter sciendū ꝙ duplex ira in sacro reperitur eloquio. Prima est cōmendabilis et virtuosa. Secunda est detestabilis et viciosa. ¶ Prima igit̄ ira est cōmendabilis et virtuosa. de qua ecclesiastes. vij. scribit̄. Melior est ira risu. quia per tristiciam vultus corrigit̄ animus delinquētis. ¶ Secunda que est detestabil' et viciosa est qua homo irascitur pximo. et hec habet duas species. quia quedam est subita et sine rationis deliberatione. et hec est venialis. ¶ Secunda est cum consensu et rationis deliberatione. et hec est mortalis. ¶ Has igitur species tangit dauid propheta dicens. Irascimini et nolite peccare. quasi velit dicere. Si subita transurgat in nobis ira non cōsentiat ratio. Ira vero que cum deliberatione est si inueterescat odium dicitur. et nil aliud est odium q̄ȝ inueterata ira. ¶ Item ira potest diuidi in apertam et occultam. ¶ Item etiam in irā qua quis sibi irascitur ꝛ qua irascitur pximo et qua irascitur deo. ¶ De prima socrates iracundus cum alijs irasci desierit sibi irascit̄. ¶ De secunda dictū est prius. ¶ De tercia ecclesiastici. xxvij. qui in altū mittit lapidem cadit super caput eius. ¶ Iteȝ ira habet duplex esse. scilicet esse nature et esse motus put deordinat ab optimo. habet esse mobile qđ vicium est. quia ira non est peccatuȝ ratione pure passionis imo pena. Sed cū hoc dicit quandā actionē per quā deordinat hominem et quantū ad deū et quantū ad

primum. vult enim expetere animi vindictam quam non debet nisi a deo expetere vel a iudice sub deo constituto.

¶ Item dominus ponit tres gradus circa reatum ire cum dicit Math. sexto capitulo. Omnis qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. Qui autem dixerit ratha reus erit consilio. Qui autem dixerit fatue reus erit gehenne ignis.

¶ De hiis dicendum quod vbi creuit ordo culpe et ordo sententie. vnde recta ira sine voce iudicio. ira cum voce consilio. ira cum sermone contumelie gehenne ignis mancipatur. Secundum vero augustinum. in primo est ira tantum. in secundo ira et vox. in tercio ira et vox et expressio irronis. Dicit autem gregorius quod iudicium est cause discussio. consilium sententie diffinitio. gehenne ignis sententie executio.

B ¶ Attendens igitur autor quod huiusmodi vicium ire est rationis oculum excecatiuum et turbatiuum. et per consequens vere sapientie impeditiuum. ex eo quod vera sapientia secundum beati iacobi sententiam est pacifica et modesta etc. et ira pati et transquillitati opponatur adeo quod impedit animum ne possit cernere verum. ¶ Pro tanto vere sapientie auditorem per hoc suum preceptum inducit vt ire vicium ab eius animo siue corde radicitus debet abdicare dicens. Ira impedit animum etc. vltra etiam que dicta sunt circa huius ire vicium. duo sunt nobis consideranda. Primum est multiplex malum animum subuertens. Secundum est eius multiplex remedium ipsum malum submouens.

¶ Circa primum est breuiter sciendum quod ira est ventus pestilens hominis interiora depascens. vitam minuens. guerram commouens. rixas verborum inducens. castra villasque consumens. et omnes prouincias et ciuitates incendens. et de hiis omnibus simul prouer. xxvi. scribitur. Sicut carbones ad prunas et ligna ad ignem. sic homo iracundus suscitat rixas ¶ Quod autem hoc vicium subuertat animum ne possit cernere verum potest dupliciter comprobari. Primo ratione. secundo autoritate.

¶ Primo ratione et sic. cognitiua hominis in quiete et in motu existens non potest iudicare de re sibi presentata nec etiam verum discernere sicut apparet de homine quando mouetur qui non potest bene videre rem minutam vel longinquam nisi subsistat. Unde septimo ethicorum dicit philosophus quod anima in sedendo et quiescendo fit sciens et prudens. sed homo iratus non est quietus sed in motu propter ebulitionem sanguinis circa cor. quia ira est accensio sanguinis circa cor. vt dicit aristoteles primo posteriorum. igitur iratus non potest cernere verum. ¶ Preterea nullus potest cernere verum cui respectus apparet alterius dispositionis quam sit in seipsa. vt patet de infirmo qui non bene cernit vel discernit saporum dulcedinem. quia sibi apparent aliter quam sint propter indispositionem gustus. Sed homini irato apparent res aliter quam sint. Unde aristoteles secundo ethicorum capitulo primo. Non enim eadem videntur amantibus et odientibus. neque iratis et mansuetis se habentibus. sed aut omnino altera aut secundum magnitudinem altera etc. igitur iratus non potest cernere verum.

C ¶ Secundo patet idem autoritate ysidori de summo bono capitulo sexto Iudex iracundus iudicii examen metueri non potest. ¶ Item seneca libro secundo de ira habet iracundia hoc mali non vult regi et irascitur ipsi veritati. ¶ Ex isto namque vicio nascuntur male filie.

¶ Prima filia ire est rixa. hec est audax voluntas vindicandi iniuriam factam precedens ¶ Secunda filia est timor mortis. hec est vindicandi causa fugiens ad persantem propter estimatas inimicicias ¶ Tercia filia est contumelia que est voluntas se vindicandi in exaltando vocem per vituperium et ad aliorum prouenienes aures. ¶ Quarta filia est indigna

tio. que est voluntas se vindicans per signum molestie exterius declaratum. ¶ Quinta filia est blasphemia que est voluntas se vindicans per opprobrius deo vel sanctis illatum. ¶ Circa secundum scilicet remediū ire ab animo qd est multiplex malum submouēs est duplex remediū. scdm duplicem iram. ¶ Pro quo est notandū q duplex est ira videlicet ira ppria et ira aliena.

¶ Contra iram ppriam multiplex remedium in scripturis reperitur. sed de multis pauca pstringā breuitatis amore. quorum primū est dominice passionis cōsideratio. vnde gregorius. Si passio christi ad memoriā reuocetur nihil est adeo durum quod nō eque animo tolleretur. ideo figuratiue fuit preceptum filijs israhel q in erectum serpentē respicere deberent vt ab ignitis serpentibus sanarentur. Numeri. xxj. capto.

¶ Secundū remedium est silentium vnde sup illud puer. xij. Fatuus statim indicat iram suā. Dicit glosa natura ire est vt plata magis feruet occulta languescat. ¶ In vitispatrū legitur q abbas ysaac a quodam fratre requisitus cur eum demones ita timerent. respondit. Ex quo factus sū monachus apud me statui vt iracūdia extra guttur meū non pcederet et ideo me timent demones. ¶ Tercium remediū est ppriorum defectuū consideratio. facilius em̄ defectus alienos portamus si consideremus q aliū oportet portare nostros quando vero aliquis suos non cognoscit defectus de facili indignatur alienis.

¶ Seneca regum animos induimus illi sue infirmitatis obliti deseruiūt aliene quasi iniuriam acceperunt. Augustinus. seruo tuo irasceris ne peccet irascere tibi ne tu pecces ¶ Quartū remedium est pprie impotentie consideratio. qui em̄ contra proximū irascitur. Et dedicus putat si se non vincat attendere debet q potestatē non habet se a muscis et pulicibus defendendi. Unde augustinus. Homo tibi dixit cōuicium et iratus es de pulicibus resiste vt dormias. ¶ Contra vero iram alienam etiam triplex est remediū. ¶ Primū est mollis responsio puer. xv. Responsio mollis frangit iram sermo durus durum suscitat furorem. Ec. xxxv. lingua mollis confringit duritiā. vnde in vitis patrum de abbate macbario legitur q cum quidā discipulus eius precedens ipsum ad quendā locum cuidam ydolorum sacerdoti lignum grande ferenti obuiauit. Cui dixit discipulus. Quo vadis demon. qui iratus percussit eum et vulnerauit vsq ad mortem fere. Cui postea obuians abbas ait. salueris laborator. at ille. quid inquit in me vidisti vt me ita salutes. Respōdit quia vidi laborantem. Cui sacerdos. et ego ex tua salutatione cognoui te esse seruum magni dei. sed quidam monachus me male salutauit quem ego plagis affeci et statim compunctus est sacerdos veniam petens de cōmissis et vulneratū vsq ad cellam deduxerunt. et sacerdos ille sic cōpunctus illius monasterij monachus effectus est ¶ Secūdum remediū est silentiū. verbi gratia qui homini irato respōdent sunt velut ligna ignē ire succendentia. vnde puer. xxvj. Cum defecerint ligna extinguit ignis.

¶ Tercium remediū est beneficiū puer. xxv. Si esurierit inimicus tuus ciba illū. si sitierit potum da illi. hoc em̄ faciens prunas congregabis super caput eius. beneficia em̄ sunt quasi prune ardentes igne amoris. vnde in vitispatrum legitur de quodam sancto patre qui vocabatur amon. qui in egipto in heremo morabatur cui latrones auferebant panes quibus vescebatur.

¶ Unde duobus draconibus precepit q ostium celle custodirēt et cum eidem latrones ad ostium celle peruenissent et dracones tam horribiles inspexissent obstupuerūt. quos pre timore quasi mortuos adinuenit statimq

eis mensam parari fecit et compuncti sanctissimi homies sunt effecti. de decē remedijs ire aliene per que aristoteles docet iram mitigare in secūdo rethoricorum. vide supra in ꝓhemiali parte in precepto. xliij. in principio. Iracundiam tempera.

¶ Nonum preceptū secunde partis metrice.

Hac sumptū ꝓpere cū res desiderat ipsa. Dandū est etenim aliquid cum tempus postu-
ad **lat aut res.**

¶ Nota scd̄m canones q̄ sacratis ꝓmptitudo suadetur et celeritas ꝓpter nouem causas. ¶ Primo ꝓpter debitum obedientie. vt distin. lxxxxiij. si inimicus. Secundo ꝓpter dispositionis rectitudinē. vt distin. lxv. de persona. Tercio ꝓpter transgressionis enormitatem. vt. xxvij. q. j. Si homo. Quar-
di to ꝓpter ɔtaminationis leprā vt. xxiij. q. iij. resecande. Quinto ꝓpter vsurpationis metum. vt. viij. di. mala. et. xxiij. di. sacratas. Sexto quia res est piura tempore. vt. distin. v. baptizari. et. ff. de peti. here. l. diuus. Septimo ꝓpter autoritatē rei iudicate. vt. ij. q. sicut. Octauo ꝓpter absentiā testium futurā. vt. ff
tio de carbo. e. l. iij. §. due. Nono ꝓpter li-
A tium diminutionē. vt. ff. si certum petatur. l. quidem. ¶ Presens preceptū inducit nos ad virtutem magnificentie que inter virtutes morales cōnumerat vna. Hec autē virtus ꝓprie loquendo est circa magnos sumptꝰ et in magnis operibus. et quia in hijs contingit deficere sicut faciunt paruifici et superabūdare sicut faciunt consumptores. ideo oportet virtutem mediam ponere. scilicet magnificentiā que est media inter paruificentiam et consumptōnem. vez quia inter conditōnes paruifici que s̄m ph'm sunt sex. vna que tardat sumptus facere cum oportet et quando oportet. Et similiter tardat alicui donare cum tempus postulat et requirit. et hoc est a virtute magnificētie declinare. quod contrarium facere docet magnificentia que docet sumptus decentes et prompte facere et quādo et vbi oportet.

¶ Pro tanto autor hoc suū prebet B
preceptum. hanc virtutē includens obseruandum fore dum dicit. Fac sumptum ꝓpere ⁊c. quasi velit dicere autor q̄ sine mora et alacri et non expendere debes vt necessitas se ingerit et obserua et custodi vbi videris expendendum nō esse. et hoc est quod dicit. Fac sumptū ꝓpere. idest expensam sine dilatione ⁊ mora. Cum res. idest cum ipsius rei exigentia exigit ac etiā materia ipsa desiderat tunc debes expēsam facere. Huius dicti rationē autor reddit in secundo metro dicens. Dandū etem̄
est aliquid. Etem̄ pro quia dandum est C
aliquid cum tēpus idest exigentia temporis. aut res. hoc est materia. postulat idest requirit. Vnd̄ ypocras in amphorismis. Dandum est aliquid tpī regioni etati et consuetudini. cum hoc etiā concordat scriptura sacra ecclesiastes. iij. c. dicens. Tempus spergendi et tempus colligendi. tempus acquirendi et tp̄us perdendi. ¶ Ad hoc facit q̄ quidē sapiens metrice dicit. Expēde large sine murmure quādo decebit ⁊c. ¶ Atten-
dens igitur autor q̄ ad auditores vere D
sapientie specialiter expedit q̄ sint liberales quādo et vbi oportet debitis tamen circūstantijs obseruatis et hoc fieri nequit nisi in exercitio ipsius sapientie operosi existant quod fit cum penultimū ipsius sapientie actum studuerint obseruare qui quidam actus dicit esse plena misericordia fructibꝰ bonis.

pro tato auditores ipsos ad huius ob seruandum per hoc suum preceptu in citat dicens. Fac sumptu ppere rc. De hac materia habet supra in prima pte metrica precepto vltimo. Dapsilis in/ teruus rc. De magnificentia et magnifici et paruifici conditionibus satis habetur supra in prima parte phemiali. §.ix. vbi specialiter tractatur de virtutibus moralibus et ibi require si placet.

Decimum preceptum secunde partis metrice.

Quod nimiu e fugito paruo gaudere memento. Tuta mage pupis est que modico flumine fertur.

A Presens preceptum sententiam cotinet quod pro parte habetur supra in secunda phemiali pte. §. xliiij. qui in cipit. Dixi tertio q en per habundantiam colunt intemperantiam rc. Ita q non expedit quo ad illa partem ibide ptactam hic amplius refricare: sed solu ad psens sufficiat remissio. vltra vero illud quod de virtute temperantie habetur ibidem potest queri de tali rone huius precepti viz quare nimiu sit fugiendum. et quare parum vel sufficiens sit appetendu. Quo ad primu phs ii. politicorum probat q nimiu fugiendu e propter duo. primo ppter volutatis inordinationem. quia propter talem inordinatam voluntatem appetitur delitiose et non virtuose viuere in hoc mu

B do ad hoc diuicie multu conferunt qr pecunie obediunt omnia. eccl. x. igitur rc. Secundo propter falsi finis yma/ ginationem. dicit enim ibidem phus q appetitus finis est infinitus. appetitus autem eorum que sunt ad finem est terminatus et finitus. verbi gratia. medicus infert sanitate tanq fine ideo appetitus infinitus vnde dat egro de sanitate quantu potest de medicina dat fm proportionem ad fine id est ad sanitatem non quantu potest. Modo sic est q homines qui appetunt dele/ ctationes corporales tanq fine appetut eas infinite. Sic ergo appetut diuicias que deseruiunt delectationibus infinite non sunt igitur nimiu appetende diuicie quia appetitu humanum minime sa ciare queut fm q autor noster in hoc primo metro instruit et informat dum dicit. Quod nimiu est fugito. Secundo quare parum vel sufficiens sit appetendum? Ad hoc rndet autor in secundo metro per quandam metha/ phoram dicens. Tuta mage pupis rc. Quasi velit innuere q sicut nauis est magis tuta que fertur modico flumine q que magno et alto mari. sic et me/ lius est homini mediocritatem sequi q superfluitatem possidere. Et est ratio quia extrema sunt viciosa eo q p ni/ miu excessum a medietate deficiunt in qua quide fm aristotele consistit vtus Et pro tato dicit q virtus est habitus electiuus imediate consistens et corru pitur qn est nimius excessus ab illa me dietate et ideo dicit autor. Quod ni/ miu est fugito. Cui hoc cocordat sap. puer. xij. Melius est paru cu iusticia q multos habere fructus cu iniquitate. De hac materia vide supra in scda probemiali parte. §. xij. qui incipit. Di xi nono q ex nobilibus regentibus ali qui mouent guerras rabidas rc.

D Querebat quida de tali questioe. Pone q sint duo pauperes et vterq su/ perfluu cogregat. Sed vnus vsq ad mille alter vsq ad centum querit qs eorum plus peccat? Et primo videtur q ille qui vsq ad mille. qm plus recedit a medio virtutis. virtus. n. fm phm in medio cosistit ergo rc. In cotrariu dicit chriso. q concupiscentie principiu est indigentia ergo quanto maior e in digentia tanto maior est concupiscetia sz in eo qui processit vsq ad mille est

minor indigentia ergo minor concupiscētia ergo minus peccatū. Huic cōtrario pōt taliter rñderi viz ꝙ indigentia nature corrupta est sed ista indigentia pōt attendi quo ad penaꝫ vel quo ad culpā. Quo ad primū verū est qđ dicit chriso. De scđo dici pōt ꝙ oino est ecōuerso viz vt si sit minor indigentia culpabilis ꝙ͠ sit maior concupiscentia. vñ puer. xxx. Tria sunt insaciabilia rc. gl. dicit. et est dictū oracij ꝙ crescit amor numini quantū ipsa pecunia crescit et sic iterū dicit chriso. ꝙ si magis diligit magis concupiscit. vñ si magis cōcupiscit magis est in infirmitate. vñ auarꝰ quanto est dicior tanto est in maiori indigētia. vñ puer. xiij. Est quasi diues cū nihil habeat et est pauꝑ cum in multis diuicijs sit.

Undecimum preceptū secunde ptis metrice.

Quod pudeat socios prudens celare memēto. Ne plures culpēt id qđ tibi displiceꝫ vni.

A ¶ Postꝙ͠ autor in superioribus prebuit quedā rudimēta ad fraternā correctionē inducentia ut est ꝑceptū nonū prime ptis metrice. Cū moneas aliquē rc. et illud eiusdē ptis. xxvj. Qui simulat verbis rc. Et quedā etiā rudimēta increpationes horridas remouentia ut est illud. xxxvij. predicte ptis ꝑceptuꝫ Seruorū culpa. Nunc in pñti ꝑcepto subsequēter ꝑbet rudimēta inducētia ad operiendū et celandū socioꝝ defectus et crimina. cū dicit. Quod pudeat socios rc. quasi velit autor innuere fac tanꝙ͠ prudens et honestꝰ sic ꝙ ea que verecundiā inferre pñt socijs et amicis celare ꝓcures et ea nemini manifestes ne multi postmodū sciant et reprehendāt qđ tu solus sciebas inhonestū esse qm̄ si occultū est viciū amici vel socij minus malū esse videt̄ et hoc est quod intendit autor in hijs metris vł ꝑcepto. vnđ sic expone. tu prudens. i. sapiēs. Memēto celare. i. in secreto tenere. Illud qđ pudeat socios. i. in verecundiā socijs occurrat. Ne. i. vt nō plures. i. multi compatiuū ꝓ posito. Id. i. viciū vel aliud socij tui. Quod displiceꝫ tibi vni. i. soli. Culpent. i. manifeste reprehendant quia tu solus illud sciebas ⁊ nō alius ꝓpterea nō debes eū in publico castigare nec ipsum taliter dehonestare. ¶ Pro huius ꝑcepti intelligentia et obſuantia est breuiter sciendum ꝙ tria sunt que monere debent quēlibet ac etiā incitare ad obſuantiaꝫ huius ꝑcepti. Primū est sacra scriptura. Secundū est natura. Tertiū est canonica et doctoꝝ sententia. ¶ Primo nos monere debꝫ sacra scriptura vñ puer. xj. Qui ambulat fraudulent̄ reuelat archana qui āt fidelis celat amici cōmissum que viderūt oculi tui ne cito ꝓferas ne cū dehonestaueris eum emēdare non possis. Trāsumptiue. v. q. v. qui ambulat. ¶ Secūdo nos ad hoc monere debet ipsa natura que pudenda loca occultauit. vnđ tulliꝰ li. de offi. ꝙ in cōpositiōe nostri corporis magnā rōem habuisse videt̄ ipsa natura figurā eiꝰ nr̄am in qua est honestatis spēs in apto posuit ptes aūt ad necessitatē vite celatas iđ addit qꝛ deformē conspectū erant habituri. Hāc diligent̄ fabricā nature imitata est hominū verecundia que. n. natura occultauit ea remouet ab oculis omnes sanā menteꝫ hñtes dant ei operā vt occultissime pareant necessitati. hec ille. Tertio ad hoc nos monere dñt canonica ⁊ doctorū sñia. ¶ Pro huiꝰ etiā declaratione magis in speciali est đ infrascriptis dubitalibus querendū vel inuestigandum. Et primo an si aliquis solus scit crimen alterius teneat̄ plato illud reuelare. Huic quesito taliter rñdetur ꝙ nō tenet̄ etiaꝫ si iurauerit denunciare B

nisi probare posset nam esset prodi-tor criminis ut patet in canone.si pec-cauerit.ij.q.j.et.q.vij. plerūq3.et .viij. q.ij.si tantum.nisi vellet reuelare secre tum cū prelat9 secrete habeat corrige re criminosos.ar.xxij.q.v.hoc uidetur debet igitur indicare talibus qui ma-gis possent et velint pdesse q̄ ipsum dehonestare vel alias obesse siue eius corrigendo siue p eo orando ad talē denunciationē quilibet tenet vt in pal legato canone hoc videtur. ¶ No ta q̄ proditor fm canones in sextuplici reperitur differentia. Primo dicitur p ditor qui sociorum peccata prodit cū ipe solus nouit vt hic.ut habetur in cano ne palle.si peccauerit.ij.q.j. Secundo proditor dicit qui pter timorem non defendit veritatē.xj.q iij. nolite enim. Tertio proditor dicitur q maliciose cir cūuenit alium.xvj.q.j.si cupis. Quar-to q rē sibi cōmissam hostib9 expo-nit.vt.xxij.q.v.de forma. Quinto qui non pbanda defert.ij.q.vij.§.de hiis in principio. Sexto qui secreta sibi cō missa reuelat.de pe.di.vj.sacerdos.et de pe.et re.omnis. Ubi pz q̄ vicium proditionis augetur tā ex psona pdente vt si est sacerdos q̄ etiā ex psona pdi ti.vt in.c. de forma supra allegato. et etiā ex mō vt si pdatur secretū. vt in premisso allegato.c.et si peccauerit.ij. q.j. ¶ Retentis etiā eisdē terminis pōt de alio dubitabili scdo queri quo sc3 ordine pcedendū sit in correctione fraterna. Huic quesito rñdet beatus thomas.ij.ij.q.xxxiij.dicens. q̄ publi ca peccata fm doctrinā3 aplicam .j.ad thimo.v. publice sunt arguenda nec tunc sunt occulta correctione purgāda vt in decret. manifestum.de pe.et re. extra. In peccatis vero occultis locu3 habet qđ dñs dicit Math. xviij. Si peccauerit in te frater tu9. Transum-ptiue.ij.q.j.nā si te offendit publice co rā alijs iā non solū in te peccat sed et in alios quos turbat.vex etiā quia in occultis peccatis pari pōt pximorum offensa. ideo distinguendū est. quia si huiusmodi peccata sint in pximorum no cumentū vel corpale vl' spūale puta si aliquis occulte tractat quomodo ciui tas hostib9 tradat.vel si hoc heretī-cus priuatim affirmet verba debet qs statim ad denunciationē pcedere nisi forte firmiť aliqs estimaret q̄ p āmo nitionē secretā statim posset huiusmōi ipedire. Si vero talia sunt peccata que solum sunt in malū peccantis et ei9 in quē3 peccatur vel qz leditur ab eo vel saltem ex solo noticia tūc debet si pec catū scit emendare frēm suū vel sociū suū vt eius fama conseruet. Et sic d ei9 necessitate est q̄ secreta admōitio pub licā denunciationē pcedit et hec secre-ta admonitio debet vel semel vel plu ries fieri q̄ diu spes de correctione p babiliter habetur. Cum iam pbabiliť cognoscere possumus q̄ secreta admo nitio non valet. pcedendum est vlte rius quantumcunq3 peccatum sit oc-cultum ad testimonij inductione3 nisi forte pbabiliter extimaret q̄ hoc ad emendationē fratris non sufficeret. qz tunc a correctione cessandum esset an tū q̄ testes inducantur prius fm augu stinū ostendi debet prelato vt est sin gularis persona et si sic non corrigitur in publico conuincendus est. q̄ si pre-latus precipiat aliquid contra hunc or dinem non est ei obediendu3 quia ob edire oportz magis deo q̄ hominib9 Ideo quando prelatus precipit ut sibi dicatur q̄ quis sciuerit corrigendum intelligendum est saluo ordine corre ctionis fraterne siue preceptum fiat cō muniter ad omnes siue ad aliquē spe cialiter et non solū non est obediendū sed etiam ipse precipiendo peccaret qz ipse non est iudex occultorum sed so-lus deus. hoc dico nisi inquantum per aliqua iudicia peccata manifestentur. puta per infamiam presumptiones et huiusmodi tunc enim potest prelatus precipere sicut et iudex et etiam iura-mentum exigere. Item nota q̄ prodi-

etiam sollennitatē et ordinez non opor
tet obseruari nisi in grauibus peccatis
quia leuia non derogant fame vnde ꝛ
religiosi in capitulis se proclamant pre
misso ordine non obseruato.

❡ Duodecimũ preceptũ secunde partis metrice.

Nolo putes prauos
homines peccata lu
crari. Tēpibus pec-
cata latent et tp̄e patent.
A ❡ Licet per vere sapientie studium
perueniat homo ad perfectionem sub
limitatem vtilitatem et iocunditatem
prout in principio huius secunde me/
trice partis latius declarat̄ et licet etiā
per quandam curiositatem homo co/
netur addiscere ea que sunt supra fa/
cultatem naturalis ingenij ac etiam cir
ca cognitionem intellectiuam immode
ratum habeat appetitum sciendi quod
pertinet ad temperantie vicium sicut
facit ille curiosus qui inuestigare que
rit archana dei maxime super prauorū
punitione quando male agunt ꝙ non
statim puniuntur cum peccatis sed qn̄
eorum sententia et vindicta differtur
ideo autor per hoc suum preceptum in
struit et informat quemlibet curiosuz
talem inuestigationem et curiositatem
diuine prouidentie relinquere cum ipe
sit iustus iudex et prouidentia summa
qui etiam iusticiam diligit et equitatē
semper respicit vultus eius. et si pecca
ta hominum in hoc mundo non tam
festinanter puniat forsan ipsos per sui
misericordiam ad penitentiam prestu/
lando cum tardus sit ad puniendum
sm̄ quod de adam ostenditur. gen̄. iij.
Ubi dicitur ꝙ deus in paradyso am/
bulabat ad auram post meridium ꝛc̄.
tamen dum eos vidit in malicijs ob/
durates expectationis tarditatem vt
dicit augustinus In afflictionis austeri
tate recōpensat et hoc est quod inten
dit autor in hoc suo precepto dum di
cit. Nolo putes prauos homines pec
cata lucrari. Quasi velit autor innuere
ꝙ non debet quis estimare ꝙ peccata
in hoc mundo remaneant impunita li
cet non statim puniantur quia si nō pu
nirentur de peccatis et malis suis sic p
petratis inde viderentur lucrari ꝛ me
lioris conditionis existere ac etiam inō
cōmodum reputarent quod esset con
tra omnia iura mundi facere cum ma/
leficia nequaꝗ̄ remanere debeant im
punita. vt in decret. vt fame. de sentē.
ex. extra. et. ff. ad. l. acquileam ita vulne
ratus. cum multis similibus. nam pec/
cata que aliquis cōmittit vt putat ꝙ
non sciantur. Latent. et occulta sunt. tē
poribus. i. per tempora et quia tunc nō
puniuntur nō dicuntur apparere. quan
doqz tn̄ patēt. id est apparēt ꝛ manife
stantur in alio tempore ꝛ hoc quia tūc
puniuntur dicuntur apparere quia vi
cia diu nequeunt occultari. quasi velit
dicere ꝙ dum peccatores peccata sua
aliquo tempore credant occultari citi9
tamen ꝗ̄ credant iusto dei iudicio p/
duntur in publicum. Et hoc est quod
dominus noster Luce. viij. Insinuare
videtur dum dicit Nihil occultum est
quod non reueletur. ❡ Propter hoc B
in figura de rege dauid dicitur ꝙ cuz
peccatum cum bersabee cōmissum cun
ctis crederet occultum missus est ad
eum nathan propheta vt ei ex parte
domini diceret. tu fecisti abscondi te.
Ego vero faciam notum istud in con
spectu omnis israel prout. ij. reguz. xij.
ca. declarat historia. ꝛ hoc est quod do
minus vnicuiqz sic occulte peccanti cō
minatur per ysaiam. xlvij. capitulo di/
centem. Reuelabitur ignominia tua et
videbitur obprobrium tuum. et hoc ē
sine dubio quod vult dicere autor in
hoc metro secundo dum dicit. Tem/
poribus peccata latent et tempore pa
tent. ❡ Pro premissoꝝ intelligētia

magis in speciali est de infrascriptis dubitabilibus querendum vel investigandum et primo quare deus in presenti non punit peccatores delinquentes sed eos permittit diviciis voluptatibus potentiaqꝫ florere. Secundo an deus iniuste peccatoribus inferat penam eternam. ¶ Ad evidentiaꝫ huius prime fatue et temerarie questionis quam quidam curiosi et fatui atqꝫ temerarij quotidie faciūt de deo ⁊ eius providentia est breviter annotandum ꝙ quidam mortales miseri qui ex tenebrosa delictorum suorum gravedine in cecitate delapsi seipsos ignorantes adversus iusta et sancta dei iudicia temerarie obsequuntur errantes dicentes bonum malum et malum bonum ponentes tenebras lucem et lucem tenebras iudicātes. ysa. v. xj. q. iij. Ve isti siquidem cum vident proximum suuꝫ dignitate potentia honore vel statu vel aliqua felicitate florere statim passiōe devicti rapti supra invidia. Cupiditate aut alia passiōe cecati conqueruntur ⁊ arguunt asserentes quare deus hūc ꝓximum meum peccatorem non punit in presenti imo eum felicitat et honoratur et me innocentem negligit vel molestat et sic iustificant semetipsos. ¶ Huic fatue questioni breviter respondetur ꝙ tales qui ex avaricie luxurie superbie inanis glorie invidie detractionis odij cogitationis perverse vel aliorum scelerum detestandis maliciis sunt mille peccatis mortalibus involuti que per tempora vivendiū ⁊ etatis eorum perpetravere iam duduꝫ de quibus memoriam iam nullam habēt ex temporali voluptatis et delectationis eos vincente et excecante malicia ⁊ nescientes seipsos ⁊ suiipsorum negligentes et salutē. in facto proximi ignorantes decipiuntur et errant. Cuius merita et demerita velut cordis abscondita solius dei est habere noticiam ⁊ qui siquidem proximus licet aspectu forsitan videatur peccator et felicitatis indignus potest tamen iustior esse tali errante et iustificante seipsuꝫ. potest etiā deo esse acceptus ex penitentie clemosine pietatis vel alicuius secrete virtutis meritorio actu occulte in ipso permanente. Et propterea contra hos errantes huius loquitur gregorius in registro dicens. Grave curiositatis est vicium que dum cuiuslibet mentem disponit ad investigandā vitam proximi sua intima abscōdit ut aliena sciens se nesciat. et idem gregorius in moralibus Si recto retributionis examine ut qui exteriori oculo utitur negligenti interiori ceceтur et esto ꝙ talis proximus sit peccator pertinet ad divinam iusticiam ipsum proximū peccatoreꝫ ac etiā talem errantem et iustificantem seipm tractare iusticia de excessis et de factis eorundem ac plerumqꝫ quia deus talem iustificantem seipsum ex meritis suis punit et purgat eiusdem punitionis tempore et ipsum proximum suū quem iudicat delinquenteꝫ spectat ad penitentiam ac diviciis vel felicitate ꝓsequitur prout ipse celestiuꝫ terrestriū qꝫ creator quecunqꝫ noscit abscondita unumquenqꝫ mortalem dignum expectatione vel pena aut premijs unde in certum infallibili sapientia novit. quia cum homo cecus et erroneus in seipso iniquitatum suaruꝫ ponderosa malicia proximoꝝ virtutes et merita nō agnoscat que solūmodo occulta resident in mentibus humanarum soli deo cognita ex quibus meritis et demeritis pene et penitentia causantur celestis arbitrio iudicij velut incomprehensibilis ⁊ infinita de se non potest per homineꝫ corruptibilem et infinituꝫ intelligi nec etiam iudicari. Idcirco ex facto vel felicitate proximi nec ex infelicitate ipsius non habꝫ humanitas divina improbare iudicia sed illa velut sanctissima ⁊ iustissima dulcia et utilia spiritualis saltē et eterne productiva salutis habet et debet unusquisqꝫ mortalis humili paciencia sustinere diligere ac sancta dul

D

cedme custodire. ¶ Quod hec et alia p̄missa sint vera testatur dominus per prophetam in ps. Judicia domini vera iustificata in semetipsa desiderabilia super aurum et argentum et dulciora super mel et fauum. Etenim seruus tuus custodit ea in custodiendis illis retributio multa. Delicta quis intelligit. quasi dicens nullus. ¶ Ex quibus siquidem dilectis aspera dei iudicia infunduntur et sic innuit docetque p̄pheta quia peccata humana infinita sunt et sic iudicia dei sunt vera et in semetipsis iustificata. Et miser homo nec sua delicta cognoscit nec ab ipsis diuertit quomodo aliena intelligit qui suorum est inscius et p̄pterea nec de demeritis et meritis proximi iudicare et hoc est quod vult dicere autor in hoc precepto dum dicit Nolo putes homines prauos etc. De materia quo ad vnam partem tractatur supra in prima parte metrica.xv. p̄cepto. Si vitam inspicias. Sed magis proprie tangitur parte eadem in.xxiii. precepto. Si tibi pro meritis. Item etiam quo ad aliam partem tangitur in hac sc̄da parte metrica.vi. p̄cepto. Mitte archana dei. Item de materia habetur infra in.xvii. p̄cepto. Inuidiam nimio etc. Et licet omēs predicte remissiones diuersimode sumi possunt tamen ad vnum finem tendunt. ¶ Quo ad secundam questionē videlicet an deus iniuste peccatoribus inferat penam eternam Arguitur primo quod sic quia pena nō debet excedere culpam secundum enim mensuram peccati debet esse plagarum modus. Deutro.xxv. Nec pena sit vlterius pertrahenda quam delictum fuerit in excedēte repertum vt legitur et notatur in decret. quesiuit. de his que fi.a ma.par. ca. ergo culpe temporali non debet imponi pena eterna. Item peccatorum mortalium vnum est altero maius sed penarum eternarum a parte qua sunt eterne vna non est maior quam altera quia in finito nihil est maior ergo non cuilibet peccato mortali debetur pena eterna. ¶ Item dicit augustinus. Siue plectendo siue ignoscendo hoc solum bene agitur vt vita hominum corrigatur.xxiii. q.v. prodest seueritas. ergo cum pena illa eterna non sit correctoria nō est bona nec iusta. In contrarium dicitur quod offensa mensuratur secundum persone dignitatem que offenditur sed persona que per mortale peccatum offenditur est dignitatis infinite scilicet ipse deus. ergo offensa erit infinita. ¶ Hiis opinionibus respondetur quod duplex est quantitas pene eterne. vna secundum intentionem scilicet acerbitatis et hec est finita. Altera secundum extentionem scilicet durationis et hec est infinita. Prima respicit quantitatem offense et ideo variatur secundum diuersitatem offensarum. Secunda respicit dispositionem peccantis quia caret dispositiōe qua possit offensa deleri scilicet penitentia et ideo offensa manēte iuste semper manet pena. Et quia dispositio hec communis est omni homini in peccato mortali decedenti ideo omnis talis iuste punitur pena eterna etc.

¶ Tredecimum preceptum secunde partis metrice.

Corpis exigui vires contemnere noli. Cōsilio pollet cui vim natura negauit. A

¶ Postquam autor in proximo superiori precepto prebuit rudimenta Curiosos retrahentia ne temere defectus proximorum secundum apparentiam debeant iudicare ¶ Nunc vero in presenti precepto subsequenter ipsos curiosos instruit et informat ne etiam p̄ximos secundum corporalem apparentiam que vt plurimum fallibilis est et falsa sed potius

sm veram existentiam que infallibilis est et certa quia hoc maxime pertinet ad sapientes vt non de rebus tantum sm apparentiam quia quandoqz appareant aliter q̄ sunt verum potius sm existentiam debeant iudicare et hoc ē quod in isto precepto vult autor innuere duz dicit Corporis exigui vires contemnere noli ꝛc. Quasi velit dicere ꝙ non contemnamus eum qui est corporis exigui quia licet sm exteriorē apparentiā despect9 sit deformis potest esse magne virtutis et valoris ac etiaz interiorem nobilitatem habere hoc est Noli cōtemnere.i.despicere. Uires exigui corporis.in statura vel incēsu.qui enim diuicijs non habundat licet sapientiam habet quasi vilis pauper hodie reputatur.quia sapientia pauperis et pulcritudo meretricis equis passib9 ambulant et equalem sortiuntur effectum.vnde oratius. Et genus ꝛ formā regia pecunia donat. Et ꝓ tanto sic corporis exiguum et pusillum nullo modo contemnere debes hoc ideo quia talis Consilio pollet.id est sapientia lucere potest vel splendere. Cui natura. id ē naturalis cōpositio. Negauit vim id est corporalē fortitudinem. Et nota differentiam inter ista nomina vires: vis: virtus: et vix. vnde versus. Corpus habet vires animus est insita virtus. Uis in vtroqz manet vix ratiōe caret. ¶ Pro huius primi metri intelligētia ac etiā obseruantia est breuiter sciendum ꝙ nemo sm exteriorem apparentiam vt est dictum contemnandus est vel etiam iudicandus quando ignorat interior virtus quod potest tripliciter probari. Et primo diuino eloquio eccl. xj. Non laudes virū in specie sua neqz spernas hominez in visu suo breuis in volatilibus est apis et inicium dulcoris fructus illius. Ratio quare sm visionem oculoruz nemo iudicandus sit vel etiam condemnandus quia ꝓut in scia perspectiua edocetur visio in oculis non completur non eiusdez rei due species diuerse ad vtrunqz venirēt oculum et cum diuersitas speciei diuersificet iudiciuz. Si visio completur in oculis propter apprehēsiōz speciei gemme vna res indicabitur esse due. oportet igitur vt ponat aliquod aliud sentiēs propter oculos in quo visio compleat cuius instrumenta sunt oculi qui reddunt ei speciem visibilez rei. et hoc est cōmunis neruus cerebri situatus vbi concurrunt duo nerui a duobus partibus anterioribus cerebri qui post concursum in duos iterum diuiduntur et sic ad oculos extendūtur. In illo ergo neruo cōmuni virtus visiua fontaliter radicatur. et quia tunc virtus fontalis est vna ad quam continuantur virtutes oculorum per medium neruorū obticorum. ideo potest vna res apparere vna quamuis a duob9 oculis videatur in hoc autem visio exterius apparentibus non cōpletur. Sed in neruo cōmuni qui interius occultatur. ¶ Moraliter per hoc informamur vt iudiciū temerarium declinemus nec de rebus vt appareant in prima facie iudicemus Sed potius per deliberationem ad interius iudicium recurramus. Unde de angelo magni consilij. Cuius sm greg. Omnis actio nostra est instructio dicitur ysa. xj. Non sm visionem oculoruz iudicabit ꝛc. et hoc est quod vult autor in primo metro dum dicit. Corporis exigui ꝛc. ¶ Secūdo multiplici naturali inductiuo ꝓbatur quia nemo contemnandus est quādo scilicet ignoratur interior eius virtus. Et primo in grano piperis et sinapis luculenter demonstratur que quidam grana quāuis sm exteriorem apparentiaz vilia ꝛ turpia videantur nihilominus tamen permaxime existunt virtutis. vnde pitagoras de sinape ꝛ eius virtute multiplici dicit ꝙ inter omnia grana obtinet principatum dum humores grossos extenuet dum serpentum ictus sanat dum frigidorum venena superat. dum dolorem dentium mitigat. dum cerebrum B

valde purgat. dum lapides in renibus
dissipat. dum appetitum prouocat. dum
stomachum confortat. dum epilenticos
iuuat. dum ydropicos curat. quis igitur
crederet ꝙ tam minimum granū tāte
virtutis existat quantam natura ei tri
buit. ¶ Secundo in lapidibus pre
ciosis. vnde si adhuc hijs non es con/
tentus multa alia multo mirabiliora
videre restant que tribuit natura la/
pidibus preciosis. De quodam etiam
lapide qui gigates nuncupatur si pla/
cet in eo potes magnas contēplari vir
tutes. Dicūt enim lapidarij ꝙ licet ille
lapis s'm apparentiam sit valde rudis
eo ꝙ colore sit niger et glaucus tamen
est magne virtutis interius. Nam incē
sus est serpentum fugitatiuus: demo/
niacorum proditiuus. quia demonibus
creditur esse contrarius et virginita/
tis est manifestatiuus. quod sic proba
tur q2 aqua lotionis eius a puella po2
tata si virgo non fuerit vrinabit etiam
si velit nolit. vt dias. dicit. Insuper etiā
hic lapis qui esse videtur tam vilis di
citur contra fantasmata et nocturnas
illusiones valere dentes lapsos stabi
lire. menstrua perdita reuocare. dolo/
res vētris sedare. contra prestigia va
lere partum accelerare ac parientez iu
uare. ¶ Et quod omnibus hijs vi/
detur mirabilius quia vt dicit ysidor9
in aqua hic lapis incendit. Sed in oleo
quod est pabulum ignis extinguitur:
quod contra naturam esse videtur. Sz
si lapis tam durus tanta operatur mi
rabilia nullus propter exteriorem vili
tatem est vilipendus ꝙ̄ diu eius inte/
rior ignoratur virtus Et propter hoc
dicit autor. Corporis exigui vires con
temnere noli ¶ Tertio morali τ an
tiquorum exemplo et hoc dupliciter.
De primo dicit philozoph9 primo po
liticorum ꝙ fortes ingenio et ratione
licz debiles corpore apti sunt ad regen

dum vel etiam ad regnandum et ecō
uerso ad seruiendum. Est ergo bonuz
reipublice ꝙ sapientes regant et mi/
nus discreti seruiant. Immo quanto
magis viribus et corporalibus habun
dant tanto magis indigent dirigente.
sicut equus quanto fortiꝰ curreret for
tius impingeret nisi per sessorem diri/
geretur. sic est d' illo qui defecit intelle
ctu et fortis est corpore. hoc autem est
quod intendit autor dum dicit. Corpo
ris exigui τc̄. Quasi velit in proposito
dicere ꝙ illud quod natura subtraxit
exterius quātū ad virtutes corporales
ministrauit interius quantum ad vi/
res anime intellectuales ¶ Quo ad C
secundum legitur in libro de secretis
secretorum ꝙ aristoteles inter cetera
documenta alexandro ibidem posita
imposuit tale documentum eidem vi/
delicet ꝙ paruam in hominibus statu
ram contemnere non deberet et adie
cit quem videris scientiam diligere et
in via sapientie et morum habundare
et viciorum semitā fugere ac declinare
talem dilige et habes apud te τ preci/
pue quando videris animum suum ex
ercitantem in hijs virtutibus talis em̄
consueuit esse bone eloquentie morigi
natus curialis et sciens historias eoruz
qui nos precesserunt de gentibus. Cō
tra hoc consilium fecit quidaz de quo
narrat gregorius libro. iij. dyalogoruz
capitulo nono. Qui cum audisset famā
cuiusdam sanctissimi viri qui vocaba
tur constantius et venisset vt eum vi/
deret aspiciens eius personam contem
ptibilem ait. Ego grandem hominem
credidi sed iste nihil habet de homine
quod cum ille audiret vir dei euz am
plexum iuit cum feruentissimo amore
brachijs stringere cepit ac etiam oscu/
lari gratias ei agens ꝙ de se talia iudi
casset. Tu inquit solꝰ es qui in me ocu
los apertos habuisti quante ergo hu

militatis fuit art gregorius qui despi/ciente se amauerit. Qualis qui sicut apud se lateat illata contumelia probat hic ad statum celsi meriti iam plene code scenderat et hominum oculis more ce lestis sydeorum paruus apparere vole bat et sic mirabile reputatur quod stella cum ascendit ad celi medium appareat maior cum iam ad intuentis oculum non magis accedat. Sic etiam quod aliquis tan to videri velit humilior quanto fuerit in dignitate sublimior quia rarum. et ideo mirabile reputatur. Et hec de pri mo metro et eius declaratione suffi/ciant. ¶ Pro secundi metri intelli/gentia ac etiam obseruantia videlicet. Consilio pollet. est breuiter querendum vel inuestigandum que nam sit causa quare aliqui homines parue stature vt sunt nani pollent ingenio et consi/lio vt autor noster dicit. ¶ Ad eui dentiam huius quesiti tria sunt necessa rio declaranda. Et primo que sunt illa que reddunt hominem indispositum ad scientiam. ¶ Secundo que sunt illa que hominem reddunt ingeniosum et ad scientiam dispositum. ¶ Ter tio quod illa duo communiter reperiun/tur in hominibus paruis aut saltem in aliquibus. ¶ Quantum ad primum sciendum est quod sunt duo que reddunt hominem indispositum ad scientiam per se. ¶ Primum est anime aggrauatio per corpus. cui concordat illud sapiētie viiij. Corpus quod corrumpitur ag/grauat animam. ¶ Secundum est grossicies spirituum et maxime eorum qui sunt in medio ventriculo cerebri. Sicut enim oculus peius videt quod videt per medium grossum quam per sub tile vtputa quod videt per aerem te/nebrosum et grossum quam illud quod vi det per aerem purificatum et subtilem Ita etiam grossicies spirituum facit ho minem indispositum ad scientiam. vnde commentator de differentia spiritus et anime dicit sic. Spiritus autem qui est in eo spacio. id est in ventriculo medio cerebri est in hominibus diuersus.

¶ Quantum ad secundum etc. In quibus autem est scilicet spiritus subti lis et clarus et hic erit rationalis et co gitans disputator et bone cogitatio/nis. In quibusdam est econuerso et hic talis erit amens irrationalis leuis atque stultus. ¶ Causa quare aliqui sunt ingeniosi est. Quia anima non mul tum aggrauatur per corpus et quia spi ritus habentur subtiles et sic patet pri mus et secundus articulus quesiti.

¶ Ad euidentiam tertij sciendum est quod parui homines vt communiter lo quendo sunt complexionis melancoli ce. quia in eis predominatur elementum terre quod correspondet melancolie quo ad duas qualitates. s. frigiditatem et siccitatem. Unde propter hoc sunt parui quia terra est inextensibilis me/lanconia autem siue magna colera que predominantur in melanconicis est fri gidissima et calidissima. frigidissima de se et calidissima ab alio vt aristoteles libro probleumatum dicit et asserit et ponit exemplum de aqua que de se est frigida tamen efficitur calidior quam flā/ma quādo scilicet est feruens. ¶ Item ponit exemplum de ferro ignito quod fit calidius carbone. hec autem calidi/tas vt dicit aristoteles ibidem est pro pe intellectiuum locum. id est prope medium ventriculum ipsius cerebri.

¶ Quia ergo in paruis hominibus et maxime in nanis anima est grauata mi nus per corpus quam sit in magnis homi nibus quia habent modicum et exi/guum corpusculum quod minus ag/grauat animam quam magnum Et cum hoc habeat magnam coleram vel melanco niam calidissimam effectam per accidens sicut efficitur aqua et ille calor valde subti/

stat spiritus cum sit accutus sicut etiaz
calor solis subtiliat vapores terrestres
qui de se grossi sunt. Hinc ē quod pui
homines et nani sunt ad opera intelle
ctiue partis magis dispositi magis in/
geniosi q̄3 magni licet ꝑpter aliud cō
currens contrarium accidere posset q2
illa rō vniuersaliter non ɔcludit ꝙ ita
sit de omnib9 puis et de omnib9 na
nis sed assignat causaz in hijs qui sunt
parui et ingeniosi quare sūt ingeniosi.
Ad hoc facit qd̄ habetur libro ꝑblem
matum de hijs que sunt cōtra pruden
tiam intellectuz et sapientiā vbi aristo.
supponit et dicit ꝙ quicunq3 fuerint
excellentes viri aut ſm phiam aut pol
liciam aut artis fuerunt melancolici et
querit causam huius melanconici vt
supra dictum est cōmuniter sunt parue
stature quia predominatur in eis terra
que non potest extendi. vnde si melan
conici sunt pui et melanconici sunt apti
et ingeniosi ad scientiam. bene sequit̄
ꝙ parui sunt apti ad scientiaz. Ad hoc
etiam aliqualiter facit quod aristote/
les dicit in solutione ꝑblem. sequentis
❡ Querit etiā propter quid homo
est sapientissimus omnium animalium
vtrum quia parui capitis est ſm pro/
portionem ꝑpter hoc parui capitis et
ipsorum tales magis. id est hominum
qui habent minora capita ꝑportiona/
biliter prudentiores sunt hijs qui sunt
magni capitis. Potest etiam assignari
alia causa ad principale quia in paruis
hominibus virtutes intellectiue sunt
magis vnite ꝑpter quod sunt efficatio
res in agendo. quia vt dicitur in libro
de causis. Omnis virtus vnita fortior
est ad agendum. Secundo quia sunt
magis extranei ab impedimentis intel
ligendi vt a lasciuia ⁊ alijs sollicitudi/
nibus. ꝑpter quod eorum anime sunt
magis expedite ad opera intellectus.
Est etiā notandū ꝙ quanto illa calidi
tas melanconie magis accedit ad me/
diū tanto magis reddit dispositionem
ad ingeniositatem. Si enim esset excel
lens faceret motū magnū in spiritib9
subtiliandis ratione cuius mot9 impe
diretur claritas cognitionis. vnde dicit
aristoteles vbi prius in qbuscunq3 aut
valde calliditatis reducit ad medium.
Isti melanconici quodāmodo sunt pru
dentiores alijs.

❡ Rethorica sup. xiiij. pcep.

❡ Quem scieris non esse ⁊c.

❡ In corporalibus exercitijs et colla
tionibus et studijs non semp expedit
potentiorē victorie ꝓrogatiua potiri s3
nōnunq̄3 posteriorē se fingere in certa
mine q prior poterat inueniri nedū sp
in alios dn̄ationis impiū vindicare ni
titur interdū exosus plurib9 et inuti/
liter ꝑuocat9 eo succūbet vilius quo. a.
victo fuerit supatus et hoc vincendū
genus retrogradū nos omnes genera
irridemus. Victorem a victo ⁊c̄.

❡ Decimūquartū precep/ tū secunde partis metrice

Quem scieris non esse
parem tibi tempore
cede. Victorem a vi/
cto superari sepe videmus A
❡ Postq̄3 autor in ꝑximo supiori
ꝑcepto ꝓbuit rudimēta curiosos retra
hēda ne pusillos corpe seu stature ſm
exteriorē apparentiā iudicare cōtēnere
vel etiā ex hoc ꝙ pares eisdē nō exi/
stūt debeāt puipendere. ❡ Nūc vo
in presenti precepto subsequenter
ipsos curiosos instruit et informat ꝙ
licet tales diuicijs corporali fortitu/
dine vel potentia pares eisdem non
existant tamen secundum autoris pre
ceptum loco ⁊ tempore deferre de/
bent eisdem quoniam qui vincit vno
tempore leuiter vinci potest et succu/

bere in alio et hoc est quod in effectu
vel sententia vult in hoc precepto au/
tor ostendere necnon ad ipsius obser
vantiam quemlibet inducere dum dicit
Quem scieris non esse parem tibi tem
pore cede. Quasi velit innuere q actus
vere sapientie est humanus et benignus
officium autem humanitatis est infir/
mioribus maxime quandoque condescen
dere ac etiam circa tales temperare ri
gorem. et hoc est quod sapientie. vij. c.
sapiens innuere videtur dicens. q spi
ritus sapientie humanus est et benignus
vel aliter etiam exponi potest vt dica
tur. Cede illi quem scieris non esse pa
rem tibi tempore. id est etate quia forte
non habet tot tempora quot tu habes.
quia consueuisti multotiens alios vin
cere ⁊c. ¶ Sententiam et effectum
huius primi metri quasi per omnia ha
bes supra in prima parte me[…]a pre/
cepto. xxiiij. Vincere cum possis. et pte
eadem pcepto. xxxvij. Seruorum culpa ⁊c.
Item parte eadem. xxviij. precepto Quem
superare potes. Ita q non expedit hic
amplius refricare materiam sed recur
B re ibi si placet. ¶ Materia vero se
cundi metri vt ex eo aliquis consequatur
fructus est moraliter prosequenda vt
dicatur. Victorem a victo superari sepe
videmus. victori plerumque contingit quod
draconi contra eleuantem pugnantem
contingere solet. Dicunt naturales q
quando contra elephantem pugnat dra
co: draco arte vtitur contra ipsum ele/
phantem. quia sanguinem suggit elephan
tis ac etiam cauda ipsius circumuol/
uit vt eum cadere faciat. Ita spiritua
liter facit homini draco infernalis qui
volens eum expugnare sanguinem di
uine gratie suggit per peccatum quia sicut
corpus per sanguinem ita anima viuit
vita spiritualis gratie. Cauda ipsum in
uoluens scilicet longam vitam necnon
et finalem penitentiam pmittendo et
sic vincit peccatorem. Postea vero pec
cator eum vincit cum per penitentiam

a peccato resurgit et tunc dicitur vita
gratie viuere quam amiserat per pec/
catum. ¶ Vel exponi aliter potest
vt melius dicatur. Victorem a victo su
perari sepe videmus. quia postquam ita
suggit elephantis sanguinem tanquam de
bilitatum ad terram ipsum prosternit
vt eum interficiat ⁊ vincat. sed mirabi
liter vincitur ab eodem quia cadendo
super eum statim draco suffocatur.
Sic moraliter draconi infernali scilicet
dyabolo dicitur contigisse qui credens
per mortem corporalem elephantem ipsum
deuincere tandem victus fuit spiritua
liter ab eodem. christus enim sangui/
nem suum fudit vt hominem de pote
state draconis infernalis liberaret.
Item christus sua sancta humanitate
eum deuicit sicut endor cocodrillum.
Dicunt etiam naturales q cocodrillus
est animal fortissimum habitans in nilo
fluuio et terminos obtinens cui nullum
animal resistere potest nec etiam per/
forare sagittis tandem endor animal
paruum luto se inuoluit quod cocodril
lus inueniens credit esse lutum et tran
glutit qui in eius ventre existens ipsum
perforat et interficit. Sic morali C
ter cocodrillus id est dyabolus ante chri
sti aduentum in hoc mundo potestatem
accepit. Vnde ioh. xiv. Venit princeps
mundi huius ⁊c. Sic adeo erat fortis
quia neminem timebat. vnde nec pa/
triarchas nec prophetas aliqualiter ti
mebat. Propterea de eo dicitur iob. xlj. Non
timebit vibrantem hastam. sed christus
per humilitatem effectus paruus luto
nostre humanitatis se inuoluit sicut ad
philippen. ij. dicit apostolus. humilia/
uit semetipsum formam serui accipiens
⁊c. Sed cocodrillus infernalis ipsum
purum hominem deglutiuit per mortem
sed ipse mortuus existens in ventre eius
quando descendit ad inferos ipsum interemit
quando sanctos patres de limbo edu
xit et ipsum mirabiliter vicit. apoc. v.
Vicit leo de tribu ⁊c. Ad hunc sensum

optime facit quod recitat valerius li/
bro.v.q doroſenſes ⁊ athenienſes dū
adinuicez vellent decertare codrus rex
athenienſiuz de euentu belli appollinē
requiſiuit q reſpondit ſi ſe occidi pmit
teret gens ſua victoriam obtineret.
Cum vero hoſtes illud oraculum au/
diuiſſent preceperunt ne ex eis aliquis
regem athenienſiuz tangerent vel per
eutere deberent. Ipſe rex ne cogno/
ſceretur ruſticanum habitum induens
et ſarcinam in humeris aſſumens ad
hoſtes incognitus ſic proceſſit ibiqz
militem cum falce prouocans ab ipſo
eſt occiſus quo cognito doroſenſes me
mores oraculi fugierunt et athenien/
ſes obtinuerunt victoriaz. Moraliter
rex iſte chriſtus eſt apoc.xix. Rex re/
gum et dominus dominātium qui ne
a demonibꝰ cognoſceretur habitū ſer
ui accipiens quia ſm apl̄m habitum in
uentus vt homo ſaramenta. id eſt cru
cez in qua diuerſa fuerunt ligna in hu
meris baiulauit et ſic mortuus fuit. Si
enī demones ipſum cognouiſſent euz
nunq̄ occidi procuraſſent ita dicit apo
ſtolus.j.ad corinth̄.ij.capitulo. Si euz
cognouiſſent nunq̄ dn̄m glorie cru/
cifixiſſent et vbi crediderunt per eius
mortem victores exiſtere per ipiꝰ mor
tem fuerunt turpiter debellati necnon
a ſuo dominio ſpoliati.de tali ſpolia/
tione clare loquitur apl̄us ad coll̄.ij.
dicens. Spolians principatus et pote
ſtates traduxit confidenter palaz triū
phās in ſemetipos. ¶ Nota etiā q
vtute ſanguinis chriſti quez fudit por
tas inferni confregit et inde ſanctos
patres eduxit ac ipſum limbum ſpo/
liauit quod dupliciter comprobat viz.
Diuino eloquio.et Morali exemplo.
¶ Primo diuino eloquio zach.viiij.
Tu quoqz in ſanguine teſtamenti tui
eduxiſti vinctos tuos de lacu in quo
erat aqua. ¶ Secūdo morali exēplo
legitur in hiſtorijs ſcolaſticis q rex ſa
lomon habebat ſeruitionem pullū vnū
habentem quē in cauea vitrea nutrie

bat Cum vero pater pullum ſuum mi
nime habere poſſet vermem quendaz
de deſerto portauit de cuius ſanguine
caueam ipſam liniuit et continuo fra/
cta fuit et ſic pullum de cauea illa ex/
traxit ¶ Moraliter vermis ille de
notat chriſtum de quo dicitur in ps̄.
Ego autem ſum vermis ⁊ non homo
Ratio quare dicitur vermis eſt. quia
vermis non naſcitur per generationē
carnalē.ſz de humore terre virtute ra
dij ſolaris producitur.⁊ ſic vermis pa
trem habet in celis ſcilicet ſolem.ma/
trem vero in terris ſcilicz terre humo
rem. Sic chriſtus patrem habet in ce
lo ſine matre et in terra matrem ſine
patre pulli in cauea infernali incluſi
erant ſcilicet ſancti patres. Et ideo hic
vermiculus id eſt chriſtus venit et ſui
precioſi ſanguinis virtute caueam illaz
confregit et ſanctos patres inde edu/
xit. Unde in ps̄ dicitur. Contriuit por
tas ereas et vectes ferreos confregit.
¶ Pro premiſſorū intelligentia ma
gis in ſpeciali puto vtile de infra ſcri/
pta queſtione querendum vel inue/
ſtigandum videlicet vtrum demones
chriſti incarnatonem et humani ge/
neris per ipſius mortem redemptionē
per ſuam cognouerunt ſapientiam an
non? Et primo videtur q non.dicit.n.
gloſa ſuper illo verbo apoſtoli ſupe/
rius allegato. Si enī cognouiſſent ⁊c.
q demones non cognouerunt per ſuā
ſapientiaz de redemptione humani ge
neris per chriſti mortem implendam
Et alibi non ſciebant ſacramentum in
carnationis ⁊ paſſionis. ¶ Econtra
videtur q cognouerunt ipſum filium
dei eſſe ſm q habetur Luce.iiij. Ubi
dicit q cognouerunt ea que dicta erāt
per prophetas.ſed per prophetas di/
ctum erat de incarnatione et humani
generis redemptione ergo hoc ſacra/
mentum cognouerunt. Hoc etiam pro
batur per illud quod ſcribitur exo.iij.
capitulo. Ubi dicitur. ſurrexit in terra
rex nouus.gloſa. Mihi videt de hijs

que a ꝓphetis et a patriarchis d̄ aduē tu christi dicta fuerant quia sentit ven turum qui expuat principatꝰ eius et po testates et cuȝ fioucia triūphet eos et assignat in ligno crucis. ¶ Sed quid aliud est sentire venturum nisi sacra/ mentuȝ humane redemptionis cogno scere. ¶ Secundo dicendum est ꝙ demones non cognouerunt certitudi/ nali congnitione ipsum esse filium dei Unde dicitur in glosa.j.ad corinth.ij. Ex suspitione magis ꝙ̄ ex cognitione dixisse credendi sunt quid nobis et ti bi fili dei. Ad aliud quod obijcitur in contrarium dicendum ꝙ illud sentire de quo loquitur origenes in glosa nō est aliud ꝙ̄ conuincere ex hijs que iaȝ dicta erant in lege et prophetis non.n. sic cognouerunt quemadmodum san cti prophete. Santi enim prophete ex reuelatione sibi facta cognouerunt. De mones vero ex dictis in lege et ꝓphe tijs hoc conie cerunt vel si aliqua certi tudo fuit ꝙ filius dei esset per signo/ rum potentiam non preuidit per eius mortem se esse da nnandum vel pote statem sibi auferendam. Super illud prima ad corinth.iij.superius allegato Si eum cognouiss ent rc.glosa.non si neret illum dyabolꝰ crucifigi per quē ius suum se perdere sciret. Et super il lud Luce.iiij. Exibant demonia rc.gl. Non ideo illum crucifigit quia filium dei ignorat sed quia eius morte se dā/ nandum non preuidit.

¶ Quidecimū preceptū secunde partis metrice.

Aduersus notuȝ noli cōtēdere verbis. Lis minimis verbis in/ terdum maxima crescit.

non inuenit. illis autē ignosci non pate rit qui habentes a quo discerent opam non dederūt. Transumptiue habentur verba in canone. Non omnis. xxxvij. distin. ¶ Ex quibus omnibus pro verdica cōclusione scienda est tenenda vtile puto de tali questione queren/ dum vel inuestigādum videlicz vtrum ignorantia excuset a peccato an nō. hoc dico ppter infideles qui sub ignorātie vicio se volunt palliare. et ppter regu lam iuris libro sexto. qua dicit quod igno rantia facti nō iuris excusat. Huius aūt regule intentionē tene put infra sequi tur. ¶ Huic quesito breuiter respondit vl. dicens quod duplex est ignorantia que dam iuris et quedaz facti. Ignorantia iuris est quādo quis nescit furtum esse pccm. Ignorantia facti vt si nesciat rem quā accipit esse alienam sed suā putat. Ignorantia aūt iuris est omnino inuin cibilis et inuoluntaria. quia aliquis sine culpa sua scire nō potest. sicut in infan tibus vel amentibz a natiuitate. et tūc excusat a toto. Et eodem modo si quis de aliquo casu dubitans cōsuluit peri/ tos a quibus tamē aliter habuit q̄ ve ritas se habeat. excusat propter igno/ rantiam talē nam in se fecit qd potuit. ¶ Si vero in hanc inuincibilē incidit culpa sua tunc aut hoc fuit per opus li citum vt si per vigilias et abstinentias puenit ad dementiā. et tunc etiā excu/ satur a toto etiam si feruoris accessus peccatū veniale fuit. Aut fuit per opus illicitum et tunc dicunt quidez quod excu satur a tāto: sed nō a toto. ar. di. v. sepe Quidam autē dicunt quod pccm sequens excusat a toto si nulliū habet vsum ra tionis. et hoc pbabilius et verius in ca none. aliquos. xv. q. j. et. caplo sequēti. Si vero ignorātia sit vincibilis et vo/ luntaria tūc si fuerit affectata in nullo excusat. imo est pccm speciale. Si vero nō fuerit affectata sed solū qz neglexit discere excusat a tanto sed non a toto. hec de ignorātia iuris. Si vero sit igno rantia facti hec potest esse duplex. nam ignorantia vel est causa agendi ita quod si

sciret illam circunstantiã que trahit in pccm non faceret et se fecisse dolet. et hec excusat a toto. si tamẽ debita dili/gentia pmissa fuit q̃ si pmissa non fuit excusat solũ a tanto. Uel ignorãtia est cõcomitans actũ. sc3 ꝙ etiã si sciret cir/cunstantiã peccati nihilominus faceret et hec non excusat. cõcordat pdictis pe trus in scriptis. Et venerabilis doctor sanct9 tho. in prima scda scde. q. lxxvj et sic pat3 veritas q̃siti saluo semp iudi cio saniori. ¶ Preterea ipsi multi. sc3 infideles qui cõtra dei pscientiã multa loquunt et varia assumunt dicentes. in hoc aũt deus qui tantã hominũ multi tudinẽ creauit quã puidebat esse dam nandã mirari deberet diuitias bonita/tis ei9. qui tante multitudini tot et tan ta cõtulit beneficia. cũ tamen puideret eos ingratos. mireris etiã peruersitatẽ hoim qui largitorẽ omniũ bonoꝝ do/mis eius impugnãt. quid mireris si iusti tiam pccoribus reddit qd meruerunt. nemo igit mireẽ de hoc ꝙ ignis cale/facit vel sol illuminat. vel dei miscdia bonis beneficia tribuat. Sic mirari nõ debes si iustia dei eos q rebelles deo sunt puniit. atq9. dicit aliqs si de9 vel/let isti homines esset boni. sed melius voluit vt qd vellent essent si boni nõ infructuose si mali nõ impune Ecci. xv ante hominẽ vita et mors qd placuerit dabit ei. De materia quo ad hãc par tem vide sup satis plene in. vj. scde par tis metrice pcepto. Mitte archana dei De multiloquio an sit pccm veniale vl mortale. requre sup in prima pte metrica pcepto. xvij. Rem tibi pmissam rc.

¶ Uicesimũquintu3 preceptũ secunde partis metrice.

Que potu peccas igno scere tu tibi noli. Nã nullũ crimen vini est sed culpa bibentis.

¶ In psenti pcepto autor inducere in tendit vnũquenq3 et pcipue vere sapie auditorẽ sobrietatem ac parcitatẽ circa vini vsum tenẽdam et pcipiendã. quia sapia docet sobrietatẽ tenere. sapie. viij vñ dicit ibi. ꝙ sobrietatẽ et sapiam do cet et iustitiã et veritatẽ quib3 vtilius nihil est hoibus. et hoc facit dũ dicit. Que potu peccas rc. q̃si velit innuere ꝙ qui p supfluitatẽ et ebrietatẽ peccat seipm culpare debet et nõ vinũ. immo vinũ inquantũ dei creatura bonũ est et si moderate fuerit sumptũ multa bona corpi nostro confert fm ꝙ Li. vj. secre toꝝ aristotel. v. c. declarat et habet. et hoc est ꝙ hic intẽdit autor dum dicit. Noli ignoscere tibi. i. excusare et incul/pabilẽ te reddere vt quidẽ peccãtes fa ciunt dicẽtes vinũ offendit nos. s3 vere metiunt. quia ipimet seipsos offendũt. Que peccas potu. i. q̃ peccando cõmit/tis p potum vel aliqd simile. Nã nullũ crimẽ vini est. hoc est ꝙ nulla culpa vi no est imponẽda ex eo ꝙ aliqs ebrius sit sed poti9 culpa bibẽtis. qr ad cordis hilaritatẽ inuentũ ẽ vinũ et nõ ad inijur gitationẽ et supfluitatẽ et tunc venenũ est et maloꝝ multoꝝ inde supuenien/tium causa. breuiter hanc materiã non expedit hic refricare. qr plenissime ha/betur sup in pte psayca pcepto. v. Ui no te tpa. et p omia vt ibi. qr vtrobiq3 eadẽ est ratio. et adhuc ista materia re fricabit infra quarto metrica pte pce/pto. xxvj. Hoc bibe qd possis rc.

A

B

C

E

D

¶ Rethorica super. xxvi. pre.

Consilium archanum.

¶ Humane nature spes dissimili copu lato coniugio anime et corporis contra hit vnionem. et vtriusq3 incommodis creatrix natura puidet ne crebre fati/gationis baculo homines frequenter attriti in desperatõnis foueam laberan tur. et anime quides pcreando solacia amicicie federa prudenter aptauit qui/

bus alternatim comitatis mentis angu
riis mutue consolatonis stipendiis de
mulcet. Si vero corporales molestias
expiri contingat medicorum peritiam con
sulandum sensuit qui herbarū viribus
ac pingmentorum virtutibꝫ nature dam
na resartiunt quos honorari scriptura
cōmemorat sicut differt ne poculus pa
teriuolo ꝛc.

Vicesimūsextum preceptuꝫ secunde partis metrice.

Consilium archanuꝫ tacito cōmitte sodali
Corporis auxiliū me dico cōmitte fideli.

A Autor in presenti precepto induce
re intendit vnūquenqꝫ et maxime prin
cipem qui debet vere sapiētie auditor
esse et relator vt consiliū non cōmittat
archanū nisi tacito sodali.idest discre/
to et fideli amico antiquo multis tem
poribus approbato quod per sequens
metrum demonstratiue pbatur.et hoc
suo similitudine fidelis medici cui cor/
poris cura cōmitti debet.quasi velit di
cere.sicut curā tui corporis bono et fi/
deli medico cōmittere debes. ita consi
lium tuuꝫ bono discreto viro audacter
cōmittere debes ꝛ potes.Et hoc est ꝙ
ecclesiastici.vj.sapiens innuere videtur
non omni homi manifestes cor tuū ne
forte inferat tibi gratiā falsam et con/
uincetur.et in eodem.vj. multi pacifici
sint tibi. et consiliari9 sit tibi vnus de
mille.Et hoc est qđ intendit autor dum
dicit. Consilium archanū ꝛc.hoc est tu
cōmitte tacito sodali.idest fideli et non
loquaci. Tuum archanū consiliū.idest
secretum qđ consilium tacendo saluū
faciet.et hoc est etiā Tu cōmitte auxi/
lium fideli medico qui salutem corpis
prestare potest et cōseruare. Unū astro
labius hoc methaphorice pbat dicens
antiquū retinere si sis expertus amicū
nec similē credas quē sapis esse nouū.
Circa hoc etiā bonam doctrinam
prebet aristoteles alexandro libro.xij.
de secretis secretorum.caplo.xiiij.dicens.
Sint ergo baiuli tui et cōsiliarij B
tui quandoqꝫ in comphensione operum
tuorum et quilibet eorum per se sit sepa/
ratus et distinctus.quia tunc vtilior est
tuis operibus.Reserua ergo tuū secre
tum et ne incipias eis dicere qđ habes
in corde. idest ne ostendas alicui coruꝫ
electōnem tui consilij apud quem est et
non indices eis ꝙ velis ab eis determi
nationem consilij quia tunc contemne
rent te. De consilijs vero occultan/
dis maxime in rebus arduis vel peri/
culosis vegeti9 libro primo de re mili
tari.ca.primo dicit.ꝙ metellus interro
gatus quid postera die facturus esset.
Tunicā inquit meā si eloqui posset co
bercerem.scilicꝫ ne alijs diceret. Idē
valerius libro.vij.c.viij.Nam inquit si
huius consilij interiorē tunicam consci
entia esse sensero cōtinuo eam cremari
iubebo.Ideo ecci.xxxix.In abscōditis
suis consiliabit vir.Unde ibi valerius
libro scđo.ca.j.adeo magna patres cari
tate tenebant vt archana patrū con/
scriptorum multis seculis nemo sena/
torum enūciauit.sequit nunꝙ tacitur/
nitatem optimū ac tutissimū rerum ad
ministrandarū vinculū labefactari vo
lebant.Ex ponit exemplum. Cum rex
asie bellū aspera aduersus populū ro/
manum parari nūciasset non ante scire
potuit quid aut ille locut9 esset aut pa
tres. Respōdissent ꝙ persarum captū
cognitum est.Unde aristoteles in epl'a
ad allexandrū inquit. Scias igitur ꝙ
qui occulta et archana reuelat ipsum in
primo multa sequunt infortunia.Unū
securus esse nō poterit a contingentibꝫ
et malis futuris.et qđ valde est notabi
le. Pro primi metri intelligētia ma
gis in speciali ē de infra scriptis dubita

bilibus querendu vel etiã investigand
¶ Et primo vtrum aliquis possit licite archana reuelare que sunt sibi in secreto cõmissa. Secundo vtrũ non sacerdotes qui interdũ sunt confitentis interpretes teneantur cõfessionem celare
¶ Quo ad primum quesitũ respondetur q nõ. sed est peccatũ nisi cum moderamine infra scripto.et hoc põt triplici declarari ratione. ¶ Primo per instinctum vel incitamentũ iuris naturalis. nulli nanq3 licet facere nihil dicere qđ repugnet iuri naturali. reuelare autẽ archana in secreto cõmissa iuri naturali repugnat. quia hoc est frangere fidem deponenti secretũ. frangere autẽ fidem alicui nisi superueniat maius vinculum est contra ius naturale. ergo reuelare archana in secreto cõmissa non est licitu3. Ista ratio fundat̃ super isto verbo qđ dicit̃ ecclesiastici.xxvij. Qui denudat archana amici perdet fide3 et non inuenit amicũ ad animum suũ.dilige primum tuum et coniunge fidem cum illo.Qđ si denudaueris absconsa illius non psequeris postea illum effugit enĩ quasi capra de laqueo.quoniam vulnerata est anima eius. Denudare amici misteria est desperatio anime infelicis. ¶ Secũdo per documẽtum exempli doctrinalis.Exempla posui supra de metello put narrat valerius libro septimo capl'o quarto. Et etiã fm quod idem valeri9 scribit libro secũdo capl'o primo q adeo magna patres caritate tenebantur rc. ¶ Tercio per mandatum et testimoniũ scripture sapientialis.na scribitur puer.xx.Ei qui misteria reuelat et ambulat fraudulenter et dilatat labia sua ne cõmiscearis. Item in eodem.xxv.Gloria dei est celare verbum.Est tamẽ sciendum vt dicit sanct9 thomas scđa secũde.q.xxxiij. q quando aliquis in secreto audiuisset aliquid q vrgeret ad corruptionẽ multitudinis carnalem vel spiritualem vel etiam in graue damnũ alicui9 persone non solum potest immo tenet̃ reuelare circũstantijs debitis obseruatis. q2 contra hoc debite obligari non potest per secreti cõmissionem. nam in hoc frangeret fidem quã alteri debet. ¶ Quo etiam ad hoc quesitũ respondit beatus thomas in.iiij.distin.xxj.et dicit q celare tenet̃ quia quamuis pprie sigillũ confessionis non habeant tamẽ participant aliquid in hoc casu de actu sigilli confessionis. In hoc cõcordant hostiensis et innocentius.hoc est q conclusiue intendit autor in hoc primo versu dns dicit.Consiliũ archanum rc. De materia require supra in psayca parte precepto.xxx.Cõsultus esto rc. ¶ Pro scđi metri intelligentia videlicet.Corporis auxilium medico cõmitte fideli. Est breuiter notandũ q tria ostendũt medicũ esse fidelem ac medicinali arte sufficientem et bonũ. ¶ Primũ est qñ habuit longam ipsi9 medicine artis experientiã. vñ cõmentator.ix.ethicoꝝ dicit.Oportet q medicus sit instruct9 disciplia et expientia.quodq3 adhibeat diligentiam in medicãdo. ¶ Scđm est q cõsideret temporis et etatis congruentiam. Unde gregori9 moralium xxiiij.informandus est medicus vt pro etatum diuersitate ac tempoꝝ et complexionum et regionũ adhibeat medicinam. Uñ auicenna.dandũ est aliquid etati tempori consuetã et regioni.
¶ Terciũ est q non consideret hominum morbos pter lucrum sed sanitatem et conualescentiã. Unde ait seneca.vj.de beneficijs.capl'o.xxv. domades athenis eum qui necessario funeribus vẽdicabat damnauit cum pbasset magnũ lucrũ optasse q contingere illi sine multoꝝ morte nõ poterat et ibidẽ ait grauissima infamia est medici opus qrere. ¶ De cõfidentia vero medicoꝝ scripsit aristoteles ad allexandrũ in libro de secretis secretoꝝ dicens.O allexander in vno medico non confidas quoniã vnus medic9 potens est ad nocendum et de facili audet psumere et scelus deducere ad effectũ:Si itaq3 po

cest fieri ꝙ sint tibi decẽ nõ sint mi⁹ sed fac omnes eos insimul in vnũ conuenire et si sumenda sit medicina nihil sume nisi de cõsilio pluriũ ⁊ tũc debes querere virũ fidelem cognoscentẽ genera specierꝫ et qualitates qui debet q̃ necessaria sunt in cõpositione colligere de consilio medicorꝫ cum certo pondere et mensura et totum conficere sicut decet. De materia ista vide supra in secunda ꝓhemiali parte.§.xxxiij.qui incipit. Dixi sexto ꝙ nempe tenet locũ ⁊c. et ꝙ hic deficit supplet̃ ibidem ⁊c.

¶ Uicesimũseptimũ preceptũ secũde partis metrice.

Successus idignos noli tu ferre moleste. Indulgꝫ fortuna malis vt ledere possit.

A ¶ Presens autoris preceptum licet vtile sit valde omnibus etiã valde necessarium. nihilomin⁹ tamen vere sapientie auditori est maxime necessarium. quia multi etiã in diuina scriptura imbuti tamẽ imperfecti nõ consideran:es ordinem diuine sapientie et ꝓuidentie circa bonos et malos murmurãt quando malos vident ꝓsperari.vnd̃ Criso. in canone. quid ergo turbamur nemo videns malignos ꝓsperari turbari debet quãdo videm⁹ malignũ deitescere bonũ mala pati nõ turbemur. Hãc sententiam confirmat augustin⁹ dicens. si except⁹ es a passione flagellorꝫ:exceptus es a numero filiorꝫ.sequit̃ illic corona.scilicet in alia vita illic supplicia. ¶ Item est alia ratio quare non debemus de hoc turbari. non enꝫ potest malus in omnibus malus esse: et bonus in omnibus bonus esse. habet in se malus bona.et bonus aliqua peccata quando ꝓsperitatem habet malus malo capitis sui est.cum enĩ ꝓ illis pauci bonis retributionẽ hic accipit et illic iam plenius puniet̃. ¶ Ad idẽ facit optime qd̃ beatus Ambrosi⁹ dicit sup psalmo.Beati immaculati.sup illo versu.Supbi inique agebant vsquequaqꝫ sic ingt multi non solũ a fide extranei: sed qui iam vident non mediocra diuine scientie misteria cognouisse in temptationẽ cadunt videntes supbos qui diuinã legem contemnũt impietatis iudices hostes infideliũ qui se extollunt aduersus eos qui humiliãt cor suũ secundũ legẽ domini et mandata celestia abũdare in hoc seculo diuitijs preconio laudis delitijs honoribꝫ et potẽtia atqꝫ quo iniquius agunt eo affluentius in bonis tꝑalibus ꝓsperari.

B ¶ Econtra aũt vident ꝙ homines iusti quandoqꝫ deficiunt inopia amittunt filios quo exagitati atqꝫ turbati scd̃m menteꝫ ꝑdunt ita vt vnusquisqꝫ nostrꝫ qui pfecti sumus hoc videns dicit.vbi est ꝓuidentia dei.vbi est iusticia dei.supbus iste abundat.impi⁹ iste locupletatus est.iniquus iste beatus et potens est. Iustus autẽ ille vides quẽadmodũ iacet deiect⁹ atqꝫ despectus est. vide quemadmodũ ipse victu indiget afficit̃ contumelijs ab isto impio cõculcatur et excludit̃. Hoc ambrosi⁹ in ꝑsona istorꝫ imperfectorꝫ dicebat dauid ꝓpheta conquerens de deo propter asperitatẽ mundanã.Ecce ipsi peccatores abundantes in seculo optinuerunt diuicias et dixi. ergo sine causa iustificaui cor meũ et laui inter innocentes man⁹ meas et fui flagellat⁹ et castigatio mea in matutinis. qꝛ dicat frustra benefici. qꝛ mali male agendo prosperati sunt. ¶ Contra istã querimoniam vicꝫ de ꝓsperitate malorꝫ et oppressione bonorꝫ multum bene facit ꝙ habet̃ supra in prima pte metrica precepto.xxiij. Si tibi pro meritis.et melius facit quod habetur supra in secunda prate metrica tredecimo precepto. Nolo putes prauos homines. ita ꝙ nõ

expedit quo ad primũ hic instare quia ad hoc ibidẽ sufficienter respondet. Et hoc est breuiter qd intendit autor dum dicit. Successus dignos zc. quasi velit innuere. Noli ferre moleste dignos suc cessus. idest psperitates. indignos dicit qr indignis et malis hoibus cõtingunt nam quãto magis eos fortuna extollit tanto infelicius obruere eos facit.

¶ Notandũ vero est q deus quinqz de causis punit aliquos in hac vita. et notant cause in hijs versibus. Ne fastus ei dominet vt in paulo cui datus est stimulus. ij. ad corinth. xij. vt purius inde pbetur. vt in iob. iij. thobie. xxj. et multis alijs vt sic deus glorificet vt in ceco nato. Joh. ix. vbi dicitur. neqz hic peccauit neqz parẽtes eius zc. vt in perpetuo cruciet. vt in sodomitis. gen. xix et in dathon et abiron. numeri. xvj. vt crimẽ purificet vt in maria sorore moysi. numeror. xij. et in filijs isrl. et quotidie in xpianis fieri videmus quos deus flagellat vt conuertant. Quidã addũt et aliũ versuz vicz. Est qui torquet vt ei sapia detur. ysa. xxviij. vexatio dabit intellectũ auditui. ¶ Successus dicit a succedẽdo. et est tractatũ a nauigantibus quibz dicitur. psper euentus succedere non debes. ergo Moleste ferre si fortuna indulgeat malis hominibus. idest fauet ad tps vt postea possit grauius ledere ipsos. quoniã quanto gradus altior tãto casus est grauior.

¶ Pro scdo etiam metri intelligẽtia vicz. Indulget fortuna malis zc. Est breuiter sciendũ q istud metrũ est expositiuũ et cause redditiuũ primi. quasi velit innuere q non debemus de diuina puidentia querelari pter ipsor malorum psperitatem. qr licet vt est dictũ ad tpus psperent in fine tamẽ leduntur et puniunt. A nõnullis autẽ posset in dubiũ reuocari de isto autoris dicto dum dicit. Indulget fortuna malis. Et videt q minus bene dicat tali ratõne. Nam illud q est pprium creature rõnalis non cõuenit rei ratõne carenti sed indulgere alicui ad tps vt postea ledere possit est actus pprius creature rõnalis. quia est aliqd ordinare in finem qd solum cõuenit creature rõnali. fortuna autẽ caret ratione. qr vt dicit aristoteles in libello de bona fortuna. fortuna est sine rõne natura. ergo nõ conuenit fortune indulgere vt ledere possit. Huic cõtrario respondet q hic improprie accipit indulgere. argumẽtum autez concludit de ppria significatione verbi indulgere. ¶ Pro scdi metri intelligẽtia magis in speciali est de tali qstione querendũ vel inuestigandũ videlicet Utr fortuna magis indulgeat bonis q malis. hoc est dicere. vtr mali sint melius fortunati in bonis exterioribus quor fortuna est domina q sint boni. Huic quesito breuiter respondetur q cõmuniter loquẽdo mali sunt melius fortunati in bonis exterioribus q boni. Cuius duplex ratio reddi põt.

¶ Prima sumit ex parte malor q patet p diffinitionẽ bone fortune. Est enim bona fortuna scdm aristotelez sine ratione natura. idest naturalis impetus ad ea que nõ subsunt ratõni et electõni nostre. Cum igit mali magis viuant sine rõne et scdm impetũ naturalẽ q boni. sequit q mali sunt magis fortunati q boni. ¶ Scda ratio sumit ex pte dei. Ordo nanqz diuine iustitie non sinit aliqd bonũ irremuneratũ deus remunerat malos bene fortunatos de bonis tpalibus q sunt bona vilia respectu eternor bonor quia nõ sunt digni bonis eternis pter quod cõmuniter mali sunt melius fortunati q boni. Hanc enim rationẽ tangit beda dicens. Ne indignemini si mali florent in hoc mũdo et vos patimini. qr non est xpiane religionis in tpalibus exaltari. sed potius deprimi. mali nihil habẽt in celo et nos nihil in terra. Sed si quid aduersitatis vobis occurrerit spe illius boni ad qd tenditis gaudere debetis. ¶ De bona fortuna et mala satis tractat sup in prima pte metrica pcepto. xviij. Cum fue

ris felix rc. De hac etiã materia ple/nissime tractat boetius in quarto libro de phica consolatione.et pcipue in ca/pitulo.que vero inquies.et etiã in quin to libro et ibi vide.

Vicesimũoctauuz preceptũ secunde partis metrice.

Prospice qui veniunt hos casus esse ferendos. Nam leuius ledit quicquid puidimus an

A Autor in presenti pcepto instruit vnumquenqz vt de longe futura mala speculet.ne p inaduertentiã nocumentum inferant et iacturã. et hoc est q in tendit autor dũ dicit. Prospice qui veniunt rc. quasi velit innuere prospice. idest pcul a longe vide q pertinet ad prouidentiã que est scda pars prudentie.per quã instruimur quomõ ex preteritis et psentibus de futuris discutere debeamo.De qua quidez latius habet supra in psayca parte precepto .xxviij.

B Tu te cõsule. Hos casus scz accidentales dispones esse ferendos.idest sustinendos. Qui veniunt. idest qui futuri sunt et etiã psentes vere pspicere debes. Nam p quia.qz leuius ledit quicquid puidimus ante et minus nocet. Unde seneca in tractatu de virtutibus dicit si prudes esse cupis in futura prospectum intende et que pnt contingere animo tuo cuncta prospice nihil tibi subditũ sit sed totũ ante pspicias. qui enim est prudens nõ dicit non putauit hoc fieri. qz non dubitat sed expectat. nec suspicatur sed cauet cuiuscũqz facti causam requirere.Cum inicia ineneris

C exitus cogita. Hec seneca. Hec autem per phum tercio ethicoz luculenter declarant vbi dicit q idez est obiectum timoris et tristitie scz malum.sed differt scdm differentiã psentis et futuri. nam malũ futurũ est terribile. malum autem presentialiter imminens est contristans. Attendens igit autor q ad vere sapientie auditore pertinet non solũ fortem stare cõtra timores futurorum periculoz.sed etiã in ipsis periculis cõstantem psistere. Hoc presens preceptũ ordinat ad sustinendum mala futura si ei eueniãt. Et sequens preceptum ordinat ad sustinendũ mala psentia. Hinc est q sequens preceptũ

D immediate sequit ad istud tanq̃ ad futuz psens.licet ei prima facie hic ordo retrogrados videat quia semp presens futuz precedit. nihilominus tamẽ dici potest q autor considerauit q de tpe scdm phum non habemo nisi ipsum instans qd est indiuisibile.qz aut est dare tpus preteritũ aut futuz. p tanto rite et ordinate in situatione pcepti sequẽtis pcedit dicens. Rebus in aduersis. De materia vide sup in prima pte metrica.xviij.pcepto.Cum fueris felix rc. Et parte eadem pcepto.xxix.Quod vile est carum.

Vicesimumnonũ preceptũ secunde partis metrice.

Rebus in aduersis animuz submittere noli Spẽ retine spes vna hominẽ in morte relinquit

A Postq̃ autor in supiori pcepto prebuit rudimẽta ad virtutem prouidentie inducẽtia p quã instruimur quo modo ex pteritis et psentibus de futuris discere debemo. Nunc vero in presenti pcepto subsequẽter inducere intendit omnes generaliter et vere sapientie auditore speciaIr ad mala psentia fortiter ac etiã pacient tollerãda. ne p impacientiã in desperationis baratrũ submittãt et submergant.Et hoc p presens preceptũ facere intendit dũ dicit.

Reb; in aduersis rc. quasi velit innue re. Tu noli animu submittere. idest no li aduersis rebus cotrarijs occurrenti/ bus desperare. hoc est dicere. Cum es in aduersitate ostitutus. Noli submit/ tere animu. idest a soliditate et constan tia remouere. Quia reuera nullu pecca tum vel malu sic hominé similem dya bolo facit esse vt desperatio. quia intan/ tum desperationis baratru se immergit vt penitere de malo no possit. Qua ppter miserrime desperate attende q despare est rationi contrariu et nature Dic si vales quid te in desperationis ba ratrum imersit vnde tibi causam tanti piculi assumpsisti. Et dices vtputo ex pfunditate aduersitatis imminetis et peccati. Sed nescis quia peccatu nihil est in se cosideratum et minus q nihil imensitati deifice comparatu; aut ista credis aut non credis. Si credis ergo crede deu maiore esse omni tuo posse et omni sup opere. ergo crede eu aduersi tatem tua et peccatu tuum posse dissol uere. et si eum credis posse no dubita/ bis etia eum velle. cum adhuc p te vo luerit pati in cruce no est igitur vnde valeas despare. Sed maxime confide cum ipe omnipotes dicat se pro pecca toribus aduenisse. et egris medicu ne/ cessariu esse quib; te non dubitas vnu esse. imo si pro peccatorib; liberandis nos dns visitauit p maxime peccato/ ribus principaliter venit. quia medicus nostre salutis maxime necessarius illis fuit. ergo quanto plus offendisti. tanto amplius de medico sperare debuisti. Si tame ista que dicta sunt credidisti. Ad hoc optime facit qd crisostomus dicit. Intellige carissime q ideo dyabolus de sperationé subijcit in peccato vt spem dei in nobis abscindat q salutis nostre anchora est vite nre fundamentu dux itineris quo itur ad celu. Ité atten de tu qui desperas et vite manus inicis violentas vt te pimas vel occidas. qd ergo te mouet ad morté. quia certe pe nam credas effugere. Sed audi miser rime omnia tibi in cotrariu euenire. Nam primo de pena parua transis ad maxima. et de portabili ad importabi/ lissimam. na hic sumus serui hominu. et ibi demonu. hic inuenit homo mise ricordiam ibi nulla. hic pene tempan/ tur ibi nec in ppetuu corrumpuntur nec minuuntur. Secudo attende q de pena transitoria transis ad eterna. vbi in inferno no eris per annu non annis centum. non per annorum millenariu non per milia miliu. sed vltra omné nume/ rum infinitu. Ad hoc optime faciut exempla infra scripta. Primu exem/ plum de caym despante nec penitente. Scdm exemplu est de iuda pdito/ re se suspendete. Terciu de achitofel sapiente. de dauid misedia desperante. Quartu exemplu de illo qué sanctus bernardus a desperatione retraxit cui omnia sua merita cotulit. Quintu de carbone de clemetia cesaris despante. et sic de multis alijs est inuenire. Sed spem retine rc. vic; de futura salute. hoc em multu valet ad sustinendu pa/ cienter aduersa. vn psalmista de spe lo quens dicit. hec sc; spes me consolata est in humilitate mea. idest in tribulatiöe mea q2 vna idest sola spes no relinquit hominé in morte. hoc est dicere q ille qui est in mortis articulo costitutus ad huc sperat viuere. Vn ouidius de pon/ tho. Spes aliqd solers medicorum cura relinquit. Spes mundum vna deficiete fugit. Vel aliter. spem retine. hoc est di cere q spem de bonis futuris habere debes. sm illud ps. dictum. spera in do mino et dabit tibi petitioes cordis tui. ipse nanq; solus est spes qui no relin/ quit hominé in morte. Und iob. xiij. et si me occiderit tamé in eo sperabo cu solus sit vna spes nostra de cuius mise ricordia sperare debemus. nec idest non relinquit. hominé in morte. q2 post mor tem ducit nos ad beata vitam vbi tuc virtus spei euacuatur ex toto. De materia spei vide latius sup in decimo nono pcepto prime ptis metrice. Cu du

bia et fragilis. ¶ Pro huius precepti intelligentia ac etiā obseruantia est breuiter annotandū q spes est in omni aduersitate vel tribulatiōe tenēda. et hoc propter quatuor bona inde surgentia. nā primo omnia laboriosa reddit quieta. scdo aspera reddit lenia. tercio grauia reddit leuia. quarto amara conuertit in dulcia. ¶ Quo ad omnia ista quatuor simul optime facit q dicit boetius scdo de consolatiōe capto vltimo. Plus hominibꝫ reor aduersam prodesse fortunam q̄ prosperā. illa tamē videtur blanda mentiri hec semp vera cum se instabilē monstrat. illa fallit hec instruit sequitur illam videas vētosam fluentem semp sui ignarem hanc sobriā succinctamqꝫ et exercitatione prudentem illa deuios a vero bono facit. ista a vero bono nunq̄ detrahit. Et etiā libro primo de prudentia seneca dicit. Quēadmodū tot amnes tantorum supne deiectorum imbriū. tanta mediterraneorum vis fontium non mutant saporē maris ne remittunt quideꝫ ita aduersarum rerū impetus viri fortis nō vertit animū in statu pmanet. et quicqd euenit in suuꝫ colorē trahit est em̄ omnibus extremis pmptior sequitur marcet sine aduersario virtus. virtꝰ tunc apparet quanta sit. quacunqꝫ polleat cum quid possit paciētia ostendit quicquid boni consulant in bonū vertant nec qd sed quēadmodum feria interest. sequitur languent per inhertiā saginata nec labore tantū sed motū in ipso sui onere deficiūt nec fert vllum ictum illesa. Et ibidē iusta gaudens magni viri aliquādo rebus in aduersis nō aliter quid fortes milites belli triumpho gubernationē in tempestate in acie militē intelligas calamitas virtutis occasio est illos merito quis dixerit miseros qꝛ nimia felicitate torpescūt ignis em̄ aurum pbat. miseria aūt fortes viros. Quid miraris bonos viros vt confirmentur cōcuti nō est arbor solida neqꝫ fortis nisi in quā frequēs ventus icurrat. ipse em̄ cassatione vel vexatione constringitur. Radices certiꝰ figit et dat exemplū de mucio qui ignē sustinuit. de fabricio qui paupertatē. de rutilo qui exiliū. de regulo qui tormenta de socrate qui venenū. de catone qui mortē sustinuerūt. Et specialiter exemplificat de demetrio qui ait. Nihil infelicius eo cui nunq̄ nihil aduersi euenit ¶ Hoc autē pbatur exemplo illius patrisfamilias apud quē hospitatꝰ fuit beatus ambrosius. dum iret romā qui erat diues valde et omnia sibi psperā semp succedebant ad vota et dum illū sup statu suo sollicite quesiuisset. ille respondit. statꝰ meus dn̄e semp felix extitit et gloriosꝰ. Ecce em̄ diuitijs infinitis abūdo seruos et famulos quāplures habeo copiam filiorum et nepotū turbam possideo et omnia semp vt est dictum ad vota habui nec vnq̄ mihi aliquid aduersum accidit vel q contristaret euenit. Qd beatus ambrosiꝰ audiens vehemēter obstupuit. et hijs qui secū incomitiua erant. Surgite et hinc quācitius fugiamus. quia dn̄s nō est in loco isto. festinate filij festinate nec in fugiēdo morā facite ne nos hic diuina vltio apphendat et in peccatis istorum pariter nos inuoluat. Cum ergo fugerent et aliquātulum pcessissent subito se terra aperuit. et hominē illum cū vniuersis que ad illū ptinebant ita absorbuit vt nullū inde vestigiū remaneret Qd cernens ambrosiꝰ dixit. Ecce fratres quā misericorditer deus parcit cū aduersa tribuit et q̄ seuere irascitur cum semp psperā elargitur. in eodem autē loco fouea quedā pfundissima remansisse dicitur que vsque hodie in huiusmodi testimoniū pseuerat. Unde crisosto. super Math. omel. xxviij. nullus ingt nocere potest virtuoso sed multū proficere. et ponit exempla qui adamantem pcutit ipse est qui percutitur. qui stimulos calcitrat ille est qui stimulatur. ligans ignem in vestimēto flammā non consumit. sed vestimētum sic qui insidiatur virtuosis piclitatur. ¶ Et seneca libro

secundo de prudentia probat q sapiens nihil perdere potest. omnia enim in se reposuit nihil fortune credit bona sua in solido habet contentus virtute que fortuitis non indiget. et ideo concludit q non potest fieri iniuria sapienti ostendit exemplo. Megeram demetrius ceperat et cum stilbon philosophus esset interrogatus an aliquid perdidisset nihil inquit omnia enim mea mecum sunt et tamen patrimonium eius in predam cesserat filias hostis rapuerat. patria in alienam conditionem pervenerat et tamen urbe capta non se victum sed indemnem testatus est habebat enim secum vera bona in qua non est manus iniectio dissipata et direpata non iudicabat sua sed adventitia et initium fortune sequentia. et ideo non ut propria dilexerat. Hec seneca. Adversa igitur pacienter sustinentibus non auferunt bona propria a malis cohibet. scilicet lasciviis a peccatis purgant et premia cumulant. Et augustinus contra faustum epistola. xxii. nullus hominum sic iusticia preditus est cui non sit necessaria temptatio tribulationis vel ad perficiendam virtutem vel ad confirmandam vel ad probandam. Et epistola quarta dicit q tribulatio est ad sanationem superbie ad probationem pacientie. et ad abolitionem culpe. ¶ Sed nota pro conclusione presentis materie q illud quod potissime facit pacienter sustinere tribulationem est spes premii q inde speratur ut patet in laborantibus qui per totam diem labori insistunt ut inde premium consequantur. et ideo in huius figura filii israhel per. xl. annos in fame et siti per desertum ambulauerunt ut terram promissionis haberent et hoc est quod dicit beatus Hieronimus. spes premii minuit vim flagelli.

¶ Tricesimum preceptum secunde partis metrice.

Rem tibi quam nosti aptam dimittere noli.
Fronte capillata post hec occasio calua.

¶ Postquam auctor supra in. xxviii. huius partis precepto Prospice qui veniunt. prebuit rudimenta ad prudentiam inducentia per quam instruimur ut a malis futuris cauere debeamus. ¶ Nunc vero in presenti precepto subsequenti inducere intendit unumquemque et precipue vere sapientie auditores ad futurorum presentiumque nedum malorum euitationem verum etiam et bonorum apprehensionem ut dum se facultas optulerit ea sine mora habere procuret. Iuxta illius lucani doctrinam. Tolle moras semper nocuit differre paratis. et hoc est q intendit hic auctor dum dicit. Rem tibi quam nosti. quasi velit innuere q rem quam nosti fore aptam et necessariam pro presenti vel etiam futuro noli eam ex negligentia vel alio modo dimittere. quia si eam dimiseris forsitan futuro tempore quando volens ipsam habere non poteris cape igitur eam debes et hoc Fronte capillata. idest dum fortuna est tibi prospera que tunc fronti capillate comparatur. quia Post hec occasio. idest fortuna cui prius fuit prospera potest esse calua. idest aduersa et bonis nuda. vel aliter potest exponi ut dicatur q quilibet homo Fronte capillata. idest frontis capillate quando dives scilicet erit capillatus hoc est quando dives erit in prosperitate multos numerabit amicos. Iuxta illud sapientis dictum Cum fueris felix multos numerabis amicos. Tempora si fuerint nubila solus eris. Tales enim sunt amici mense. idest prosperitatis qui non permanent in die tribulationis. idest tempore necessitatis. Ecclesiastici. vi. tunc Occasio. i. adversitas erit calua quando amici recedunt et aufugi captiuus et nudus amicis efficitur. Sed ergo distruere potes. Occasio idest rerum euentus capillate nominatiui casus. idest fatalis et fortuita quia cito recedere potest in frontem A B

idest in principio rei. Sed post hec.i. a posteriori parte est. Calua. idest diffi cilis et aduersa. et ideo Noli dimittere rem quã nosti aptam. idest tibi conue nientem. hec que dicta sunt sub quadã methaphora autor exẽplariter osten/dere videt dicens ꝙ rome tpe paga/norum erat quedaꝫ statua fortune que talis erat dispõnis. scꝫ ꝙ a mane vsqꝫ ad meridiem erat capillata ita ꝙ pueri veniebant. et ꝑ capillos eam capiebãt a meridie autẽ vsqꝫ ad noctẽ erat cal/ua ita ꝙ pueri eam nõ poterant cape. vnde vult autor ex hoc cõparare tpus aptũ ad aliquid operandũ fronti capil late. tpus autem ineptũ ad aliquid ac/quirendũ fronti calue quo tpe non põt capi statua. sicut nec res qua indigem9 Est ergo consiliũ autoris ꝙ quãdo oc currit nobis aliquid qd̃ potest esse vti le pro tempore ꝓsenti vel futuro vt est dictũ ꝙ non dimittam9 quia forte ve niet tpus in quo illud recupare nõ po terimus. ¶ Moraliter res nobis ap ta quam dimittere non debem9 dum frons est capillata. idest dum tpus est merendi dicit̃ esse ꝓsens temp9 quod quadruplr̃ considerari põt. scꝫ in mun/do. in iudicio. in celo. ⁊ in inferno.

¶ Primũ prosequor alijs obmissis in mundo. est de tpe magna copia. et ideo ipso vti debem9 ad virtuose operan/dum. Ad gal. vj. Dum tpus habemus opemur bonum ad omẽs ad mala vi/tanda. Ecci. iiij. Conserua tpus et deui ta a malo. et ad salutẽ ꝓcurandaꝫ scd̃a ad corinth. vj. Ecce nunc tpus accepta/bile. In hoc igit̃ mundo debet quilibꝫ virtuose opari priusquã pretereat. pri/usquã mors veniat. priusq̃ȝ omnia alijs derelinquant. Ecci. xj. Nescis ꝙ temp9 ꝓtereat et mors appropinquat et om/nia alijs relinquat. Sed postq̃ȝ ꝓsens tpus quod nunc dicit̃ habere frontem capillatã per mortem transierit tpalem tunc dicit̃ esse occasio calua. hoc est qꝛ non erit amplius tpus inciendi cũ to/taliter omni sit nudato inicio ⁊c̃. Sed notandũ ꝙ homo in presenti quatuor modis mereri põt vicꝫ. Primo bona et virtuosa opa faciendo. Scd̃o carnem suam mortificãdo. Tercio per fidem in deũ credendo. Quarto deũ sup omnia diligendo. ¶ De primo nihil ad ꝓsens. qꝛ de materia habet̃ plenissime sup̃. lv ꝓsayce partis ꝓcepto. Illud stude age re qd̃ bonũ est. ¶ De scd̃o etiã dicunt doctores ꝙ post hanc vitã nullus põt amplius mereri qꝛ carnem suã mortifica re non põt vt eam subijciat rõni. Vñ̃ ecci. xj. dicit̃. In inferno nulla est ratio que sensualitati dominet̃. non eñ̃ dam natus viuet scd̃m rationẽ sed scd̃m fu/riosam sensualitatem. quia erit semp in contentõne psalmista attestante qui ait Peccator videbit et irascet̃. qd̃ glosa. idest semp in desperatione erit. De ter cio ⁊c̃. In hac eñ̃ vita fideles habent de deo verã fidem. in bona autem vita aptam visionẽ. Sed dãnati habent ob tenebrationẽ. Math. xxij. Mittite euꝫ in tenebras exteriores ⁊c̃. De quarto Post occasionẽ caluam. idest post hac vitam non erit ibi sapiẽtia. idest sapida sciẽtia qua cũ sapore diligit̃ deus. dam nati eñ̃ deum non diligũt sed odio ha bent. psalmista attestante qui ait. Su/perbia eoꝝ qui te oderũt ascendit sem per. Ex ꝓdictis igit̃ inducimur ad consi lium autoris efficaciter tenendũ dũ di/cit. Rem tibi q̃ȝ nosti ⁊c̃. De hac mate ria vide infra in. xlvij. quarte ptis me/trice ꝓcepto. Quã primũ rapiẽda tibi.

¶ Tricesimũprimũ ꝓceptũ se cunde partis metrice.

Quod sequitur specta
qd̃ iminet añ videto
Illum imitare deuꝫ
qui partẽ spectat vtranqꝫ.

¶ Postq̃ȝ autor in ꝓcedentibus pre buit rudimẽta inducentia ad futuroꝝ

puidentia. Nunc vero in p̄senti precepto subsequēter inducere intendit vnū/quenqȝ et p̄cipue vere sapiētie auditorem vt de p̄sentibus et ordine futurorum ad p̄terita debeat cogitare dū di/cit. Qd̄ sequitur specta. exponas specta re aspicere videre sustinere. quasi velit innuere. Qd̄ sequit̄ specta. idest p̄spice futura. Et videto q̄ imminet āte. idest quod p̄cessit. et est vna dictio. vel ante idest prius q̄ȝ futurū. quasi dicat q̄ prius rem presentē considerare debemus et imminentē vel instantē nobis quam futurā. et hoc est q̄ ante idest potiꝰ videto et cōsiderato. Qd̄ imminet. idest qd̄ presens est. q̄ȝ quod sequit̄. idest qd̄ futurū est. Et ad hoc exequendū exemplificat in sequēti metro dicens. Illum imitare deū qui partē spectat vtranqȝ. scȝ preteritā et futurā. hoc metrū exponi pōt duobus modis vt primo dicat̄. Illum imitare deū. quasi velit dicere q̄ inter deos gentiliū erat quidā deus q vocabat̄ ianos qui bifrons pingebat̄. et cum vna facie respiciebat annū pre/teritum. et cū alia annum futurū. et ab isto iano dicit̄ mensis ianuariꝰ qui re/spicit annū preteritū et futuꝝ. Aliqui vero antiqui scd̄m q̄ in historijs romanorum repitur depingebāt annum ad modū serpentis in ore caudā tenentis. et ideo appellabant annū coronā. eo q̄ annus est sicut corona q̄ figuram tenet circularē. q̄ principio caret ꝛ fine. et ideo dicit̄ annus quasi annulꝰ. De tali anno loquit̄ psalmista dicēs. bn̄dices corone anni benignitatis tue. ¶ Nota scd̄m scripturas ꝛ canones q̄ quintuplex annus repitur. Primus dicit̄ naturalis. hic impedit et dirimit matrimoniū. vt xxiij. q. j. c. j. et. ij. Scd̄s materialis qui diuidit̄ per menses ebdomadā dies et horā momentū interstīcia et athomos. xxvj. q. vij. nō obseruetis. Terciꝰ dicitur eternitatis. Vnd̄ in psalmo. Cogitaui dies antiquos. et in hoc anno vnicꝰ dies est. vn̄ in psalmo. Melior est dies vna in atrijs tuis sup milia. Quartꝰ benignitatis. vn̄ in psal. Benedices corone anni benignitatis tue. In hoc anno menses sunt q̄tuor euāgelia. vn̄ nonne quatuor mēses sunt ad messem. in hoc autē anno sunt septē dies. scȝ septē dona sp̄ussancti. vnd̄ in psal. Hec est dies quā fecit dn̄s. Quintus ecclīastice vnitatis hic est annꝰ iubileꝰ. idest ecclesia q̄ dat remissionē peccatoꝝ. In hoc anno menses sunt pticulares ecclesie. vnd̄ dicit̄ mensis ex mense. idest ecclesia ex pticularibus. ¶ Scd̄o exponi potest moralr̄. vt dicat̄ illum imitare deū ꝛc. hoc est veriꝰ dici pōt de deo vero qui p̄terita nouit et futura in cōspectu sue celsitudinis ei sunt tanq̄ȝ presentia. vnd̄ de deo vero scribit̄. sapie. viij. Scit p̄terita et de futuris extimat signa ꝛ monstra scit anteq̄ȝ fiant et euentꝰ tempoꝝ et seculoꝝ. et ideo in cognitione p̄teri/torum et futuroꝝ meliꝰ et magis proprie exponit̄ exemplūȝ de deo vero q̄ȝ de deo gentiliū vel paganoꝝ qui scd̄m veritatem nō cognoscit nec p̄terita nec p̄sentia. ¶ Pro huius p̄cepti intelligentia quo ad moralē intellectū est breuiter sciendū q̄ quilibet prudens inter cetera spectare debȝ et videre quatuor scȝ Feditatē iniquitatis p̄prie. Calamitatem miserie aliene. Acerbitatē pene p̄petue. Et remunerationē beate vite. ¶ Primo prudēs spectare debe' pro/prie culpe feditatē vt occultatus sit ex omni pte ad instar animaliū que Ioh̄. dicit se vidisse Apocal. iiij. Et animalia plena erant oculis ante ꝛ retro et cin/gula eoꝝ in circuitu et intus plena sunt oculis. Dextro cū oculo debet prudēs respicere p̄mia. sinistro supplicia. posteriori primorum miseriā anteriori pro/priam culpā. In cuius figura dictū est moysi in deutro. iij. c. Ascende cacumē fasge et circūfer oculos tuos ad occidētem aquilonē austrumqȝ meridiē. Respice p̄ orientē eterna p̄mia. per occidētem eternā penam in qua occidet et deficit omnis t̄palis leticia. per austrū feruor peccati. p̄ aquilonē miseriā p̄ximi.

Debet vnusquisq; multipliciter occul-
tatus esse vt non solũ aspiciat principia
sed diligẽter consideret futura. Debet
igitur homo suã culpam aspicere nõ ad
delectãdum sed ad contristãdum alias
detestandũ alias pccm per solã recor-
dationez interficit. In cuius signũ vxor
loth interijt q2 sodomã de qua exie-
rat retrorsũ conuersa respexit. put geñ.
xix. declarat historia. Et ideo dicit aug.
O homo si te videres tibi displiceres &
mihi placeres. nunc q2 te nõ vides tibi
places et michi displices. veniet temp9
in quo tibi et mihi pariter displicebis
mihi cũ iudicaberis et tibi cũ ardebis.
¶ Scdo inspicienda est pximoꝝ mise
ria Ecci. iiij. Oculos tuos ne trãsuer-
tas a paupe. pauci sunt eñi qui p com-
passionẽ in paupem respiciũt. sed multi
qui ab eis p immisedĩam oculos auer-
tunt et eoꝝ miserias videre non pñt.
Ad sensũ videmus q2 ocul9 qui est in
lumine non videt eũ qui in tenebris cõ
moratur. Sic et diues existens in luce
psperitatis nõ videt miserũ qui est ca
ligine aduersitatis. In cuius signũ quã
diu pincerna fuit in tenebris carceris
ioseph afflictũ nouit et socius eius fuit
Sed egressus ad fulgorem psperitatis
ipm amplius nõ cognouit. immo succe
dentibus psperis oblitus est pincerna
interptis sui. put geñ. xl. narrat histo-
E ria. ¶ Tercio inspiciẽda est gehen-
nalis pena. Hieremias ppheta postq̃
ollam succẽsam viderat et faciem ei9 a
facie aquilonis et audierat dñm dicen-
tem ab aquilone pandet̃ omne malũ.
Hiere. j. c. Hortabat̃ postmod̃ ceteros
ad illud spectaculũ contuendũ. Hiere.
xiij. Leuate oculos vestros et videte q̃
veniũt ab aquilone. Per aquilonẽ eñi
q̃ est regio intpatissima et a sole maxi
me elongata cõgrue dat̃ intelligi infer
nalis pena in qua erit acerbitas pene &
elongatio xpi solis iusticie ppter caren
tiam visionis diuine. hanc penam bene
respiciebat Hiero. qui dicebat. Consi
dero iob sedentẽ in sterquilinio. Iohã
nem esurientẽ in heremo. paulũ occisũ
neronis gladio. petrũ suspẽsum patibu
lo. tunc cogito qd in futuris reprobis
faciet qui in p̃senti sic affligit q̊s amat.
Hic aspect9 vtilis est et vt culpa vitet̃
et vt pena presens facilis reputet̃. vnde
dicit ysido. in primo libro soliloquioꝝ.
Prepone tibi aduersus carnis ardores
futuri supplicij. ignes memoria ardoris
gehenne ardorem excludit luxurie. Ad
sensum etiã videmus q2 quãdo digit9
est adust9 applicatur ad ignẽ vt minor
calor extrahi possit p maiorem. Sic et
pccor peccati igne inflãmatus si p consi
derationẽ igni se applicet infernali mi
nor calor extrahi poterit a maiori. Ecci.
vij. Memorare nouissima tua. idest in
ferni supplicia. et ineternũ non pecca-
bis. facit eñi hec meditatio vt presens
pena facilima reputet̃. vñ dicebat bea
tus berñ. Uigilias times et ieiunia ma
nuumq; labores. Sed hec leuia sunt
flammas ppetuas meditanti. Ad hunc
sensuz facit qd̃ beda de gestis angeloꝝ
recitat. q2 tpe cõstantini impatoris qui-
dam paterfamilias cũ decessisset in an
glia eius anima ante tribunal eterni iu
dicis est adducta. vbi tandem obtinuit
dei genitricis intercessionibus vt prı9
inspectis penis infernalib3 post hec re-
diret ad corpus reuiuixit. igit̃ qui erat
mortu9 et enarratis iam visis mirabi
libus et rebus suis paupibus erogatis
insalutatis familiarib3 in quandã insu-
lam est puectus vbi tantã egit pniam
vt ligna silens ostẽderet quanta tormẽ
ta vidisset. et in hyeme maxima nudũ
se mergebat in flumẽ. et cum de hoc ar
guerent eũ noti et amici respondebat.
Sinite me nã grauiora vidi. ¶ Quar D
to inspicienda est remuneratio sempi-
terna. vnd̃ dicitur de moyse ad heb. xj.
Aspiciebat eñi in remuneratione. et ideo
dicit̃ ysa. xxxiij. Oculi tui videbũt hie
rusalem ciuitatẽ opulentã. hec est eñi
ciuitas quã describit beatus berñ. in li.
meditationũ dicens. O ciuitas celestis
et secura patria totũ continens q2 de-

lectat incole quieti populus sine murmu re. quam gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. sicut letantium omnium habitatio est in te. ibi pax. pietas. bonitas. lux. virtus. splendor. honestas. gaudia. leticie. dulcedo. vita perhennis gloria. laus. requies amor et concordia dulcis. quid ergo nos angit insania viciorum sitire absinthium huius mundi sequi naufragium imple tyrannidis ferre dominium et non magis conuolare ad angelorum societatem sanctorum splendorem et regis potentis honorem superne glorie decorem. Hec bern. vnde in celestibus oculus nostri cordis per meditationem et desiderium debet esse defixus. quod etiam docet humani corporis erecta figura. et hoc est quod dicit poeta. prona/ que cum spectant animalia cetera terram. Os homini sublime dedit celumque videre Iussit et erectos ad sydera tollere vultus. Hinc etiam empedocles interrogatus ad quid natus. respondit vt celum syderaque contempler. Cuius etiam dicti rationem bernardus siluestris meminit dicens. querenti empedocles. Cur viueret inquit vt astra aspiciam. celum subtrahere vellus ero. Ad hunc etiam sensum optime facit quod in vitis patrum de sancto arsenio recitatur. dicitur ibidem quod dum beatus arsenius moreretur. a fratribus est requisitus vt prius quam migraret ad deum vnum relinqueret eis edificatorium et memorabile verbum dixit ibi vbi Quo dicto spiritum emisit. post cuius transitum solliciti fratres vt intelligerent verborum sensum pro habenda expositione ad quendam sanctum virum transmiserunt qui eis rescripsit dicens. ¶ Hec est vt puto verborum intelligentia. ibi nostra fixa sint corda vbi vera sunt gaudia. ¶ Ad hanc celestium inspectionem hortabatur hieronymus. virginem eustochiam in epistola. xlii. dicens egredere queso paulisper de carcere et presentis laboris mercedem ante oculos tuos pinge quam oculus non vidit quam/ lis erit dies illa cum maria mater domini occurrit concomitata virgineis sequitur sarra cum nuptijs obuiam veniet anna cum viduis. pueri quoque clamabant Osanna in excelsis. igitur quotiens te vana seculi delectat ambitio quotiens ibi videris aliquod gloriosum sic ad paradisum mente transcendere. Hec ille. De materia vide supra in prima parte metrica precepto. xxiiij. Ne tibi quid desit. vltra medium.

¶ Tricesimum secundum preceptum scde partis metrice.

Fortius vt valeas interdum parcior esto Pauca voluptati debentur plura saluti. A

¶ Theologi ponunt tres species temperantie necessarias vnicuique et precipue vere sapientie auditori virtuose viuere debenti videlicet. Sobrietatem. continentiam. et modestiam. ¶ Prima enim circa gustum existit in quo modum ponit sobrietas. Hec autem virtus non solum se extendit ad vicium gule per nimiam vini et ingurgitationem. verum etiam ad intemperantiam gule que fit per nimiam cibi sumptionem. Hoc clare probatur per canonem. vnde. in. §. cum autem vinolentus. xliiij. di. dicitur ibi. cum autem vinolentus esse prohibitur gule intemperantiam nequaquam habere permittitur. vtrunque enim inter opera tenebrarum apostolus commemorat ad Ro. xiij. di. Non in commessationibus et ebrietatibus ¶ Secunda species circa tactum consistit quantum ad vim generatiue cui imponit modum castitas seu continentia. habet enim vehementem appetitum conseruandi se in esse speciei per generationem. Isti autem appetitus restringunt per sobrietatem et continentiam. ¶ Tercio consistit in dictis et factis. Factum autem prout accipitur pertinet ad tres sensus et circa proprias eorum materias. scilicet visum auditum et quantum ad factum pertinet hoc factum ad factum non (ordinem) qui est generatiue sed ad alios tactum quorum organa sunt manus ad percutiendum et capiendum et pedes ad ambulandum. B

A ¶ Postq̄ autor supra in quito huius tertie partis precepto. Productus testis. ꝑbuit rudimenta testem quēlibꝫ inoucentia vt amici crimen quantū possit celare debeat salua tamen semp veritate quam ꝑferre debet semp omni amicicie iuxta senece dictū Testimoniū veritati et non amicicie redde. In pn̄ti vero ꝑcepto subsequenter prebet rudimenta non solum testi sed vnicuiqꝫ vt non tm̄ celare debeat crimen amici vt abscondere quin potiꝰ caritate cū per denunciationem vel etiaꝫ secretā āmonitionem nō pōt cū corrigere reuelare ꝛ accusare apud illū debeat qui eū corrigere vel cōpescere pōt errātes. ꝛ hoc est quod intēdit autor dū dicit. Quod nosti factuꝫ. Quasi velit autor innuere Noli silere. quin corrigas illud. Quod nosti. i. nouisti. sincapa est. Factuꝫ non recte. Quasi dicat praue ꝛ iniuste factū ne videaris esse particeps illiꝰ peccati rei enim peccati sunt non soluꝫ qui faciunt sed etiam qui consentiunt facientibus. Ad ro. j. et in canone. notuꝫ. ij. q. j. et in dec et. j. de offi. dele. extra. Et pro

B tanto bene dicit. Ne videare. i. ꝓuidearis. Uelle imitari malos tacendo. i. duꝫ taces et hoc habet locuꝫ in manifestis maxime quia tunc carere non videtur scrupulo societatis occulte si manifesto facinori desineret obuiare. lxxxiij. di. error. vnde augustinꝰ in canone. nō vos iudicetis. v. q. v. dicit non vos iudicetis maliuolos qui crimen alterius iudicatis magis quippe nocentes estis qui fratres vestros quos iudicando corripere potestis tacēdo perire permittitis Si enim frater tuus vulnus habet in corpore quod velit occultari duꝫ timet secari nonne dicit augustinus crudeliter a te siletur et misericorditer indicatꝫ quanto ergo potiꝰ debes manifestare ne deterius putrescat in corde.

Pro premissorum intelligētia magis in speciali est de infra scriptis dubitabilibus querendum vel inuestigandum et primo quo ad primum metrum queri potest vtrum homo ex debito caritatis non recte agentē accusare teneatꝫ Huic quesito breuiter respōdet beatꝰ thomas. ij. ij. q. lxviij. dicens ꝙ si crimē sit tale quod vergat in detrimentum reipublice tenetur homo ad accusationem duꝫ probare sufficienter possit puta cum peccatuꝫ alicuius vergit in multitudinis corruptelam corporalem siue spiritualem. Si autem nō sit tale quod in multitudinē redundat vel etiam si sufficienter probationem habere non possit non tenetur ad accusanduꝫ quia nullus tenetur ad illud quod non possit debito modo perficere. ¶ Sed nota ſm canones ꝙ accusari prohibentur infra scripti videlicet mulieres. ij. q. j. c. ꝓhibentur. sed hoc fallit quando suā vel suorum prosequuntur iniuriam Item in crimine symonie. extra. de simoni. tanta. Item in crimine lese maiestatis. vj. q. j. §. verum. Serui. ij. q. j. ꝓhibentur in fi. et. q. eadem in primis. Minores. xxv. annis nisi suas prosequuntur iniurias et tunc de autoritate tutoris. C. de auc. presta. l. clarum qui vnum accusat in scripto eodem libello accusare non potest. in diuersis vero libellis duos potest et non plures nisi suorum iniurias prosequantur. C. de accu. l. cum rationibus. ij. q. j. ꝓhibentur. qui aliquid receperunt ad accusanduꝫ vel non ad accusandum. Item magistratus et milites. Quidam ꝓpter delictum vt infames. Quidā ꝓpter suspitionem calūnie. vt. ij. q. j. ꝓhibenꝫ. Itē socij criminis nisi in exceptis criminibus symonie et lese maiestatis. vt. C. ꝺ libera causa. l. si filium. lxxix. di. si trāsitus. Item si par vel consimile cōmiserit de iure regulari. vt. vj. q. j. qui crimē et. xxxij. q. ij. nihil. ¶ Item pauperes suspecti. ij. q. j. in primis circa medium

di

Item accusatus accusatori nisi de maiori crimine vt.iij.q.xj.neganda. Item qui semel ab accusatione destiterit.ij.q iij.§.preuaricator. Ité liberti patronos beneficiati et familiares. vt.iij.q.xj. §.vltimo in fi. Ité qui minus.l. habet in bonis vt.ij.q.j.ꝓhibentur. Ité vocati iudicio publico. Item intromissi in arenam vt pugnant cum bestia dentata. Item qui artem ludicram vel lubricam fecerint. Item lenociniú.vt.ff. de pub.iudi.infamem. Item qui falsuz testimonium subornatum dixerunt.ff.de accusa.l.alij. In hijs tamen omnibꝰ restat generalis exceptio si suam et suorum rc.iiij.q.vij.omnibꝰ. Item nota ꝙ layci non debent accusare clericos et hoc ꝓpter quatuor. Primo quia layci non admittunt clericos in eorum accusationez.ij.q.vij.in sancta. Secúdo quia nó possunt nec debét a laycis iudicari ita nec accusari.eo.c.ij.q. Tertio quia non sunt eiusdem conuersationis et opido sunt eis infesti vt in.c.clericis.de imu. eccle.libro.vj. Quarto quia nó eos impedire debent quorum castigationem nolunt imitari.ij.q.vij.c.laycos ¶ Secundo quo ad secundum metrú querit vtrum tacere sit semp peccatum mortale an vel aliquando veniale. Huic quesito p obiectionem responderi pót ꝙ sit mortale peccatú et hoc autoritate beati gregorij dicentis. Que corrigere non vz increpare non desinet ne se participem delinquétiú ex consensu taciturnitatis adijciat.et loquit de illo ad qué officium correctionis pertinere dignoscitur. Itez qui tenetur mediri egroto et vsum medicaminis subtrahit p tpe et loco peccat mortaliter.vñ dicit gregorius plerunqz nimis dú quorundaz mala respiciunt et cum silentio linguaz pmút quasi ꝯspectis vulneribus vsum medicamis subtrahút et eo mortis autores fiunt quo vnus qd potest aut ꝓ saltem eijcere loquendo noluerút igit taciturnitas est peccatum mortale. Qui enim est autor spúalis in alio mortem contrahit in seipso. ꝙ aút tacere qñqz sit veniale peccatú ꝓbatur quia aliqñ tacet homo in quibus loqui tenet. aliquando loquitur cuz tacere expedit vt congruit sed cum tacet in hijs in quibus congruit et non tenetur vel expedit veniale peccatú est. ergo tacere aliquando est veniale peccatú. ¶ Solutio dicendum est ꝙ taciturnitas aliqñ veniale est aliqñ mortale est pctm̄ In hijs que tenetur homo taciturnitas est peccatú mortale verbi gratia cú quilibet teneatur ꝓprium peccatum confiteri ꝓ tempore debito et alijs circústantijs et mederi ꝓximo sermone medicinali ꝓ tempore debito et alijs circú stantijs et non facit peccat mortaliter cum aút non tenetur sed expedit ac decet veniale est peccatum. Quando aút hoc fuerit expediens et quando non difficile est determiare in singulis sed ipsa vnctio docet que non pmittit hominem sibi adherentez de facili errare Ad illud vero quod in contrarium obijcieur dicendum est ꝙ ille autoritates beati gregorij intelligunt de illo q ex officio tenetur corrigere et alijs in verbo correctionis mederi. In talibꝰ autem si fiat obmissio pro tempore debito erit peccatum mortale. dicitur eñi in ezech.xxxiij.capitulo. Si speculator viderit gladium venientem et non insonuerit buccina et populus non se custodierit veneritqz gladius et tulerit eum sanguinem et ipsius de manu speculatoris requiram. Quasi dicat ꝙ prelatus corrigere debet subditorum excessus nó ex odio sz ex caritate.lxxxvj. di.odio.et si negligit grauiter peccat et grauiter veniet puniendꝰ. Talis.n. canis impudicus potius dicendus est ꝙ̄ episcopꝰ.lxxxiij.di.nemo.nec in hoc debet esse remissius quia dum vni indigno parcit ad contagium prouocat vniuersos.xxiij.q.iiij.est iniusta.et.ca. sequenti. Et sic patet veritas pmissorum

¶ Decimnmoctauū preceptū tercie partis metrice.

Iudicis auxilium sub iniqua lege rogato. Ipse etem̄ leges cupiunt vt iure regantur.

ad ¶ Nota ꝙ sextuplex lex in sacris repitur canonibꝫ. vicꝫ lex naturalis. vt j. distin. ius naturale. Lex mosayca. vt xxxij. di. moyses. Lex ꝓphica. vt. di. j. § j. in fine. Lex euāgelica. vt. ij. q. j. si peccauerit. Lex canonica. vt di. xxj. nicena Lex aplica vt. xiij. di. nerui. et di. xxviij. de hijs. ¶ Itē nota ꝙ legis appellatōe continet̄ ius diuinū. j. q. vij. si quis oēm Ius humanū. vt insti. de iur̄ natura. §. lex. Ius diuinū et humanū. vt. l. di. quātum. Consuetudo. vt. j. q. j. ventū est. iij. q. vj. hoc quippe peccatuꝫ originale. de ꝯse. di. ix. p baptismū Ius canonicū. di. xxxj. nicena. vet9 testamentū. Item lex ꝓrogat̄ cum profert̄. idest ꝓmulgat̄. liij. di. §. leges derogātur cū in parte ei detrahit̄. vt. ff. de ver. sig. derogare subtrahit̄ cum in pte subtrahit̄ et in parte adijcitur obrogatur cuꝫ ei in parte adijcitur. nihilqꝫ subtrabitur. obrogat̄ cuꝫ omnino tollit̄. ¶ Sed nota etiā ꝙ sex modis lex obrogat̄. Primo p consuetudinem q̄ nota sit principi. iiij. di. §. leges. Scd̄o ꝯtraria constōne. vt di. xxxj. ante terminū. Tercio cause cassatiōe. vt lxj. di. §. ex hijs. Quarto locoꝝ varietate. vt di. xxxj. aliter. Quinto si malignādi occasionē ꝑbuit. vt di. nos. §. consue. Sexto canonis nimio rigore. vt. distin. di xxxiiij. fraternitatis. ¶ Nota qd̄ superius dicit̄ ꝙ legis appellatōe continetur cōsuetudo. j. q. j. ventū est. Ideo circa consuetudinē est distinguēdum cum multipliciter dicat̄ cōsuetudo. quia est quedam cōsuetudo que reprobat̄ quia mala et ē quedā que approbat̄ qꝛ bona Et est quedam cōsuetudo generalis. et quedā specialis. Primo nanqꝫ consuetudo q̄ est mala reprobat̄. et hoc propter tria. Primo ꝓpter metū contaminationis. vt. viij. di. mala. Scd̄o ꝓpter metū vsurpationis. vt. xxxv. q. ix. loci. Tercio ꝓpter magnitudinē transgressionis. extra de cōsue. c. vlt̄. Scd̄a consuetudo q̄ est bona approbat̄ et hoc si non contineat in se quatuor. Primo vt non sit onerosa. vt. xij. di. omnia. Scd̄o malignandi occasionē pareat. vt. xij. di. nō decet. Tercio ꝙ nō scandalū pariat vt. lxxxj. di. clericus. Quarto nisi cautela erroris remoueat̄. vt. iiij. di. verum. ¶ Iteꝫ est quedā consuetudo q̄ dicitur generalis. hec est generaliter seruanda vt lex scripta. xj. di. in hijs. et est quedā specialis. et hec aut legi est ꝯsona et tūc seruanda est. vt. viij. di. frustra. aut legi cōtradicit tunc ꝑfertur constō. xj. di. c. j. nisi facta fuerit ex causa. di. xxix. sciend̄ et nisi princeps sciēter eum tolleret. di. liij. si seruus. aut excedit puta aliqd̄ addendo aut non contingit puta quia super hoc non est lata constō. ¶ Postq̄ autor in quinto hui9 tercie partis precepto ꝓduxit testis ⁊c. Prebuit rudimenta ipm̄ testem inducētia vt remotis odio amore. ac etiā aliquo tēporali cōmodo in testificādo veritatē ꝓferre debeat ne faciat cōtra illud octauū negātiuorum ꝑceptum. Nō falsum testimoniū dices. Nunc vero in ꝑsenti precepto subsequēter inducere intēdit iniuste damnatū siue damnat9 sit per falsos testes. aut p falsa instrumēta vt iudicis miscd̄iam humiliter requirat eius etiam auxilium humiliter implorādo. quoniā leges volūt vt a iusto iudice iniuste damnati defendant̄. et hoc est ꝙ intendit autor duꝫ dicit. Rogato idest implora auxiliū iudicis. qui leges tenetur interꝑtari et moderari. Sub iniqua lege. idest iniusticia. scꝫ quando inique iudicat9 est. quia non solū ea que minus bene facta sunt. Sed etiā ipse leges. Cupiunt. idest exposcāt vt regant̄ iure et a iusto iudice defendant̄. vel ali

tio
A

ter. Rogato auxiliū iudicis sub iniqua
lege. idest non equa tibi quia facit con
tra te sumit hic sensus a cōponentibꝫ
vt ibi currit iniq̄ spacio. idest non equo
quasi velit innuere si ipsa lex aliquādo
damnauerit te cōfuge ad iuuamē iudi
cis et roga vt aliquantulū seueritatem
seu rigorem legum debeat tēpare. nulla
enī lex inquantū p canones approbata
est iniqua. q2 si iniqua est lex nō est sed
iniqua videt damnato quāuis etiā iu/
ste damnet. vel aliter. Rogato vt te li
B beret. q2 vt aristoteles dicit. ij. pollitico
rum. homines ad iudicē confugiunt sic
ad quandā iusticiaꝫ animatā. Ipse etiā
leges cupiunt rē. quasi dicit. nō mireris
si dixi ꝙ recursum habeas ad iudicem
non enī est incōueniens ꝙ persona in/
ferior per superiorem reguletur. Nam ipse
leges. scilicet humane cupiūt regi iure.
scꝫ diuino. non enī dedignātur sacros
canones imitari. idest diuinā legeꝫ que
est canon omniū legum. Hec trāsump
tiue habentur in decre. clerici. de iudicis.
in autentica. vt tali. a pre. pprios ep̄. §.
penult. coll. vj. ¶ Pro premissorum
intelligētia et obseruantia est breuiter
annotandū ꝙ quatuor psone requirūt
ad hoc vt humanū integret iudicium.
videlicet. Persona iudicis in iudicio p̄si
dentis. Persona actoris in iudicio po/
stulantis. Persona rei se in iudicio de/
fendentis. Persona testis sup quesitis
veritatē exprimētis. De his omnibus
ad presens nihil est dicendū. quia satis
habetur supra in parte .psayca in pcepto
xiij. In iudicio adesto. Unū tamen hic
obmittere nolo qd tāgit principale pro
positum. videlicet ꝙ oppressus quilibet
iudicis officiū debet explorare cū expe
dit quia latum est eius officiū. vt patet
per illud qd habet in. l. j. ff. de iur. olm
iudi. et in canone quisquis. lxxxvij. di.
ver. dicit gelasius papa quisquis in nego
ciis suis nostri nomīs intercessione spe
rat sibi remedia posse cōferri .pna nos
C conuenit ammonitate p̄stari. Dicit ibi glo
sa. ꝙ primo corā suo iudice querela de/
feratur. vt in decretali trāsmissa. de fo.
cōpetenti extra. et in multis aliis locis
latissimū esse iudicis officium ostendit.
et ideo cum expedit implorari debet et
requiri. ¶ Pro premissorū intelligē
tia magis in speciali est de infra scriptis
dubitabilibus querendū vel etiā inue/
stigandum videlicet? Nunquid inter leges
imperiales que nunc vigent sunt alique
inique leges et scdm animā non seruan
de. ¶ Cui quesito breuiter responde
tur ꝙ sunt. xviij. imperiales leges seu ca
sus qui sunt illicite et p cōsequens scdm
animā non seruāde. scdm ꝙ in. xiiij. di.
lege comprobatur. ¶ Et primo quidē D
in matrimonio. nam scdm leges filius
vnius germani copulare pōt matrimo
nium cū filia alterius germani vt insti.
de nuptiis. §. inter eas. et. C. de nupt. ne
mini. sed scdm deum et canones tales
debent penitus separari. de consang. et
affini. non debet. xxxv. q. iij. pgeniem.
¶ Secūdo quia scdm leges puella
rapta contrahere non pōt matrimoniū
cum suo raptore. C. de rap. vir. l. vnica.
Et idem erat scdm canones antiquos.
sed hodie pōt. de rap. c. fi. ¶ Tercio
quia scdm leges licitū est homī soluto
mulierem tenere solutā in concubinam
vt in autentica quibus mo. natura. effi.
sui. §. siquis aūt. Sed scdm deū forni/
catio simplex est peccatū mortale et ex
cludit a regno dei vt apostolus dicit pri
ma ad corinth. vj. ¶ Quarto quia
scdm leges in multis casibus licitum est
vxorē repudiare et matrimoniū rite cō
tractū dissoluere et maxime in casu qui
notatur. x. di. lege. et. xxvij. q. ij. sunt qui
dicunt. sed hoc lex diuina phibet vt in
eisdem capit. dicitur. ¶ Quinto quia
scdm leges licitū est viro adulteꝝ occi
dere. et vxorē in adulterio dephensam
si est psona vilis et cui non debet reue
rentiam. ff. de adult. l. marito. j. R. et. l.
si adulteriū. C. de adulte. l. grachus. Et
similiter licet patri qui habet filiam in
potestate occidere adulterū filie in do
mo sua et generi et etiā occidere filiā.

ff. de adult. l. pater. et. l. nec in ea. et. l. ꝙ ait. Similiter et latronē et agri depopulatorem. Sed scđm deū et canones nihil hoꝝ licz et ꝓhibetur cū ꝑcipitur Exo. xx. nō occides. ¶ Sexto quia scđm leges damnatur qui comprehensam in adulterio tz vxorē. C. de adult. l. crimen. sed scđm deum et iura canonica potest tenere sine vlla pena dummodo ipsa velit ab adulterio recedere xxxi. q. i. §. hoc subaudiendum. de aliis vero duodecim legibz iniquis nihil ad ꝑsens gratia breuitatis. De legibz etiā que pmittunt vsuras nihil ad presens. quia habes supra in parte ꝓsayca. viii. ꝑcepto. Mutuū da. et ibi vide si placz.

¶ Decimumnonū preceptuz tercie partis metrice.

Quod merito pateris paciēter ferre memēto. Cunqz reus tibi sis teipm iudice damna.

A ¶ Legit in libro de pomo ꝙ quidā phi quadā vice in vna domo simul cōuenerunt ad hoc vt normā bene viuendi inuenire possent. et cōcorditer inuenerunt quatuor in quibz consistit bona et recta vita et inter quatuor determinauerunt ꝙ iudicium de seipso sumere esset vite perfectissimū. hoc est ad vite perfectionē perducere. nam melius est ꝙ homo de seipso vindictā sumat quā alius faciat qđ ꝓbatur exēplo. nam minor est morsus catule quando reportat catulos ad cubile quos reperit exiuisse. q̄ morsꝰ canis rabidi qui est totaliter venenosus et insanabilis. ¶ Sic moraliter ⁊ homo quilibet filios suos scz virtutes ad modū catule ad minus semel in die ad cubile sue cōscientie deberet visitare. et si inuenerit virtutes per peccatū exiuisse eos remorsu contritōnis reportet ad cubile. nō expectat morsum illiꝰ canis rabidi demonis vicz accusantis quem sic euadere possumus. Hanc enī sententiam approbat apostolus et confirmat prima ad corinth. xi. c. dicens. Si nosmetipsos diiudicaremꝰ non vtiqz iudicaremur a dño. Exemplo etiā filiorum iacob dicentiū. merito hec patimur quia peccauimꝰ in fratrem nostꝝ. geñ. xlii. Et hoc est ad qđ autor nos inducit dum dicit. Quod merito pateris ⁊c. in quo quidem ꝑcepto docet huiꝰ carminis lectorem motum ire in proximū tpare et hoc ꝓpter offensam iuste ab alio eidem illatā dum dicit. Quod merito pateris ⁊c. idest si ꝓpter tuam culpā sustines aliq̄ penaz noli inde cōtristari sed sustineas pacienter. immo teipsum corrigere debes. et hoc est ꝙ expositiue intendit dū dicit. Memento ferre patienter. idest cū paciencia ꝙ pateris merito. idest digne. et cum sis reus tibi. idest culpabil' et noxius. Damna. idest damnare debes teipsum. et hoc est te existente iudice. idest tibiipsi esto iudex vt teipsum iudices. et sic pacientiꝰ iudicium tollerabis. B

¶ Pro premissoꝝ intelligentia magis in speciali est de infra scriptis dubitabilibus querendū vel inuestigandūz. Et primo an liceat accusato ⁊ damnato ad mortē se defendere vel fugere. Secūdo vtrum sit leuius tpare penam quā quis tollerat iuste ꝓpter demerita praue actionis q̄ penam quaz tollerat iniuste. ¶ Quo ad primū quesitum respondit beatus thomas secūda scđe. q. lxvi. dicens. ꝙ si talis damnatꝰ fuit iuste nō licet ei se defendere. sed potiꝰ competit iudici resistentē impugnare. Sed si iniuste tale iudiciū patitur simile est violētie latronum. et ideo in tali casu licet principibz malis resistere nisi forte ꝓpter scandaluz vitandū cum ex ipsa aliqua grauis turbatio timeret. ac cusato autē fugere licet. quia et si non liceat resistere. non tamen tenet facere illud vnde mors sequat. scilicz manere in loco vnde ducat ad mortem. Est tñ

C

sciendum q de criminibus quibz absolutus non debet accusatio replicari. de accusa. de hijs. xxiij. q. iiij. si illic.

¶ Quo ad scdm quesitu breuiter respondetur q iuxta hunc casum triplex comparatio cadere potest inter ea que concomitant eum qui merito patit. et qui immerito patit. scdm q diuersam comparatione et consideratonem oportet diuersimode cosiderare. ¶ Primo nanqz comparari possunt bona q per pena illatam iniuste perdunt et mala que p ea acquiruntur ad bona et ad mala illius qui merito et iuste patit. et sic dici potest q loge grauior est dolor et pena eius qui iniuste patitur q eius qui patit iuste. nam plura et maiora bona pduntur et plura z maiora mala inferuntur et comittuntur p penam illatam iniuste q per pena illata iuste. qd sic declarat. Nam p penam iniuste illatam honor vel amor dominus ac etia humanus vilipendit et offendit. nam offerens penam iniusta directe facit cotra illud preceptu de dilectione dei et proximi. Diliges dnm deum tuu et pximu tuu sicut teipsum. Et etia contra illud. Innocetem et iustu non codemnabis. et cotra ius naturale. Qd tibi non vis fieri caue ne alteri facias. Per iniustam etiam pena bonum comune reipublice de damno et morte innocencis offenditur; insup et fama maxime ledit. quia multi credut reum esse que vident sic puniri. Et etia ppria vita ledit qua magis amat innocens q malus. vt patet viij ethicor. Per penam aute iuste illatam deus honorat et extollit proximus defendit. vtilitas boni comunis pcuratur et roborat si vita mali ledit vel extollit minus dolere debet. qz minus diligit eam. Cum igit grauior sit dolor vbi plura bona amittunt et vbi plura mala sequutur que sunt causa doloris. Sequit q isto respectu est grauior dolor paciètis iniuste q iuste. ¶ Et cofirmatur illud p illud qd habet Luce.

D

xxiij. vbi dicit. q vnus de hijs qui pendebant latronibz blasphemabat xpm dicens. Si tu es xps saluu fac temetipsum et nos. Alter aute increpabat eu dicens. Neqz tu deu times qui in eade damnatone es. et nos quide iuste. nam digna factis recipimus. Hic aute nihil mali gessit. qsi diceret. Iste magis sentit dolore q nos. quia nos iuste patimur. hic aut iniuste. et ideo increpando eos. quia per insultatione et obprobriu addis eius dolori maximo aliu dolore insultationis. ¶ Scdo possunt comparari adinuice pena iniuste illata et iuste illata quatum ad meritu et premiu quod vtriqz consequit. et isto respectu minor est pena iniuste paciètis quia per expectatonem maioris premij q habet iniuste patiens diminuit afflictio pene iuxta dictu gregorij. Spes pmij minuunt vim flagelli. et q dicit in prima epistola petri. ij. c. Que enim gratia est si peccates suffertis calaphizari sed si bene facientes pacièter sustinetis. hec est gratia apud deu. ¶ Tercio possunt comparari in materia supra q transit actio iusta et iniusta. et sic etiaz minus dolet iniuste paciens q iuste. nam materia super qua transit actio iniusta est innocentia et puritas coscientie de qua oritur maximu gaudium et delectatio pter que diminuunt pene. vnde eccl. xxx. Non est census sup census salutis corpis et non est oblectametum super oblectamentum cordis. idest coscientie gaudiu. Materia aute super q transit actio iusta est et remorsus. hec enim est maxima pena ppter qua connumerat inter maximas penas damnator et vocatur vermis coscientie. et p hoc patet veritas premissor.

¶ Vicesimu preceptum tercie partis metrice.

Multa legas facito p lectis perlege multa.

Nam miranda canunt sed non credenda poete.

A Postq̄ autor in scdo huius tercie ptis ꝑcepto. Instrue ꝑceptis ⁊c. premuit rudiméta lectoré huiꝰ carminis in ducentia ad moraliū preceptoꝝ doctrinam addiscédam. Nunc vero in p̄senti ꝑcepto subsequéter ꝑbet modū qué tenere debet in discédo dum dicit. Multa

B legas facito. quasi velit innuere. lege multa quibꝫ lectis. Perlege. idest collige vel ꝑlige multa ⁊ de singulis ea. scꝫ q̄ sunt meliora. sed multa repiuntur ex hijs q̄ non sunt memorie cōmendanda vt ait seneca ep̄la. ij. Et hoc est ꝙ autor aliter expositiue intendit dū dicit. Facito vt legas multa et multis perlectis. neglige multa. scꝫ ex hijs que legis q̄si dicat. licet legas nō tamen omnia sunt credéda que repiuntur ex lectis. vnde ꝑpter vtramqꝫ lecturā autor subiūgit

C Nam poete. idest fabulaꝝ cōpositores canūt. idest metrice describūt atqꝫ miranda. idest res mirādas dicunt q̄ non ꝑpter hoc credi debét. Uel credenda sunt. q̄si dicere velit ꝙ cauendū est ne iuuenes imbuātur doctrinis fabulosis maxime pueri ne earū delectationibus illiceant̄ scdm ꝙ recitat valeriꝰ li. vj. c. iij. De lacedonijs qui libros archilon a

D ciuitate sua exportari fecerūt vel iusserunt quia coꝝ parum vecundiā et pudicam lectioné arbitrabant̄. noluerūt eṁ ea pueroꝝ suoꝝ animas imbui ne plus moribꝫ noceret q̄ ingenijs ꝑdesset ⁊c. De hac materia vide sup̄ in ꝑsayca parte ꝑcepto. xx. Disce litteras. Et in. xxj. Lege libros. et ibi de materia plenissime. ita ꝙ non expedit hic hāc materiā amplius refricare.

Uicesimūp̄mū preceptuꝫ tercie partis metrice.

Inter cōuiuas fac sis sermone modestus.

Ne dicare loquax duꝫ vis vrbanus haberi.

A Presens autoris ꝑceptum inducit nos ad quandā virtuté moralé que modestia nuncupat̄ que quidé est tercia pars tpantie per q̄ scdm tulliū pudor honestꝰ carā et stabilé cōparat auctoritaté. Scdm aūt theologos modestia in dictis et factis cōsistit. ad hāc eṁ habendam et seruandā inter conuiuas maxime huius carminis lectoré p hoc

B preceptū autor inducit cum dicit. Inter conuiuas ⁊c. Rōnem huius dicti autor in versu seqūti reddit dicés. Ne dicare loquax. idest litigiosus et verbosus. nam si in conuiuio multū loquaris inurbanitatem incurres. Et hoc est qd̄

C expositiue intendit dum dicit. Fac sis sermone modestꝰ. idest quietus et tpatus in cōuiuio. Ne dicare ꝑ dicaris. loquax eṁ diciturgarrulꝰ. Eloqués vero vir in eloquētia pitus. Si ergo vis haberi. idest reputari. Urbanus. idest curialis et pollicitꝰ. Sis sermone mode-

D stus. Urbanus dicit̄ ab vrbe. nunq̄ rusticus est loquax nisi in cōuiuio. Unde eccl. xxj. In conuiuio vini non arguas ꝑximū tuū et non despicias eū in iocunditate ipsiꝰ. Optimū est igit̄ et morale documentū rudimentū istud in quo instruit autor linguā moderare ab inepto actu loquendi et in cōuiuio maxime et hoc ꝑpter multa q̄ hic obmitto gratia breuitatis q̄ latius explicant̄ sup̄ in xlvij. ꝓse ꝑcepto. Pauca in cōuiuio loq̄re. et ibi de materia require si placet.

Uicesimūsecundū preceptū tercie partis metrice.

Coniugis irate noli tu verba timere.

Nam lacrima struit insidias dū femina plorat.

A ¶ Postq̄ autor supra in .xiiij. huius
tercie partis p̄cepto. Uxorem fuge. pre
buit rudimenta lectorē huius carminis
inducentia ad repudiationem moleste
vxoris et praue q̄ ex motu ire insurge-
re videt̄. que quidē repudiatio hodie
fieri nō patitur cū exorbitet a iure di-
uino. ¶ Nunc vero in presenti p̄cepto
subsequēter prebet rudimēta motū ire
temperantia. qui quidē motus insurgit
ꝓpter ipsius vxoris iracundiā et super
biam. vnde nō debet maritus ꝓpter ta
lem iram verba vxoris timere sed eam
potius debet mō debito castigare. mo
dum vero castigandi p̄bet autor hic dū
dicit. Coniugis irate ⁊c. quasi velit ex-
positiue inuere. Tu noli timere verba
coniugis si de alio ꝯqueritur vel minat̄
nam debet esse sub potētia tua nec de-
bes eam timere nec etiā ei credere. Ra
tionem reddit in scd̄o metro dū dicit.
Dum femina plorat struit. idest ordinat
insidias et parat deceptiones lacrimis.
idest ꝑ lacrimas. hoc est dicere quādo
videt ꝙ non potest maritū minis ter-
rere. quia constans est vtitur arte tunc
quia tunc plorat vt eum lacrimis fallat
B multas eidē insidias parando et ordi-
nando. ¶ Pro huius p̄cepti intelli-
gentia et obseruātia est breuiter anno
tandum ꝙ maritus circa castigacōnem
coniugis tria debet obseruare. Primū
est vt eam ad diuinū timorem inclinet
Secundū est vt crebro ipsius defectus
improbet. Terciū est vt cum expedit
eam moderate castiget. Hijs trib; mo
dis scd̄m crisostomi doctrinā. vxor ma
le moriginata castigari debet. ¶ Primo
inducendo timorē scd̄m deum si aūt di
uinum timorē dei non sentit in ꝑparan
do vt vel homines erubescat. Si aūt
nec pudorē sentit frequēter confusa. et
tunc circa eam exerceri debet castigatō
quod salomon p̄cipit obseruari dicēs.
Cor dur in baculo pcute. Primo ergo
inquit crisostomꝰ admone. q: sic profi
cit doctrina iustitie deinde confunde.
quia frequēter pudor frenū est viciorꝫ

Tercio iustū est vt castiget̄ tanq̄ an-
cilla q̄ erubescere nescit vt libera. Uel
aliter exponi potest vt dicat̄. Si con-
iunx tua sit tibi molesta et irascat̄ noli
timere eam corrigere et cohercere et ta
liter facere ꝙ cesset ira eius et tepescat
tūc struit tibi insidias. cum ira mulie
ris magna sit et periculosa. Nam de eius
ira dicit̄ eccī. xxv. Non est nequā caput
super caput colubri et nō est ira super
iram mulieris. ¶ De eius malicia et C
calliditate dicit valerius ad rufinum
Audax est ad omia quecunq; amat vl
odit femina. ⁊ artificiosa est cum nocere
intendit. qd̄ tali ꝓbatur exemplo. Legi
tur ꝙ quedā mulier cum essꝫ in magna
tribulatione cum marito et ip̄m valde
in odio haberet quādam contra eum
cogitauit maliciam cōtra hoc vt ab eo
separari posset. tandem quadā vice de
dit ei potionē ex quibusdā herbis ve-
nenosis cōfectam qua assumpta nō tan
tum ebrius videbat̄ sed velut insanus
iacebat in lecto huc atq; illuc voluta-
batur spumans nō solum rationē ami-
serat sed etiā loquelā. Quid fecit vxor
cucurrit ad monachos clamans et eiu-
lans. domi inquit illa pro deo veniatis
maritus meus morit̄ iam emisit loque
lam. nihil petebat nisi fieri monachus.
dū adhuc loqueret̄ nolo ꝙ ꝓpter me
salꝰ anime sue impediat̄. Unde ꝓmit
tere volo castitatem quādiu ipse viuet.
etiā si deus velit ip̄m restituere sanita
ti sed ꝓ deo cito veniatis et cuculla in-
duatis eūdem. quia ꝓximus est morti
tm̄ penes eos institit ꝙ dicti monachi
aduenerunt et eum totonderūt et ma-
gnam coronā ei fecerunt et habitum ei
dederūt. Mane autē facto cum euigi-
lasset et ebrietas iam transisset et suum
caput tetigisset. et se decapillatū taliter
inuenisset et monachalem habitū se in
dutum repisset de hijs non modicū mi
rabatur. et cū ab vxore quesiuisset qd
hoc esset quis cum sic preparasset. illa
quasi flendo clamabat. Marite carissi
me non recordaris tu qualr in ista no-

ste factus est monachus nihil aliud pe tebas quando dolorē vehementissimū sustinebas. Carissime ego ꝓ salute ani me tue ꝓmisi castitatē oportet me solā manere et q̄si viduā desolatam. Cunq3 ille se velle fieri monachum denegaret et vellet se manere cum ea sic prius de iure debebat assereret. non dicebat illa nullo modo volo cōtra votum meum ire procerto tu es monachus. nolit de9 ꝙ monach9 iuxta latus meum iaceat. miser nonne erubesceres si votum tuū non cōpleres si ad seculū redires tot9 mundus te vocaret apostatā vel mo/nachum renegatū tantum dixit et cum lacrimis falsis ostendit ꝙ miser ille cū ꝓpter pudorem tum ꝓpter multa alia que struere sciuit et ordinare ꝙ mona chus est effectus et monasterium est in/gressus. et ei domū cum supellectilibus dimisit. Sed ne longo dispendio te su spendā. lege areolū theofrasti et medeam iasonis. Et vix pauca inuenies mu lieri impossibilia. Amice det tibi om/nipotens deus mulierū fallacia nō falli Nō igitur immerito autor dicit. Nam lacrimis struit insidias dū femina plo/rat. hoc est deceptōnes p lacrimas pa/rat. De ista materia vide plenissime su pra in ꝓsaycali parte ꝑcepto. xlix. Meretricem fuge.

Uicesimūtercium preceptū tercie partis metrice.

Utere quesitis sed ne videaris abuti. Qui sua consumunt cum deest aliena sequuntur.

A ¶ Postq̄ autor supra in sexto pri me partis metrice ꝑcepto. Que nocitu ra tenes. ꝑbuit rudimenta inducentia ad relinquendū aliena. eo ꝙ sunt ani/me nocitura. et pte eadē precepto. xxiiij Ne tibi quid desit rc̄. Et. xxxix. Conser ua potius rc̄. rudimenta ꝑbuit ad ꝓdi galitatem vitandā. quod fit cum tpate vtimur bonis rc̄. Nunc vero in p̄senti ꝑcepto subsequenter inducit ad vitan/dum rapinam vel furtum ꝙ tunc fieri dicit̄ cum nostris nō abutimur bonis. B

Unde sciēdum est ꝙ rapina dupliciter cōmittitur vel dicit̄. Primo nanq3 ra/pina dicitur cum res ipsa capit̄ contra possessoris voluntatē. Secūdo dicitur rapina quando vsus rei puertitur et in vsum inordinatū assumitur qui dicitur abusus. Unde hoc preceptū ꝓut docet vitare rerum abusum reducit̄ ad illud decalogi preceptum. Non furtū facies. sicut et peccatū rapine. abusus em̄ rer̄ inducit indigentiā. indigentia vero in/ducit ad furtū. Et hoc est quod autor hic intendit dum dicit. Qui sua consu/munt. C

¶ Pro huius ꝑcepti intelli/gentia et obseruātia est breuiter scien/dum ꝙ tria sunt mala q̄ ex rerū abusu consequūtur et ꝓueniunt. Primum est spiritualiū bonor̄ contempt9. Interdū em̄ abusor et ꝓdigus dat omnia bona spūalia pro aliquali pecunie quantitate vt conuiuiū inde facere possit. Similis esau qui primogenita vendidit pro edu lio lentis. abijt em̄ paruipēdens ꝙ pri mogenita vendidisset vt habetur geñ. xxv. Secūm est pauptas vsq3 ad men/dicitatem. vt patet de filio ꝓdigo qui cum dissipasset omnē substantiam suā luxuriose viuendo ad tantam deuenit mendicitatē ꝙ cupiebat repleri ventrē suū de siliquis quas porci mādùcabāt. et nemo illi dabat. Luce. xv. Tercium est peccatū rapine et hoc est qd̄ hic insi nuat autor dū dicit. Qui sua consumūt D Est em̄ abusor aranee similis q̄ texen/do telas inutiles se euiscerat rc̄. De rap toribus et rapina ꝙ quidā3 vicium ex rerū abusu ꝓuenit quantū deo displi/ceat. require sup̄ in sexto prime partis metrice ꝑcepto. Que nocitura tenes. et ibi plenissime de materia. De rerū vsu et abusu ac rerū mensura modo et ordi ne vide sup̄ in. xxj. scd̄e partis metrice ꝑcepto. Utere quesitis.

Uicesimūquartū preceptū tercie partis metrice.

Hac tibi ꝓ penis mor
tem nō esse timendā
Que bona si non est
tamē illa finis malorū est.

A ¶ Autor in hoc ꝑcepto repetit que tetigit supra in.xxij. prime ꝑtis metrice ꝑcepto. Ne timeas illā ⁊c. ac etiā in septimo scđe partis ꝑcepto. Linque metū leti. q̄ ergo ibi dicta sunt ꝓ parte hic repeti possunt. quōcunqꝫ ergo mors tibi accidat vel ꝑ egritudinē vel aliomodo non est timenda cū sit omniū rerū humanarū finis. et est quasi cōmunis vtilitas et naturalis. Unñ reor mortem nō esse timendā ꝓ penis. Que si. idest quāuis non sit bona. idest reputet̄ homini bona. nec etiā ei placeat. Tamē est finis. idest terminus malorꝫ. idest miserorum qꝛ vite ꝑsentis miserie eius aduentu finit̄. vel malorꝫ hominū est finis q̄ malicie eorꝫ finem īponit et in hoc saltem est bona.
B ¶ Pro ꝑmissorum intelligētia magis in spāli est de tali questione querendū vtrum mors sit bonū vel malū. Et primo videt̄ ꝙ mors sit bonū. Mors em̄ est instrumentū meriti. sꝫ instrumentū meriti est bonū. ergo mors est bonū. Q autē mors instrumētum sit meriti patꝫ ꝑ hoc ꝙ est in martiribus qui mortē sustinent pro fide vel ꝓ iusticia. Unde dicit aug9. Tunc em̄ implet̄ iusticia moriendo. sed cū impletur iusticia hoc bonū est. Preterea dicitur in ps. Preciosa est in cōspectu dñi mors sanctorꝫ eius. sed qđ ꝑciosum est in conspectu dñi bonum est. ergo mors sanctorꝫ bonū est. Contra mors et vita opponunt̄ priuatiue. sed vita bonū est ergo mors malū est. Est em̄ mors defe
C ctus siue priuatio boni. Item aplus ad romā. vj. Stipēdia pcc̄i mors. sed ꝙ est stipēdium peccati est malū. ergo mors malū est. Item argui pōt a simili cōparatione mortis nature ad aliud genus mortis. Mors em̄ gehenne nullatenus bonū est. simlr mors culpe qua separatur anima a deo qui est vita sua. ergo a simili mors corpis dicitur malū cum separet̄ ab anima qua viuit. ¶ Solutio dicēdum est ꝙ aug9. lxiij. de ciui. dei dicit ꝙ mors nō est in se bonū. sed bona dici pōt bonis. Dicit em̄ lex non est malū quāuis augeat peccantiū concupiscentiā vt dicit̄ ad Ro. vij. ita nec bonū mors quāuis augeat bonorꝫ gloriam. Ad obiectū autem in contrariū dicendū est ꝙ nō dicit̄ ꝓprie instrumentū iusticie vel meriti. sed magis sustinētia mortis dicit̄ instrumētum. ipsa vero mors D
se materialiter habet ad sustinentiā. ¶ Ad scđm dicendū est ꝙ mors sanctorum ꝑciosa dicit̄ in cōspectu dñi. Quid em̄ ꝑciosius est morte sicut dicit aug9. per quā fit vt delicta omnia dimittant̄ et merita cumulatius augeant̄. sed mors dicitur ꝑciosa quia sustinētia mortis ꝓ causa honesta est precio magno digna. ipsa tamē mors in se siue in genere suo non est bonū. Unde aug9. mors ideo in bonū videri debet quia in tantā vtilitatem nō in sua vi sed diuina opitulatione est cōuersa vt que tunc metuēda ꝓposita est ne pcc̄m committeret. non suscipienda ꝓponatur vt peccatū non cōmittat̄. cōmissumqꝫ deleat̄ magneqꝫ iusticie palma reddat̄.

¶ Uicesimūquintū preceptuꝫ tercie partis metrice.

Uxoris linguā si frugi
est ferre memento.
Nanqꝫ malū est nil
velle pati nec posse tacere.

¶ Postq̄ autor sup in.xxij. huius A
tercie ꝑtis ꝑcepto Cōiugis irate ⁊c ꝑhuit rudimēta motū ire tpantia qui quidē mot9 aliqñ insurgit ꝓpter ipsi9 vxoris iracundiā. Nunc vero in ꝑsenti ꝑcepto subsequēter prebet rudimēta ꝑ que instruimur motū ire remediare qui quidem plerūmqꝫ insurgit propter ipsius

vxoris industriā indiscretā locutiones qr eā debemus mō debito supportare. et ideo prius debet corrigi monitionibꝫ et scripturarū exhortationibꝫ. Si autē incorrigibilis est tūc supportāda est lingua tacendo pcipue qn̄ in alijs est vtilis. et hoc est qd̄ intendit autor dū dicit. Uxoris linguā. q̄si expositiue velit innuere. Si vxor tua viciū loquacitatis incurrit ipam debes paciēter sustinere si alias est vtilis tuis negocijs. qr tunc virtus est eā sustinere nec eidem rn̄dere. Juxta documentū apl'i Jac. j. c. pronus ad audiendū. tardus ad loquendū et tardus ad iram. Et hoc est. Mementō ferre vxoris linguā. i. garrulitatē si frugi est. i. tuis vtilis rebus parcito tibi Nanqꝫ malū est non velle pati nec posse tacere. ¶ Pro pmissorū intelligentia atqꝫ obseruantia est sciendū q duo sunt pp̄ter que vxoris lingua maxime qn̄ est frugi supportāda est ac etiā paciēter tolleranda. Primum est natura. Scdm̄ est antiquorū exempla. ¶ Propter primū est breuiter sciendū q phus primo polliticorū dicit q licet cōsilium mulierū sit inualidū cum tn̄ velox est et citum valde vtile vt plurimū repitur. qd̄ autē sit vtile tali pōt psuaderi rōne nā natura q̄ mouet a summo principe deo q est artifex summus non tantā curam habet de rebus parui valoris. sicut de rebus magni valoris. ideo videmus q natura citius res parui valoris ad suū pducit cōplementū. sicut patet de mala herba q̄ citius crescit q̄ bona Cum ergo mulier cōparata ad virū imꝑfecta sit a natura. citius ad suū complementū pducitur. modo ita est q aīa sequitur cōplexionem corporis. et ideo sic corpus citius puenit ad suū complementum. sic et opus aīe vt est ɔsilium. ergo cōsiliū velox est et citū cuius aīa magis est imersa corpi. et ideo qn̄ immineret operari cito et repente melius est consiliū mulieris ɔsilio viri. ꝛ hoc est qd̄ precise intēdit autor dū dicit. Uxoris linguā ꝛc̄ ¶ Propter scdm̄ narrat seneca li. j. de clemētia. c. v. q cum quidā rex nomine diuus augustus nō posset potētia destruere inimicū ɔsuluit reginā filiā coniugē suā que tali regi ꝓbuit consiliū dicens. fac qd̄ medici facere solent. qr vbi vsitata remedia minime ꝓsunt temptant ɔtraria. Si seueritate nihil adhuc ꝓfecisti nūc tempta quō cedat tibi clemētia ignosce scꝫ illi. Qd̄ ille gauisus annuit et facto adimpleuit consulitqꝫ illi postea consulatū amicissimū fidelissimūqꝫ habuit heredem.

¶ XXVI. pcep. tercie par. me.

DIlige non egra caros pietate parētes. Nec matrē offendas duꝫ vis bonus esse parenti.

¶ Presens autoris pceptū est vltimū pceptorū huius tercie ptis et reduci pōt ad primū scde tabule pceptū qd̄ est de exhibēdis bonis. vt honora prēm tuū. p qd̄ preceptū pmittit longeuitas vite filijs obseruantibꝫ dū dicit. Si vis esse longeuus super terrā. hoc autē preceptū includit etiā sub scda specie iustic. vicꝫ sub pietate p quā reddimus parentibꝫ honorē debitū eo q sunt principiū secūdariū nr̄e ꝓpagationis et generatōnis idest p quos sumus pducti in esse. Ad hoc aūt exequendū p p̄sens pceptū inducit nos autor dū dicit. Dilige nō egra Cū si quis matrē offendat vulnerat patrem. et hoc est qd̄ expositiue intēdit dicens. Dilige parētes. scꝫ patrē et matrē caros. i. feruenti caritate nō egra. i. non ficta vel pigra pietate sꝫ toto cordis affectu. Nec matrē offendas dū vis bonus. i. gratus et amabilis esse parenti. i. prī tuo. Uel moralr exponi pōt. Nec matrē offendas. i. ecciam. dū vis bonus esse pn̄ti idest deo. de hijs dicit ꝓuer. xix. Qui affligit patrē et fugit matrem ignominiosus est et infelix. Qui aūt sint illi degeneres filij qui matrē nostram scilicet militātem ecclesiam offendunt. ¶ Dicēdum est q principaliter sunt omnes heretici ꝛ hij diuersimode eam

offendunt. Aliqui enim sunt qui falsam de fide catholica opinionē adinueniūt. et adinuētam ꝓterue sequunť. de his loquiť aug9. in canone heretic9. xxiiij. q. iij. Alij sunt qui male sentiūt de ecclesiasticis sacramētis. de talibus habetur in decretali. ad abolendā. de hereticis. Alij sunt qui male ac puerse sentiunt circa veritatē sacre scripture. et de hijs habeť in canone heresis. xxiiij. q. iij. Alij sunt qui aduersus ecclesiā romanam agunt et eius dignitatē a domino ihesu xp̄o traditā auferre conanť. De talibus loquitur canon omnis. xxij. di. Vñ sanctus ambrosi9 in omnibus sanctam matrē ecclesiam ꝓfitetur et ideo omnes asserentes romanā ecclesiā non esse caput oīm nec ei tanꝙ capiti obediendum sunt ipso iure maiori excōmunicatione innodati. vt in canone. nulli fas. xix. di. ij. taliū absolutio solūmodo ptinet ad papam. vnde de talibus puersis filijs cōqueri potest fides catholica et dicere illud canticorū. j. Filij matris mee scʒ ecclesie sancte pugnauerūt contra me. ac etiā illud ysa. x. Nunqd gloriabitur securis cōtra eum qui secat in ea aut exultabitur sera cōtra eum qui trahit eam. Habenť transumptiue verba in canone. inferior. xxj. di. Et hoc est ꝙ dicit nicola9 papa in canone inferior di. ea. vi. dicit ꝙ nō debēt inferiores os ponere in celū. quia eoꝝ lingua transire debet sup terrā. ¶ Notandū vero est scd̄m scripturas et canones ꝙ ecclesia quinqʒ modis diciť vel accipitur. Primo diciť ecclesia. scʒ malignantium Unde in ps. Ecclesiā malignantiū non introibo. Scd̄o diciť ecclesia collectio fidelium. vt de conse. di. j. ecclesia. Et. f. q. j. in ecclesia. Tercio diciť muroꝝ ambitus. de conse. di. j. de fabrica. Quarto diciť ecclesia obuentiones ecclesiastice. ne prela. vi. su. c. vlt. Quinto corp9 xp̄i xvj. q. iiij. sed illud. Et in hoc terminať tercia pars metricalis.

¶ Sequitur quarta pars metricalis.

Securam quicunqʒ cupis deducere vitam. Nec viciis herere aīm que moribus obsunt. Hec precepta tibi semp relegenda memēto. Inuenies aliquid quod te vitare magistro.

Visis sup̄ de quarto speculo metaphorico hoc est tercia pte metrica q̄ est quarta ps principalis libri. Nūc subsequenter in hac parte quarta metrica que est quinta ⁊ vltima ps libri. ꝓsequendū est de quinto speculo metaphorico qd̄. est vicioꝝ omniū abstersiuū atqʒ penitentie impulsiuū in quo instruit autor scolasticos seu alios quoscūqʒ iugiter speculari ac etiā inde reformari debere. Et hoc innuit in hac quinta et vltima huius libelli parte in primo p̄cepto. Securā quicunqʒ cupis. Cum sequēti. in qua quidē parte. lj. precepta seu documēta virtuosa cōplectuntur et habenť. ¶ Ad cui9 euidentiā est vtiqʒ sciendum ꝙ quanꝙ septem vicia capitalia necnō et alia quāplura ab eisdem dependētia pluribus obsint moribus. idest virtutibʒ vt supius aliqualiter est deductū. reperiunť tamen ꝙ in hoc speculo limpidissimo. scʒ dn̄o nr̄o ihesu xp̄o fluxerūt singulariter duodecim virtutes p quas non solū vicia antedicta absterguňť vel purganť veruʒ etiā omnia alia quecūqʒ sint refelluňť qd̄ tali pōt declaratiōe videri. Tradūt eñ astrologi qd̄ sol p duodecim celi signa ptransiēs. xij. mirabiles opatur effectus ꝙ longe mirabiliori mō sol iusticie xp̄s tam allegorice ꝙ moraliter in medio terre. i. in vita p̄senti opatus est vt patebit p signa singula discurrendo.

¶ Primum nanqʒ celi signum est aries.

Allegorice sol in prima etate fuit in ariete cū abel innocens qui agnū offerens paschalis arietis hostiam prefigurabat ab impio fratre occisus est. Proprietatū vna arietis est. quia sup vnumquodqꝫ latus iacere dicit̄ et equaliter mutat vices quia tantum iacet super latus dextrū quantum super sinistrū. tota em̄ estate iacet in latere vno. et tota hyeme in latere altero. Sic sol existens in illa circularis zodyaci parte q̄ dicitur aries facit equnoctium. idest equales facit dies ꝛ noctes ¶ Moraliter per hoc signū. idest arietē nota primā virtutem. scꝫ fidem perfectā. Quod auté prima fides virtus dicatur ex diffinitione ipsius fidei ꝓbatur. Fides em̄ scd̄m apostolū ad heb. xj. Est substātia sperandarum rerū argumentū non apparentiū. In hac diffinitione fides dicit̄ substātia. idest fundamentū substans edificio spiritnali qd̄ est gratia vl' gloria. ipsa nanqꝫ fides facit aliqual'r res sperandas in nobis subsistere per gratiaꝫ et tandem faciet per gloriam sempiternā. Uel ideo fides est fundamentū gratie vel glorie. quia ipsa primus habitus virtutū est. Primꝰ dico non tpe sed natura. Item fides prima virtus dicit̄ ad instar lapidis ꝓciosi qui inter lapides ꝓciosos ponit̄ primus et coloris viridis esse dicit̄. quia p eum fantasmata effugantur. per hanc em̄ se habet homo equanimiter ad diem prosperitatis et ad noctē aduersitatis. vn̄ vera fides ꝓsperitatem non ambit nec aduersitatē metuit. sicut patet de moyse ad heb. xj. Fide moyses grandis factus negauit se esse filiū filie pharaonis Ecce ꝙ ꝓpter fidem quā habebat prosperitatem nō appetijt et sequit̄ magis eligens affligi cum populo dei ꝛc. Ecce ꝙ aduersitatē non timuit. Per hanc scilicet fidem etiā totus mundus debellatur et vincitur. quia hec est fides nostra que vincit mundū prima Joh. v. c. Cui concordat qd̄ habet̄ in canone suscitantibus. xv. q. vij. ¶ Est tamen hic sciendū ꝙ viri infideles qui hac penitus sunt virtute nudati sūt ligno putrido similes. quia licet de nocte luceat de die tamen putridū esse apparet sed si ad lucem disputationis adducti fuerint et examinati inueniunt̄ penitus nō nulli qui omni sunt scientia destituti. Item quanta mala et picula ex infidelitate ꝓueniant exempla sequētia demōstrant. Nam ob hanc causaꝫ destructe sunt ciuitates. mortui reges. desolate regiones. et varie multis īflicte sunt mortes. exempla de hijs omnibus ad presens subticesco. Dolendū tamen valde est atqꝫ plangendū quia maior fidelitas in brutis animalibus q̄ȝ in hominibus reꝑitur. sicut per sequens exemplū ꝓbatur. ¶ Fuit rome vt narrāt hystorie vnus canis qui dominū suum captum nec in carcere dereliqt. quo ibidē mortuo mestos dans eiulatus. nec ipm̄ mortuum dominū dereliquit. Cui compatientes et fidelitatē bestie attendentes dum panē ei porrigerent canis ad os mgr̄i defuncti deferebat et vt comederet nutibus inuitabat. Sed videns ꝙ ipse non comederet. nec ipse similiter mādućabat sed ieiunus cum eo manebat. Cunqꝫ cadauer in tyberim proijcerent canis vt corpus defuncti sustentaret in flumine se ꝓiecit multitudine romanoꝝ occurrente ad videndum spectaculū fidei animalis. vbi hodie in hominibus tāta fides existit vt in isto cane apparuit. ¶ Per hanc virtuté videlicet fidem infidelitas illi ↄ̄traria vigorose refellitur atqꝫ in terram ꝓsternit̄ quod sic ꝑsuaderi potest. Uirtuti contrariatur viciū. sed fides est virtus cui contrariatur infidelitas. ergo infidelitas est vicium fidei contrariū. immo videtur ꝙ infidelitas non sit viciū fidei contrariū. qnia scd̄m gregoriū septem sunt vicia capitalia ad que omnia pctā reducunt̄. sub nullo autem hoꝝ videtur contineri infidelitas. ergo infidelitas non est vicium fidei contrarium.

¶ Huic cõtrario respondet q infidelitas dupliciter accipi potest. Unomõ scdm puram negationẽ vt dicatr infidelis ex hoc solo q non habet fidẽ. Alio modo potest intelligi infidelitas scdm otrarietatem ad fidẽ quia scz aliquis repugnat auditui fidei vel etiã cõtemnit ipsam. scdm illud ysa. j. Quis credit auditui nostro. et in hoc pprie perficit ratio infidelitatis et scdm hoc est viciũ. Si autẽ accipiat infidelitas scdm negationem purã sicut in illis qui nihil audierunt de fide non habet rõnem pcci. sed magis pene. qr talis ignorantia diuinorum ex pcco primi parẽtis est cõsecuta. Qui aũt sic sunt infideles damnant ppter alia peccata que sine fide remitti non pñt. Hij autẽ damnant ppter infidelitatis pccm. Unde dñs dicit Jo. xv. Si nõ venissem et locut9 eis nõ fuissem pccm non haberẽt. quod exponẽs aug9. dicit et loquit de illo pcco quomodo nõ crediderunt in xpm.

¶ Secũdum celi signum est thaurus.

est ɔsilij et hoc est cōtra auaritiā.xlvij di.c.bonoꝝ.et.c.sic.bij.Septimū donū est sapie.et hoc est cōtra gulā.vñ gusta to spū diuine sapie desipit ois caro. de ɔse.di.v.c.quinqꝫ modis.et.c.ieiuniū.ꝛ c.nihil est.de quibꝫ donis inqt ysa.xj.c. Requiescet sup eum spūs sapie et intel/lectus spūs consilij et fortitudinis spūs scie et pietatis.ꝛ requiescet sup eum spūs timoris dñi.Fac ergo ad ɔsilium auto ris dicētis.Hec pcepta semp relegenda memēto. Itē ysi.ponit.viij.vicꝫ castri mergiā fornicationē phylargiā irā tristi tiam accidiā zenodoxā et supbiam. Et ita plura sunt capitalia vicia q̄ septem Solutio dicend est ad illud qd obijcit de glosa extracta de dictis beati greg . q plura dnt esse q̄ septem vtpote.xiiij Dicend est q numerꝰ ille attendit sm opinionē donoꝝ que attendūtur scdm apparentiā et defectū vel scdm defectū attendunt septem et scdm apparētiam septē. Ex ista vero pte non dicit diffe rentia capitaliū vicioꝝ sed sm numeꝝ amatoꝝ aut fugabiliū sicut infra ōnde tur. Ad aliud vero qd dicit ysi.dicen dum est q ponit dīam inter zenodoxā et supbiam quātū ad hoc q supbia re spicit appetitū excellētie interiꝰ.zeno/doxa vero respicit appetitū excellentie exteriꝰ sm q aliquis vult videri ma/gnus in laude hoim et scdm hoc atten dunt diuersa nascētia ex illis.Silr po/nit dīam inter tristitiā et accidiā. tristi tia vt dicat respectu mali apparētis de quo est dolor vel cuiꝰ est fuga. accidia vero dicat respectu boni apparētis cu ius est appetitꝰ.et scdm hoc assignant diuersa nascētia. vñ de tristitia dicit na sci rancor et pusillanimitas. de accidia vero ociositas.sic ibidem dicit in glosa Inuidia vero sub supbia cōphendit tanq̄ nascens ex ea. ex appetitu em̄ ex cellētie illicito sequit odiū ne alius coe quetur vl excellat et hoc est inuidie. et ideo ibi inuidia tanq̄ nascens de sup/bia computat. Si igit sm aliā rationē accipit ibi numerꝰ capitaliū.et sm aliā s gregorio. vñ nihil ꝓhibet esse alium numerū capitalium ibi ꝛ hic.

iij.precep.quarte par.me.

Despice diuitias si vis animo esse beatus. Quas qui suscipiunt mendicant semp auari. A

Postq̄ autor sup in duobꝫ plibatis pceptis prebuit rudimēta inducētia ad vicioꝝ desertionē ꝛ virtutū acqsitionē p quaꝝ acqsitionē vite securitas et aīi tranqllitas seu felicitas possidētur in generali. Nūc vero in psenti subseque ter pbet nob terciū rudimētū ad ipam felicitatē seu beatitudinē apphēdendā inducēs in spāli dū dic.Despice diuitias qsi velit inuere q si qs velit aīi securi tatē et etiā beatitudinē tanq̄ tpalē q̄ eternā acqrere huiꝰ seculi diuitias con temnat.vñ dñs in euāgelio.Si vis pfe ctus esse vade et vēn. oia q̄ habes ꝛc. Et hoc ē q expositiue vult dicere. Si vis esse beatꝰ animo.qr beatus est sm aug.cui omia optata succedūt.Despice huiꝰ seculi diuitias q̄s.s. diuitias auari .i.cupidi suscipiūt.i.auare ɔgregāt et sp mendicāt.i.in egestate efficiunt quia sp auarꝰ eget. nunq̄ em̄ sm aug .in li.de vera religione ille q cupit vel sequit di uitias potest vite securitatē habere. B Ratio est sm eum.qr auarus oēm crea turam timet. Timet aquā ne mercimo nia mare submergat.Timet ignem ne domū cōburat. Timet terrā ne fruges reddat.Timet aerē ne vētis et pluuiis a lucro suo impediat.sed solūmodo ille q diuitias respuit nihil timet pter deū nec ꝓprie timet.qr pfecta caritas foras mittit timorē.qr timor nō est in carita/te pma.Io.B.iiij.xxiij.q.iiij.qs nos.l.q. v.nō omnis.Et hoc est qd in scdo me tro intēdit autor dū dicit.Quas qui su scipiunt mēdicant sp auari.Quia quāto plus accumulāt tanto plus accumulare inhiant.et sic sp sunt egentes. Reuera si diuites cupidi cōsiderarent picula et mala que ꝓpter diuitias vtplurimū in currunt ipsas diuitias ɔtemnerent. De

hac materia recurre sup in scda phe/ miali pte.§.xlv.qui incipit.Dixi quarto et vltimo q quato plus accumulat rc. ¶ Pro pmissoz intelligetia magis in speciali est de tali qstione querendu vel etia inuestigandu vicz vtru quis in hoc seculo quantumcuqz diues sanus pulcher fortis et bene fortunatus possit esse animo beatus. ¶ Huic quesito p obiectione breuiter rndet. et primo vi detur q no.quia put dicit augus. Nul lus est beatus nisi finitis oibus miserijs sed nullus in psenti sine miserijs est vel esse pot.ergo nullus in psenti est bea/ tus ¶ Itez alia ratione.qr nemo scit an amore vel odio dignus sit.Quilibz ergo sanctus incertus est de beatitudine sua. ergo quilibet sanctus est in timore et mentis angustia. ergo nullus habet ani mi beatitudine. ¶ Preterea miseria est cotraria beatitudini.ergo cum quilibet habeat miseria nullus habet beatitu/ dinem. Itez dicit aplus.Cupio dissolui et esse cum xpo.ergo cum cupe sit desi derium et aplus non habebat quicqd desiderabat.ergo no omnia optata suc cedebant ei.ergo no erat beatus a dif/ finitione. Et si ipse non fuit beatus in psenti. ergo nullus est beatus in psenti. Item videt q augus. repugnet sibijpsi dicit em q beatus est cui omia optata succedat. et ita vult q sufficiat ad hoc q sit beatus q habeat quicqd vult. Ite alij dicunt q beatus est qui habet quic quid vult et nihil mali vult et no suffi cit alteru si concedat. ergo nullus est in psenti vita beatus. In contrariu est q dicit ps. Beatus vir qui timet dnm.et multi timent dnm.ergo multi sunt bea ti.Item apls prima ad corinth.iij.Oia nostra sunt siue paulus siue appollo rc. Sancti ergo habent omnia quicqd vo lunt in psenti.ergo sunt beati. ¶ Solu tio dicendu q circa beatitudine est di/ stinguendu qr duplex est beatitudo p/ fecta et impfecta.beatitudine pfectam habebut sancti in futuro.in psenti non habet beatitudine pfectam.Differt aut beatitudo pfecta ab impfecta dupliciter. Primo qui habet beatitudine pfectam habz actualiter quicqd vult habere vel in psenti vel in futuro. Sed sancti qui habent in psenti impfectam beatitudi nem no habent quicqd volunt habere siue nuc siue in futuro.Non em habet actualiter gratia qua habebunt in futu ro.Scdo modo differt.qr sancti qui ha bent beatitudine impfectaz non habet quicqd volunt siue voluntati simplici seu condictionali.vellent em santi qui mo sunt in isto mudo cras esse in paradiso si deo placeret.sic etia duplex est sabba/ tissimus. scz sabbatissimus pfectus et sabbatissimus impfectus. Sic duplex est beatitudo pfecta et impfecta. Ad pri mum dicendu est q nullus est beatus beatitudine pfecta nisi finitis miserijs de beatitudine pfecta intedit augus. tn beatitudine impfectam hnt nunc sancti cu miserijs corpalibz.Miserie em cor/ pales no sunt cotrarie beatitudini men tis p hanc em declaratione patet solu/ tio ad scdm et ad terciu obiectu. Ad vltimu obiectum rndetur q cum dicit augus.beatus est cui oia optata succedut intelligit de optatis optatone tam sim plici q condictionali et sic coprehendunt illa duo q sunt hic beatus est qui habet quicqd vult et nihil mali vult. De tali aut beatitudie sic impfecta intellexit au tor du dicit.Si vis animo esse beatus.

¶ Quartum preceptu quar/ te partis metrice.

Commoda nature nul/ lo tibi tpe deerunt. Si otentus eo fueris quoqz tpa prebent.

¶ Quartu quod inducit ad vite et animi securitate est supflua sollicitudi nem ac etia inordinata timore comodo rum nature.idest rez pertinentiu ad vi ctum et vestitu a se penitus excludere. Hoc em docet dns et saluator noster sa

cere dicēs illud Math. vj. Nolite solli citi esse dicētes. qd manducabim9 aut bibem9 aut quid opiemur nonne aīma plus est ꝙ esca et corpus ꝙ vestimentum ⁊c. Est autē sciendum ꝙ domin9 et saluator noster ꝓhibet atq; excludit hunc timorē et supfluam sollicitudinē comodoꝝ nature. scdm ꝙ frater iacobus de voragine ordinis ꝑdicatoꝝ ponit in primo sermone dñice tercie post penthecō. vbi dicit ꝙ xp̄s ꝓhibet comodoꝝ nature anxiam et sollicitudinē et hoc p multiplicem similitudinē probare videt. Et primo p similitudinem creature rōnalis de qua ponit duo exempla. vnū cum dicit. Nonne aīa plus est ꝙ corpus. et corp9 plus ꝙ vestimētum. Sup quo verbo dicit glosa. Qui dedit maiora. idest animā et corp9 dabit et minora. sc; escam ⁊ vestes. Et ponit hic tria bona que domin9 dedit. sc; animā corpus et res tpales. anima aūt subijci debet suo supiori. sc; deo ei sup omnia obediēdo. et corpus suo supiori idest anime sibi apte obtpando. et res suis supioribus sc; deo vt paupibus distribuant. et anime vt discrete diligant et corpi vt sibi necessaria ministrentur. Hunc em̄ ordinē auari peruertūt quia eoꝝ diuitie deo minime subijciunt. q2 nihil ex eis paupibus tribuūt. nec aīme quia eas inique diligūt. nec corpi quia corp9 fama et penuria afficiunt. de hoc latius infra in septimo ꝑcepto. Cū fueris locuples. Scdm exemplū qd ponit contra creaturā rationalē est cū dicit. Quis aūt vestꝝ cogitans pōt adijcere ad staturā suam cubitū. vnde dicit glosa. Illi ergo regendi curā relinquite qui illud ad hanc staturā fecit puenire.

B ¶ Pro huī9 glose dicti declaratōne moueri pōt quedam q̄stio quā mouet glosa. vic; vtrum corpa nostra post generalē resurrectionē erunt corpori xp̄i similia. ¶ Huic q̄sito breuiter rñdetur ꝙ illa similitudo quantū ad tria cōsiderari pōt. Primo quātum ad staturā et ad eiusdē glorie conformitatē. et sic est impossibile. q2 nullius gloria potest xp̄i glorie adeq̄ri. q2 gloria erit corporis xp̄i ad instar solis gloria beate virginis ad instar lune gloria sanctorum ad instar stellaruȝ. ¶ De hac triplici similitudine loquitur ap̄lus prima ad corinth. xv. vbi ait. Alia claritas solis. idest xp̄i. Alia lune. idest beate marie. Alia claritas stellaꝝ. i. ceteroꝝ sanctoꝝ. ¶ Scdo hec similitudo ɔsiderari pōt quantū ad eiusdē stature equalitatē. et sic non erit ibi talis silr̄tudo. Et hoc est qd dicit augustinus li. de ciui. dei. si dixerimus ad dñici corporis modū maioꝝ minorūq; corpa redigenda pibit ad multoꝝ corporibus per plurimū cum ipse nec capillū; peritur ū esse pmittat. Uel tercio pōt intelligi quantū ad eandē etatem. et sic erit ibi ista silr̄tudo. Unde subdit aug9. restat ergo vt vnusquisq; recipiat suā mensurā quā habuit in iuuētute si senex est mortu9 vel fuerat habiturus si est ante defunct9. Et ideo nō est dictū ab ap̄lo ad eph. iiij. In mēsuram stature sed in mensurā etatis plenitudinis xp̄i. quia resurgent corpa mortuorum. Et in iuuenili etate ad quā xp̄m peruenisse cognouisset. Hec aug9. ¶ Secundo xp̄s ꝓhibet comodoꝝ sollicitudinem anxiā per similitudinē creature irrōnalis sensibilis cū dicit. Respice volatilia celi ⁊c. Ex hoc vt dicit aug9. quidam dixerūt hominē non debere laborare sed diuine ꝓuidentie se cōmittere de hoc nihil hic. q2 habet sup in. xxxix. prime ptis metrice ꝑcepto. Cōserua potius. in fine. De hac sollicitudine formari pōt ratio. quia qui pascit et nutrit qd est min9 nobile. multo forti9 pascet qd est magis nobile. sed de9 pascit volucres celi absq; omni sollicitudine seminandi. metendi et in horrea ɔgregandi. ergo multo magis pascet vos qui estis rōabiles absq; sollicitudie et anxietate Tercio xp̄s ꝓhibet comodoꝝ nature sollicitudinē anxiā p similitudinē creature vegetabilis cum dicit. Cōsiderate lilia agri quō crescunt nō laborāt neq; C

metent 7c. Sup quo hieronim9. quod sericū que purpura q̄ pictura textum post floribꝫ cōparari liliū induit̄ veste candida. rosa veste purpurea. viola ve ste iacinctina. fenū agri veste viridi. sic et sol veste lucēti. Juxta illud ps. Ami ctus lumie sicut vestimentū. ex hoc cō cludit si similitudinē timorosaꝫ circa in dumēta remittēdo ad ꝯsiderationē in/ dumentoꝝ q̄ date sunt creature vege/ tabili. scꝫ plantis absqꝫ eaꝝ sollicitudie et ꝑ tanto dicit cōsiderate lilia agri 7c. Si ergo deus auctor nature naturalia in orto nascētia vestit folijs et floribus atqꝫ ornat coloribus absqꝫ eoꝝ sollici/ tudine quātū magis vestiet nos filios suos p̄ter sollicitudinē nostrā anxiam. Quarto et vltimo xp̄s ꝯcludit suā in/ tentionē cum dic̄. Scit eñ pater vester celestis q: hijs omnibꝫ indigetis. quasi velit dicere ſm crisostomū ꝙ bon9 p̄r filijs de necessarijs ꝓuidet. cū scit eoꝝ indigentiā. et scit quia hijs scꝫ alimētis indigem9 non expedit ergo tm̄ timere nec suꝑflue sollicitari ꝑ cōmodis natu re q: deus dabit nobis. debem9 ergo de rebus sp̄ualibus esse solliciti speran tes quia tp̄alia nobis ꝓueniunt ad ne/ cessitatē si fecerim9 qd̄ facere debem9 et hoc est qd̄ ꝯcludit dn̄s. Querite pri/ mum regnū dei et iusticiaꝫ eius. et hec omia. scꝫ tp̄alia adijcient vobis. hoc est quod p̄cise intendit hic autor cum dicit Comoda nature. q̄si velit innuere. ꝙ si fueris cōtentus eo scꝫ hijs q̄ natura et vsus hūane vite requirūt et que ad su stentationē sufficiunt comoda. nec vllo tp̄e deficiāt. Unde boeti9. paucis mini misqꝫ cōtenta natura est. Et orati9. la/ trantem stomachū bene lenit cum sale panis. Hoc etiā docet facere ap̄l'us ad phil'. iiij. vbi de seipo dic̄. Scio et min9 habere scio et abūdare vbiqꝫ et in om nibus imbut9 sum et satiari et esurire et abūdare et penuriā pati oīa possum in eo. idest p eum qui me cōfortat. Ha bētur verba trāsumptiue in canone. qd̄ dn̄s. xlj. di. Et hoc est si fueris ꝯtentus West sufficiēs ꝙ nō reqras nisi ꝙ vsus hūane nature postulat et reqrit q: pau cis cōtentus eris. Comoda. i. necessaria hūane nature. i. vtilitates nullo tp̄e tibi deerunt. quia sp̄ habebis sufficiēter. et in hoc stat l'ralis sentētia versuū p̄di/ ctorum. ¶ Pro p̄missorum intelli/ gentia magis in speciali vt circa hanc materiā veritas plenius cognoscat̄ est breuiter de tali q̄stione querendū vicꝫ vtꝝ sollicitudo comodoꝝ nature. i. re/ rum ꝑtinentiū ad victū et vestitū sit li cita. ¶ Hanc questionē ꝑtractat beat9 tho. scd̄a scd̄e. q. lv. Et primo videt̄ ꝙ licitū sit sollicitationē habere de tp̄ali/ bus rebꝫ sollicitudo de opibus miseri cordie laudabil' est. Juxta illud scd̄a ad thi. j. Cuꝫ ad romā venisset sollicite me quesiuit et inuenit. sed sollicitudo rerū tp̄alium qn̄qꝫ ꝑtinet ad opera mis̄cdie. puta cuꝫ quis sollicitudinē adhibet ad ꝓcurandū negotia pupilloꝝ et paupe/ rum. ergo sollicitudo reꝝ tp̄alium non est illicita. Contra Math. vj. Nolite sollicite esse dicētes quid mādwcabim9 aut qd bibemus aut quibus operiemur que tñ necessaria sunt. ergo 7c. ¶ Huic cōtrario r̄ndet ibi beatus tho. dicēs ꝙ sollicitudo reꝝ tp̄alium in tribꝫ casibꝫ pōt esse illicita. Primo ex parte eius de quo sollicitamur. qn̄ scꝫ finem ponim9 in tp̄alibus et nō ordinamus tp̄alia ad finē vlteriorē. scꝫ ad finem eternū. Un̄ aug9 dicit in li. de opibus monachoꝝ. cum dn̄s dicit. Nolite solliciti esse 7c. Dicit christ9 vt non ꝓpter ista intueãn tur nec ꝓpter ista faciant quicqd in e/ uangelij p̄dicatione facere iubentur. ¶ Scd̄o pōt esse illicita sollicitudo rerū tp̄alium ꝓpter suꝑfluum studiū quod apponit̄ ad tp̄alia ꝓcuranda. ita scꝫ ꝙ ꝓpter illā sollicitudinē homo retrahit̄ a sp̄ualibus quibꝫ debet principal'r ser uire. et de tali sollicitudie dicit̄ Math. xiij. ꝙ sollicitudo seculi suffocat verbū. ¶ Tercio ex p̄te timoris imoderati. scꝫ qn̄ aliqs timet ne faciendo qd̄ ꝺꝫ neces saria sibi nō sufficiāt vl' deficiāt. et hāc sollicitudinē xp̄s excludit Math. vj. in expositione metroꝝ p̄dictoꝝ suꝑ scrip

ta.vbi aūt non sit aliqs defectus ꝓpi-ctorū sollicitudo tpalium nō est illicita omibus regulariter. ¶ Ad argumētum in contrariū dicendū est ꝙ sollicitudo rex tpalium in opibus miscdie non est illicita. qꝛ ordinat̄ ad finē caritatis.scꝫ ad dilectionē ꝓximi. vt autē in futuro sollicitudo sit licita. Uide banc questionem supra in parte ꝓsayca pcepto. xxviij. Tu te cōsule.in vltima qstione. et ibi require si placet.

¶ Quintū preceptum quarte partis metrice.

Cum sis incautus nec rem rōne gubernas. Noli fortunā que nō est dicere cecam.

A ¶ Quintū quod inducit ad vite et animi securitatēꝫ est vt quis caueat ab hijs p que actꝰ virtutū impediri valēt nā maloꝝ que homi vitanda occurrūt quedā sunt q̄ vt in pluribꝫ accidere solent.et talia compbendi non pñt.et contra hoc ordinat̄ cautio q̄ inter ptes prudentie cōnumerat̄ septima.vt totaliter vitent̄ et hoc vt minꝰ noceant. Quedā vero sunt q̄ in paucioribꝫ casualr̄ accidunt.et hec cū sint infinita recte compbendi non pñt.nec hō sufficiēter ea precauere pōt. ideo qꝛ per officiū prudētie homo ɔtra omnes fortune insultꝰ disponere sic se debet vt minus ledat̄. et hoc est qd̄ in p̄senti pcepto vult autor vnūquēqꝫ a tali negligentia ⁊ indiscretione pcauere dū dicit. Cū sis incautus. Quasi velit innuere. cū teipsum et tua q̄ habes qñqꝫ indiscrete dispenses noli fortunā incusare et eaꝫ dicere cecā que nō est ceca licꝫ ceca a poetis depingat̄. Homo vero cecus est qui ita munit se dū est in ꝓsperitate ꝙ tp̄us imminētis aduersitatis nō timeat Juxta illud eccī. xj. Memēto paupꝛtatis in die abundātie et in die bonoꝝ ne imemoꝛ sis malorum. ¶ Uel exponi pōt aliter vt dicatur. Nō dicas fortunā cecam q̄ non est. idest q̄ nihil est scd̄m ꝙ pbat boetius in scd̄o de conso.dicēs ꝙ nihil est fortuna nisi s̄m opinionē vulgi.et hoc est. Cū sis incautꝰ.i.inprouidꝰ in tuis factis. Nec gubernas rē.i.regas.scꝫ rōne idest scd̄m rōnem. Noli dicere fortunā idest rei euentū.cecā.i.inprouidaꝫ malā que nō est ceca. vel que reuera nō est. ¶ Sed nota s̄m canones ꝙ ad cautelam futuroꝝ adhibendā sex requirunt̄ Primo noui iuris ꝓmulgatio.vt notatur.xxiij.di.c.j. Scd̄o spālis ꝓhibitio. vt di.lxxxix.decēter. Tercio spālis libelli cōscriptio.vt.j.q.vij. saluberrimi. Quarto spālia iuramenta.vt.viij.q.iij. artaldus. Quinto spālis ꝓfectio.vt di. xxviij.p̄sbiteri. Sexto spālis cautio.vt di.xxviij.de siracusane. ¶ Si curiosus velit de fortuna bona et mala vberius pquirere et qd circa hoc tenendū sit videat q̄ summati p aristotelē describuntur in li.de bona fortuna.c.j.q̄ supra posui in.xviij.prime ptis metrice pcepto. Cum fueris felix.in fine. et etiaꝫ multa alia q̄ ibi tangunt̄ que multū faciūt ad p̄sentē materiā. ¶ Pro pꝛimi metri intelligētia magis in speciali est de infra scripto dubitabili pquirendū vel inuestigandū. vicꝫ qs magis peccat an auarus qui omia retinet.an ꝓdigus qui incaute omia tribuit nec aliqd recte gubernat. ¶ Huic q̄sito breuiter rñdetur ꝙ ꝓdigus quāuis tanquā incautus sit nihil rōne gubernās sed omia tribuēs nō videt̄ peccare sed magis aggredi pfectionē euāgelij et xp̄i ɔsiliū adiplere. ergo dare qd̄ dandū est cū ceteris circūstātijs debitis et sic hn̄s tm̄ vnū extremū. Dicūt docto. ꝙ dare oia ꝓpter xp̄ꝫ nō dicit extremū scd̄m supfluitatē sed magis pfectioneꝫ s̄m ꝙ dicit̄ Math. xix. sed ibi est extremū scd̄m supfluitatem sic dare omia ꝓpter fineꝫ tpalem vel ꝓpter questū vel honorē vel laudē vel aliqd̄ hmōi.et ita dare omia et par esse pfectionis actus idē est.non aūt sic est de hoc qd̄ est retinere omnia vt sic

B

ad

di

tio

C

esset altera differentia. ¶ Pro scdi etiã metri intelligẽtia magis in speciali est de infra scripto dubitabili ꝑquirendũ vel investigandũ vicꝫ. vtrum fortuna sit ceca. ¶ Huic q̃sito breuiter ꝑ obiectionem r̃nderi põt. Et primo videt̃ ꝙ fortuna nõ sit dicenda ceca tali rõne. qꝛ illa res vel virtꝰ non est ceca q̃ habet vim diuinatiuã prudentum et sapientũ ac etiã exptorum. nam diuinare vel ꝓphetisare videre est. vñ dicit̃. j. Regũ. ix. ꝙ ꝓpheta dicebat̃ olim vidẽs. sed vt dicit aristoteles in libello de bona fortuna circa finẽ. bona fortuna excedit in diuinando prudentiã et expientiã omniũ sapientũ et vt dicit ibi. bene fortunati meli9 diuinãt et vaticinant̃ de fine et citius q̃ꝫ sapiẽtes et prudẽtes. ergo bene fortunati nõ sunt ceci. et ꝑ consequens bona fortuna nõ est ceca. ¶ Confirmatur hec rõ ꝑ prudẽtis ethimologiã. Nã prudẽs dicit̃ ꝓcul vel plura vidẽs cũm ergo plura videre nõ sit esse cecũ sed bona fortuna excedit diuinatõnem prudentũ. sequit̃ ꝙ bona fortuna non solũ non sit ceca sed vt sit plura vidẽs q̃ꝫ prudẽtes. ¶ In contrariũ est boetiꝰ in principio scdi libri de ꝯso. dicẽs. Non dum deprehendisti ceci numis ambiguos vultus. Obmissis oĩbus opinionibꝫ aristotelis necnõ et aliorum phorum huic opinioni breuiter r̃ndetur ꝙ ꝯcedit̃ ꝙ bona fortuna habito respectu ad deuꝫ mouẽtem bñ fortunatũ ad bonũ finẽ non est censenda ceca. sed ip̃a fortuna virtutẽ diuinatiuã q̃ diuinatõnem oĩm sapientũ excedit ac etiã prudentũ et expertorum. homĩes em̃ non hñt ꝑ se notitiam de futuris sed hñt alias ꝑ longã expientiã si diu vixerit aut ꝓpter hoc qd̃ acta preterita ab hijs didicerũt aut etiã ꝓpter ꝯsuetudinẽ cõsiliandi. deus autẽ habet diuinatiõnẽ de futuris ꝑ se non ꝓpter expientiã nec ꝓpter doctrinam ab alio acceptã. nec ꝓpter ꝯsuetudinem. qꝛ vt dicit aristoteles diuinatiã bene fortunatorum excedat diuinatõnem prudentũ et exptorum. qꝛ hec diuina illa humana. et sic patet veritas quesiti.

¶ Sextum preceptuꝫ quarte partis metrice.

Dilige denarium sed
parce dilige formam
Quã nemo sanctus
nec honestus cupit haberi.

¶ Sextũ qd̃ inducit ad animi et vite securitateꝫ est pecunie vel denariorum abdicatio seu ipsorum moderata dilectio hoc autor ꝑ p̃sens p̃ceptũ facere docet dũ dicit. Dilige denariũ. q̃si velit innuere ꝙ illud qd̃ maxime impedit et vite securitatẽ aufert est ĩmoderatus amor diuitiarũ p̃cipue artificialiũ. Et qꝛ diuitie pñt se referre et ad naturales et artificiales vtputa ad denariũ vel pecuniã ideo hic specifice artificiales scꝫ denariũ et pecuniã p̃cipit euitare. qui quidẽ denarij scd̃m phm primo pollitico orum ordinati sunt ad naturales vt ꝑ cõmutationes hominũ indigentias tollerẽt. dicit ergo. Dilige denariũ. Sed quõ diligere debes certe moderate ad hunc finẽ vicꝫ. vt tibi emas q̃ sunt vite necessaria. nõ autẽ q̃rere debes vt tanq̃ꝫ auarus cumulũ facias. qꝛ nullus hõ bonestus ita cumulat nec optat habere ad hunc finem scꝫ. vt cumulet et seruet. et ꝓpterea dic̃. Sed parce dilige formã. idest actũ vel esse ipsiꝰ denarij. nã forma est q̃ dat rei esse et actũ. vt patet. ij. phisicorum. vel formã. idest cõpositioneꝫ eam videlicet inspiciẽdo et ipsius formam venerãdo. q̃si velit dicere ꝙ ille qui denarios colligit et collectos quasi sacrosanctũ veneratur et conseruat. hic ĩmoderate et non parce diligit. Denarius autem apud antiquos decẽ nummus cõputabat̃. vñ denarius q̃si decenarius dicit̃. sed ꝓprie accipit̃ illud qd̃ est pes ponderis scꝫ scrupulꝰ. Sed sunt nõnulli qui ita ĩmoderate diligũt denarium ꝙ ip̃m pro deo colũt. Nam sic di

cit aug9.hoc ab homie colit q p cete/ ris diligit. Supbus igit p deo habet supbiam.luxuriosus luxuriā.gulos9 gu B lam.iracūdus iram. auarus pecuniā vl auariciā.De hac dicit aplus ad coll.iij. Auaritia q ydolo est seruitus et facit qd legitur z notat in decre.auaritie.de pben.in princi.Unde ambrosi9 sup illo verbo euangelij homis cuiusdā attulit ager fructus vberes sic dicit.Hij qui p insaniā mente trāslati sunt nō iam res ipsas sed fantasias passionis sue vidēt. Ita etiā mens auari sp vinculis cupiditatis astricta semp aurū semp argentū videt sp redditus cōputat gratiq intuetur aurū q solem.Trāsumptiue habētur verba in canone. sicut hij.xlviij.di. C Ad hoc optime facit exemplū illius auari diuitis q denarios p deo colebat Cum aūt quadā vice vxorē et filios ad uocasset et thesaurū suū corā eo auferri fecisset et eum sup capitib3 extendi fecisset vxorē filiū et filiā et familiā extra camerā exire fecit ostiūq3 clausit. tunc familiares p forамē aspiciētes quid facere vellet viderūt q ille auro et argēto genua flectēs ipsam pecuniā adorabat dicēs.vos estis spes et glīa mea et refugiū meū ab alio deo nō quero adiutorium.et pstrauit se sup thesaurū se extendēs.Et ecce inter alios vidit vnū denariū aureū valde pulchrū et allo/ quens ipi floreno ait.q pulcher es multum credo q bon9 sis ad comedendū posuitq3 in ore et ipm trāsglutiuit. Itē aliū maiorē vidit et etiā esse pulchriorē eum ɔcupiuit et fecit silr.Postea vidit terciū adhuc maiorē et intra se dixit an si tu possis istū deglutire multū plus valeres.posuit eū in ore et venit vsq3 ad guttur.sed pp̄ter ipsius latitudinē non eū deglutire potuit et sic suffocat9 est et ei9 aīa statim fuit in inferno sepulta et corp9 iacens sup denariū inuentum est mortuū. C Sic pculdubio cōtinget hijs qui denariū plus q deū et animā diligūt. vnde vnicuiq3 taliū dici pōt q Simonimago dixit beat9 petrus. Pecunia tua tecū sit in pditione tua. Actuū. viij.c.Trāsumptiue.xxviij.di.q inter/ rogasti.v.nam si.et.c.palea.et hoc totū ad primū ptinet metrū. C Pro intel C ligentia etiā scdi metri z obseruātia est breuiter annotādum illud q circa hoc in exemplū ostendit dns et saluator nr q fuit et est sanct9 sanctorū atq3 totius honestatis fons et origo qui sua bonitate et sanctitate viā pfectionis docuit et maxime pecuniā ɔtemnere tanq illud ppt qd reddebat hō difficilis ad introitū regni celestis.vt habet Mat. xix.vbi dicit q difficile est qui pecuniā habēt intrare in regnū celorū. Similr interdixit aplos pecuniā possidere qn eos ad predicandū misit Math.vj.et ɔuocauit duodecim et pcepit eis ne aliquid tollerēt in via nō virgam nō peram nō panem zc.Item Math.x.vbi dicit sic.Et cōuocatis duodeci discipul suis zc.statim sequit hos duodeci xps misit eis pcipiens nolite possidere aurū et argentū nec pecuniā in zonis vestris Et idem habet Luce.ix.vbi ait discipul Nihil tuleritis in via neq3 virgā neq3 panē neq3 pecuniā. cum ergo ipe omia ad pfectionē ptinētia q alijs dedit sub pcepto vel ɔsilia seruauerit. Iux illud actuū.vij.c.Cepit ihus facere et docere ɔsequens est q ipse pecuniā nō habers inquantū viā pfectionis dnōit licet oculos habuerit infirmis condescendo.

C Pro pmissorū intelligētia magis in spāli est de infra scripta qōne querēdum q etiā mouet crisosto°. vic3 quare auar9 inordinate diligens pecuniā siue denariū ydolatre cōparet et auaricia cōparat ydolatrie cū aplus ad coll.iij. dicit auaricia que est ydolorū seruitus. Et glosa dicat q tam fugiēda est sicut ydolatria cui silr et par viciū est q rebus p deo seruit recte ydolatrie comparat auaritiā que nō est dispar malicia. Itē ysa.iij. Repleta est terra argento et auro glosa inter ydola auaricia cōputatur.Sic ergo vel est ydolatria vel ps ydolatrie z tm peccatū quantū ydo

latria. ¶ Contra auaricia est contra humanā equitatē sed ydolatria est contra diuinā maiestatem ꝙ patet ꝑ illud qđ dicitur ad ephe. v. Ydolatria dei honorificentiam vsurpat et sibi vendicat. ergo hec non est illa nec ꝑs illius. ergo non est tm̄ pcc̄m. Huic opposition̄i taliter respondet ꝙ vere concedit ꝙ ydolatria nō coequat auaricie in quātitate peccati. Unde dicitur ad illud ꝙ nō est equalitas vel cōpatio in ꝓporciōe sed in ꝓporcionalitate vt vult crisostomꝰ qm̄ sicut ydolatria se habet ad ydolū. sic in quadā similitudine auarꝰ ad nūmum vel denarium. Et postmodū respondet sic multi habēt pecunias et eis vti non audēt sed vt sacra deponūt ad nepotes et ꝓnepotes intactas trāsmittunt libentiꝰ oculos traderent ꝙ̄ hoc sculptile illi in multis nō obediūt ydolo. hij autē subijciūtur pecunie illi autē sculptilibꝫ oues et boues imolant auaricia dicit. imola mihi tuā ipsius aīam. ¶ Nota ergo similitudinē qꝛ sicut beati viri venerant̄ religas sanctoꝝ nec eas pre reuerētia tangere audēt. sic et auarus se habet respectu pecunie. Et iterū qm̄ in imolatōne excedit auarus ydolatras. plus em̄ est ymolare se ꝙ̄ sua. ¶ Aliter em̄ exponit̄ illa ꝓporcionalitas. Ad ephe. v. sic dicēdo. Auaricia eq̄ta est ydolatrie. quia sicut ydolatria dei honorificentiā vsurpat et sibi vendicat ita auarꝰ inordinate denarium diligēs res dei quas deꝰ seruare vult indigentibus vsurpat sibi et recōdit. Aliter em̄ exponit glosa sup illud ad coll'. iij. sicut ydolatria nititur deo auferre gloriā ne solus nomē diuinitatis habeat. ita auarus in diuitijs se extēdit vt solus vsurpet que deus ꝓ omnibus fecit. ¶ Ad illud quod obicit̄ de seruitute r̄ndetur ꝯcedendo ꝙ et si nō simpliciter tn̄ quo ad hoc est ydolatrie effectus in oī peccato qm̄ ibi preponit̄ in dilectiōe bonū cōmutabile incōmutabili bono quo ad effectum. licet nō quo ad intellectū seu extimationem.

¶ Septimū preceptū quarte partis metrice.

Cum fueris locuples corpus curare memēto. Eger diues habet nummos sed nō habet seipsum.

¶ Septimū qđ inducere habet ad vite et animi securitatē et corꝑales egritudines non multū timere sed cū aduenerint pacienter tollerare. et ipsas debito mō curari facere nec in hoc auarus debet esse vel remissus et quēadmodum virtutes animā habēt a morbo spūali ꝯseruare. ita corꝑales medicine debito modo sumpte habēt corpus ꝯseruare a morbo corꝑali. et in hoc inducit autor vnumquēqꝫ et maxime locupletē et diuitem ꝗ hoc melius ꝙ̄ alius facere pōt dū dicit. Cum fueris locuples ꝛc̄. quasi velit innuere. Cū fueris locuples. idest diues. Locuples dicit̄ locus et plenus. vel locꝰ et plura tenēs. qꝛ multa habꝫ loca denarioꝝ plena. Uñ loculi dicunt̄ sacci in quibꝫ nummi reponunt̄. vel qꝛ plura loca habet. s. agros et villas. memento ergo curare corpꝰ. hoc est salutem corpis ꝯseruare. et hoc maxime cū fueris locuples quia eger diues habet nūmos sed non habet seipm̄. Ratio est qꝛ nummi nō curant defectū egri. Eger dicit̄ qui aliquādo accidētaliter infirmitate grauat̄. Egrotus vero qui diu languet. et talis eger licꝫ diues sit nummis. tamē reuera paup est eo ꝙ seipm̄ nō habet. qꝛ prius ꝑmitteret se mori ꝙ̄ aliquā de nūmis ꝓ ipsius salute expendere vellet. Exēplo illius auari qui maluit oculū perdere ꝙ̄ medico florenum dare. Et ideo quia talis ex auaricia corpus suū negligit. ideo diuersas infirmitates incurrit qđ valde est detestabile Juxta illud ecci. xiiij. Qui sibi nequam est quomodo alijs bonus esse potest.

Ad hoc bene facit quod habet s.in quarto huius ptis pcepto.Cōmoda nature.in prima similitudine.Si curiosus perscrutari velit remedia sive modos conservandi se in sospitate longeva recurrat ad.iiij. librum secretorum aristo. qz ibi ponit plura documenta et remedia salubria et sufficiat pronunc remissio

C ¶ Vel aliter.s.moraliter exponi pōt vt dicat q eger diues habet nūmos sz non hz seipm.hoc est dicere q si in egritudine nō hz pacientie longanimitatē et mentis transquillitatem de hoc grās deo referendo nō dicit seipm habere ex eo q corpis desideria totaliter velit adimplere que omnino in egro maxie destruenda sunt. S c.n.magno et forti medicamine egritudo.s. curat Ita egritudine corpis vicia retundūtur tunc.n.eger dei filiū se sentiat qn discipline cū flagello castigat. pner.xx.Liuor vulneris astringet mala hec.n.est magna virtus qn in infirmitatibus tollerātia fuerit r grāz actiōes mittunt ad deū.vn in vita patrū li.ij.pte.j.enarratur q quidā sanctus abbas dixit tres ordines in cōspectu dei honorabiles eē Primus qn opa sua munda facit coraz deo nihil hñs humanum .Secundus quando aliquis sedet in subiectiōe patris spiritualis et in omnibus ppriis renunciat voluptatibus. Tertius quando homo infirmatur r adiciuntur ei temptatiōes quas cum gratiarum actione

D suscipit. ¶ Quāte aūt vrtutis et meriti sit in egroto virtus pacientie docz beatus dñicus in miraculo illius sancte monialis que paciebat in mamilla horribilem infirmitatem vermiū de ipsius pectore saturientium. Confortante eaz beato dominico ad pacientiam quā si haberet omnes illi vermes in lapides preciosos converterētur illa subrisit nolens ei credere.beatus dominicus certnens hoc:duo de illis vermibus sibi dari fecit qui ad oratione suaz in duos lapides preciosos sunt conuersi in saphirum et smaragdum tūc illa hoc certnens pacientissime infirmitatem suam tollerauit. Et ex hoc nulli dubium est q omēs illi vermes in celesti gloria in lapides preciosos sunt cōuersi. De materia duplicis egritudinis tam spūalis q̄ corporalis r de ipsaz egritudinum remediis vide ad plenum.s.in quarto secunde partis metrice precepto. Sic tibi precipue quod primū est cura salutis.Et quod hic de materia deficit ibidem suppletur.

¶ Octauum preceptum quarte partis metrice.

Verbera cū tuleris discēs aliqn magistri.
Fer patris imperiū cum verbis exit in iram. A

¶ Octauum quod inducit ad vite et animi securitatem est indignationes atqz paternam iram p humilem supportationem mitigare. ¶ Hoc autē autor p presens preceptuz facere docet dū dicit.Verbera cū tuleris rc.Quasi velit autor innuere.cum pater tuus cōtra te in aliqua causa ē iratus noli sibi contradicere nec etiā eidem dure vel aspere rñdere sed euz humiliter debes tollerare. quia sic tacendo et quod imperat faciendo eius ira ↄquiescit. iuxta illud eccl.xiij.Dulcis smo frangit iraz hoc.n.exemplo magistri te aliquando disciplinantis pbare nititur dū in primo metro dicit. Verbera cum tuleris B discens aliqn magistri Quasi vellit dicere.si.n.pacienter aliquādo sustinuisti verbera magistri quando te docebat multo magis sustinere debes verbera patris irati.quia ex hoc vt dictū est eius ira conquiescit.Ad hoc.n.exequendum inducit nos sapientissimus salomon eccl.iij.c.dicens. Qui honorat patrem suum vita viuet longiore et qui obedit patri refrigerabit matrem.qui

timet dominum honorat parentes et
quasi dominus seruiet hiis qui se ge-
nuerunt in opere et sermõe et in omni
paciencia. et hoc facit ad ppositum. se
quitur. Ne glorieris in contumelia pa
tris tui non est enim tibi gloria sed cõ
fusio. gloria enim hominis ex honore
patris sui et dedecus filii pater sine ho
nore. Hoc etiã preceptũ inducit ad ob
seruantiam primi secunde tabule pre-
cepti. Honora patrem tuum. Exo. xx.
per quod preceptum securitas vite p
mittitur obseruantibus illud dum di-
E citur. Honora patrez et matrem si vis
esse longeuus super terraz. ¶ Pro
premissorum metrorum intelligentia ac
etiaz obseruantia est breuiter sciendũ
q phus. ix. ethicorum circa principiuz
dicit q tria sunt genera personarũ qui
bus nunq potest reddi equiualẽs ser
uicium vel premiuz. Primo deo a quo
et per quem habemus esse diuinũ esse
rationale per quem differimus a be-
stiis nullo quis eidem satisfacere pos-
set merito ppterea debet ei filialis ti
mor et amor. vnde de tali beneficio li
bro de spiritu et anima in persona to
tius humani generis loquitur augusti
nus dicens. Miser ego quantum de-
berem diligere deum meuz qui me fe
cit cum non eram. me redemit cum p
ieram. non enim aliquid eram et de ni
hilo me fecit non arborem non lapidẽ
non aliquid de animalibus sed homi
nem me voluit esse. dedit mihi viuere
sentire et discernere ꝛc. quod facit ad
ppositum. ¶ Secundo magistro
qui docet scientiam et doctrinam quia
cum toto mundi thesauro scientia nul
latenus emi posset et ppterea ei debe
tur reuerentialis honor. vnde super il
lud apostoli ad hebre. xii. Patres car-
nis nostre huius eruditores et reuere
bamur eos. Dicit glosa reuerẽtia est cũ
timore eis honorem impendere.
D ¶ Tertio parentibus a quibus ha
bemus totuz esse nature. quis enĩ eme
re posset oculum vel manuz pecunia?
Certe non cum toto mundi thesauro
emere posset. vnde. ix. ethicorum dicit
phus q magnis diis. i. magistris ꝛ pa
rentibus non potest reddi equiualens
Unde inter cetera ad que tenetur fi-
lius patri tenetur in duobus. Primo
in verbis reuerentiam. Secundo in of
fensis veniam et tunc pacienter tollen
di sunt parentes et cum omni benigni
tate et supportatione vincendi. Quo-
modo autem ira parentum necnon et
omnium superiorum tolleranda sit et
mitiganda et quibus modis vide supra
in. xliii. prose precepto. Iracundiam tem
pora. De materia vide supra in secũdo
prose precepto. Parentes ama ꝛc. ꝛ. lii.
prose precepto. Pacienter vince paren-
tes. et supra in tertia pte metrica. xxvi.
precepto. Dilige non egra et quod hic
deficit multipliciter suppletur ibidem.

¶ Nonum autoris prece
ptũ quarte partis metrice

Res age que prosunt
rursus vitare memẽ
to. In quibus error
inẽ nec spes ẽ certa laboris

¶ Nonum quod inducere habet A
ad vite et animi securitatem est vani
operis et frustratorii obmissio quia p
hoc excluditur mali finis timor quia si
feceris opera que sint de genere bo-
norum illa bonum procul dubio conse
quentur finem et ad exequendum hoc
autor p presens preceptum inducit dũ
dicit. Res age q̃ psunt. Quasi velit in
nuere. q facere debes talia opera que
fructum afferant bonum et contraria
penitus euitare ꝛ hoc est quod expo-
sitiue vult dicere. Age res que psunt
tibi vel etiam aliis. Rursus memento
vitare ea in quibus error inest. id est ð
quibus laboris fructum non speras ꝛ
ideo sequitur. Nec est spes certa laboris

C Pro premissorum intelligentia et obseruantia est breuiter sciendum q de iure canonum in omni opere vel negotio tria sunt maxime attendenda vicz qd liceat fm equitate quod doceat fm honestatem et quod expediat fm vtilitatem. hec tria habentur in decret. magne. de vo. et vo. re. extra. Et fm hec tria autor tangit hic tria operum genera. C Primo tangit opera fructuosa et meritoria que ex tanto sunt amplectenda. Et ad hoc faciendum in primo metro dicit. Res age que prosunt. C Ad cuius euidentiam est sciendum q doctores asserunt nullum opus fructuosum esse nisi sit virtuosum et meritorium. C Ad hoc autez vt opera sint meritoria tria specialiter requiruntur. Primo q sint facta in caritate qr opera que extra caritatem fiunt mortua sunt et carboni extincto similia. Scdo q fiant ex caritate multa enim sunt in caritate que meritoria nõ sunt quia ex caritate non fiunt. id est quia non referuntur ad deum nec ad summũ finem ordinantur. verbi gratia ego ambulo et sum in caritate. sed ambulationem meam non ordino in deũ mediate vel imediate sed forte solum vt consequar sanitatem. vt patet de naaman principe syrie qui venit ad heliseum pphetam vt consequeretur sanitatez vt. iiij. regum. v. capitulo. declarat historia. Unde talis ambulatio licet facta sit in caritate non tamen est facta ex caritate. C Tertio oportet q opera sint talia q merito possint ad bonum finẽ referri. hoc est per bonam intentionẽ et ideo dico quia mala nõ possunt bona intentione principaliter fieri nisi forte aliquis male agens aliquando intẽdat ad bonum non tamen principaliter sed secundario et incidenter pter qd ista intentio bona non dat bonitatem alicui malo sed econtra ille actus difformat illam intentionem. C Secũdo autor tangit erronea opera falsa et deceptoria et talia cauenda sunt et fugienda et hoc facit cum dicit. Memento rursus vitare in quibus error inest Isti aũt errores specialiter sunt qui cõtra precepta moralia fiunt de quib9. s. in quarta prohemiali parte. §. ij. vltra mediũ. C Tertio autor tangit opa vana et frustratoria que similiter sunt spernenda. et hoc facere docet in eo q dicit. Nec spes est certa laboris. supple illa ergo Uitare memẽto. De quadruplici frustratorio labore vide. s. xvj. tertie partis metrice precepto. Quod potes id tẽpta. in expositione secundi metri et ibi require si placet. C Pro pmissorum declaratione magis in speciali est de aliquibus dubitabilib9 que rendum vtrum bona opera extra caritatez facta sint meritoria? Et primo videtur q sic quia sicut dicit augustinus nullum malum impunitum nec vllum bonum irremuneratum ergo omni bono debetur merces aliqua. Contra peccator non est dignus pane quo vescitur ergo si peccator non est dignus viuere multo minus est dignus remuneratione. C Huic opinioni breuiter respondetur q aliqui dicunt q peccator nihil omnino meretur apud deum nec ex congruo nec ex condigno sed tamẽ deus ratione sue habundantissime largitatis bona illius et opera nõ irremunerata dimittit et ex hoc patet q bonum est peccatori semper bonum operari licet non sit iustum sed potius ipm remunerari benignum. C Alij vero pbabilius dicunt q est mereri de cõgruo et de condigno ã pctõr aliqd opus bonum in genere aliquando facit ad ppriam gloriam vt cum dat elemosynam pter vanaz gloriã ex quo non meretur gloriam sed penam qm male fit. C Aliquando ad dei gloriam vt cum dat amore dei quod esse non potest sine gratia gratis data que disponit de congruo ad gratiam gratum facientem quem deus aliquo mõ acceptat et sic meretur d congruo gratiam gratum facientem quod meritum

compatum merito caritatis impropor
tionabile est sicut linea latitudinis sup
ficiei. vnde sicut linea nihil est in com
patione ad superficiem tamen aliquid
est in se. sic peccator in compatione ad
iustum. ¶ Secundo queritur vtrũ
opera bona extra caritatem existentia
adueniente caritate per penitentiam re
uiuiscant. Huic quesito breuissime re/
spondet ray. dicens. ꝙ opera viua que
facta fuerunt in caritate mortificantur
per sequens mortale. et si sequatur pe
nitentia reuiuiscũt. Illa vero que nũꝗ
viua fuerunt puta que in mortali pec
cato facta sunt viuere non possunt q2
mortua nata fuerunt. Hanc etiam sen/
tentiam approbat beatus thomas in
iiij. di. xxiiij. ¶ Tertio querit̃ vtrũ
bona opera in mortali peccato facta
aliquem operentur effectuz. Huic que
sito breuissime respondet idem ray. ꝙ
ꝗuis non valeant directe ad vitã eter
nam valent tamen ad alia quinqz.
Primo ad tollerabilius futurum iudi
cium subeundum. de pe. di. iij. si quis
autem. Secundo ad temporalem pro
speritatẽ. de pe. di. iij. cauendũ. et. xxij.
q. ij. si quelibz. Tertio ad hoc ꝙ quis
citius ad pniam illustretur. de pe. di. v.
falsas. in fi. Quarto ad assuefactionẽ
bonorum operum sicut olim faciebat
beatus Johannes. de conse. di. iiij. non
regenerabantur. Quinto quia dyabo
lus non habet in eum tantam potesta
tem quantum haberet si bona opera
non faceret sic̃ refert gregorius in dya
logo d̃ iudeo q muniuerat se signo cru
cis et tunc demones sibi minime po/
tuerũt nocere dicentes inuenimꝰ vas
vacuum sed signatum et sic patet ve/
ritas quesitorum.

¶ Decimum preceptum quarte partis metrice.

Quod donare potes gratis cõcede rogãti
Nam recte fecisse bonis in parte lucrosum est.

¶ Decimum quod inducere habet
ad vite et animi securitatez est petenti A
ac etiam roganti se liberalem exhibe/
re et petita gratis concedere quia hoc
non est perdere sed lucrari. Et ad hoc
exequendum per presens preceptuz in B
ducit nos autor dum dicit. Quod do/
nare potes ꝛc̃. Hec littera diuersimo/
de exponi potest. Primo sic exponatur
Quod donare potes ꝛc̃. scilicet ſm tuã
possibilitatem et cõmoditatem hoc ec̃
videtur iura dicere. ¶ Circa quod
notandum est ꝙ quis dicitur aliquid
posse quatuor modis. vnde ex hoc ta
les dantur versus. Posse quidem re/
bus dant ius natura potestas. Officij
meritum quantum diuina voluntas.
Hec ergo dictio posse quãdoqz simul
denotat potentiam iuris vel facti ſm
ꝙ notatur in decret. sciscitatꝰ. de. R̃p.
Quandoqz potentiam facti tantuz vt
in canone moyses. viij. q. j. Quandoqz
refertur ad honestatem. vt in canone.
caritas. de pe. di. ij. Quandoqz cõmodi
tatem. vt. ff. de ver. sig. l. nepos ꝓculo.
¶ Secundo exponi potest vt dicat̃
Quod donare potes. scilicet iuste et d̃
tuo ꝓprio et non de alieno quia non
est alteri auferendum vnde alteri tri/
buas nec etiam te misericordem d̃ alie
nis spolijs ostendere debes. nihil eniz
prodest si alterum reficis vnde aliuz in
anem facis. Condemnat ista miseratio
non ꝓpiciatur talis misericordia pec/
cata non purgat sed ampliat. hanc ysi/
dori sententiam augustinus in omelia
approbare videtur dicens. Forte quis
cogitat et dicit multi sunt christiani di
uites auari cupidi non habeo peccatũ
si suum illis abstulero et pauperibꝰ de
dero. vnde enim nil boni agunt merce
dem habere potero sed huiusmodi co

gitatio dyaboli calliditate suggeritur. nam si totum tribuat qd abstulerit ad dit potius peccatum q̃ minuat.
Transumptiue habentur verba in canone.forte.xiiij.q.v. Item etiam qui aliquid male accipit vt bene dispenset grauatur potius q̃ iuuetur.j.q.iij.c. ex multis. ¶ Ad hoc bene facit questio constantini imperatoris qui donauit ecclesie romane romam cum ceteris prouincijs.vtrum talis donatio per dictum constantinum facta ecclesie romane in persona beati siluestri de qua xcvj.di.constantinus palea est valuerit. et an successor illam reuocare possit vel potuerit? Hanc questionem pertractauit dātleligerij d florētia poeta vulgaris in monarchia sua et her.in sūma pluribus rationibus pbare ibidem nititur q non tenet donatio taliter facta quas rationes frater guido vernarius ordinis fratrum predicatorum reprobat euidenter quas ad presens transeo gratia breuitatis quam danti opi.etiam approbat accursius in auc.quo quomō oportet epi.post principiū. Sed ihoes contra qui hoc notauit.lxiij.di.ego ludouicus q valuerit et sic irreuocabilis Ad hoc facit decret. fundamenta.§.ne autem.d elec.li.vj.Et clemen. romani principes.de iureiur. Et facit etiam qd notat hosti.in sūma.de imunitate. r.§. penultimo ad finem. ¶ Sequitur in metro.Gratis cōcede rogāti.Quasi velit innuere q ne dum gratis verum etiam affectuose ac etiā hilariter r sine spe alicuius remunerationis. beneficiū enim prestandum est etiam non rogāti cum non videatur tulisse gratis qui cum rogasset accepit nec illa res carior est q̃ que precibus empta est.molestū verbū est et honorosum dimisso vultu dicendum rogo. Et non est quicquid acerbius q̃ post impetrationem rogare et ideo verba rogantis cōcedere volentem interdicēda sunt.iuxta illud senece de beneficijs libro.ij.capitulo.j.dicentis.Illud beneficium iocundum est victurum in animo quod obuiam venit si non contingit preuenire plura rogantis verba intercidenda sunt ne rogati videamur sed certiores facti statim pmittamus facturos nos anteq̃ interpelleremur ipsa festinatione approbemus et si non conuenerit preuenire rogantem saltem verba rogantis intercidenda sunt ne rogatus videatur.
¶ Pro huius primi metri intelligē magis in speciali est d infra scripto dubitabili inuestigandum vel querendū videlicet vtrum quis de iure donare potest. Huic quesito breuiter respondetur q donare potest paterfamilias et dominus serui non seruus non filius familias.vt.ff.eadem.l.filius. Item non minor.xxv.annis.C. si ma.fac.a li.ra.l vltima.et multo minus pupillus q alienare non potest sine tutoris autoritate ff.de acqui.re.do.l.pupillus. Item nō monachus vel etiam conuersus. Item non potest donare qui non est cōpos mentis vt furiosus nec etiam prodigus ff.de cura.fu.l iulianus.Sed nec is cui alienatio p legem interdicta est vt qui commisit crimen lese maiestatis.C. ad le.iu.ma.l.vltima.vel si hereticus est.C de hereticis manicheis. Item condemnatus de publico crimine licet ante sententiam donare possit.ff.e.l. post contractum.et.l. donationes.§. vltimo.et hoc modo intelligendo bene dicit autor.Quod donare potes gratis concede roganti rc. Nam recte fecisse bonis in parte lucrosum est.Quasi velit autor innuere.q fecisse recte.i. iuste. Bonis.in parte lucrosum est.quia qui iustum facit sibi lucrum acquirit quia in hoc non est damnum sed lucrum r inter lucra computari debet.Quod pōt tripliciter comprobari. Primo canone sacre scripture.vñ eccl. Benefacito bonis aderit enim tibi gratia debita.Secundo canonico iure. Unde dicunt canones q beneficiatus benefacienti naturaliter ad antidota obligatur. Hoc enim probat decret. cum in officijs.de

riori puelle describunt. sc; cura et vigi
lia. quia intus in secreto consiliũ pariũt
Quintũ discipline est paupertas v; non
sectari superflua. q2 hoc maxime spectat
ad disciplinã. Sextũ discipline est exiliũ
quia phantibus totus mũdus exiliũ est
vt ait hugo. ¶ De omnibus ꝓlibatis lo/
quitur pollicraticꝰ. v. c. xiij. dicens. Hec
sunt discẽdi claues quas senex carnotẽ
sis paucis expressit verbis et supaddit
ꝙ vna clauis est amor docentiũ vt ait
quintilianꝰ in libro de institutione ora
toriũ. ¶ Quo ad secundã clausulam
indoctos ipse doceto. Est etiã breuiter
annotandũ ꝙ ipse doctus postꝙ̃ scien
tiam adeptꝰ fuerit ceteros non cõtem
nat sed potiꝰ indoctos gratis et beni/
uole doceat. q2 vnusquisq; scdm beati
petri aplĩ sententiam sicut accepit gra/
tiam in alterutrũ administrare illã de/
bet. prima petri. iiij. ¶ Sed notan/ D
dum ꝙ ille qui docet vt salubriter do/
ceat. debet in se q̃tuor specialiter habe
re. scilicet vitã pfectam. doctrinã clarã.
caritatẽ succensam. et finalem pseueran
tiam. Hec quatuor pulchre signata sunt
Exo. xxviij. vbi dicit ꝙ in parte infe/
riori p circuitũ tunice sacerdotalis erãt
mala punica et tintinabula aurea p ma
logranata que in cortice habẽt amari/
tudinem et intus dulcedinẽ. vita docto
rum pfecta designatur qui habere de/
bẽt vite asperitatẽ in corpore. sed de/
uotionis dulcedinẽ in mente. De qui/
bus dicit beatus bern. Multi vident
crucem nostrã qui non vident vnctio/
nem nostrã. per tintinabula designatur
doctrina que esse debet sonora et clara
Per hoc autẽ ꝙ tintinabula erant au/
rea designat caritas succensa. per aurũ
eñ feruor caritatis accipit. debet enim
esse in docẽte feruoris caritas vt nõ ve
nalem suã exponat doctrinã. sed potiꝰ
vt est dictũ gratis sicut accepit eam tri
buat. Per hoc autẽ ꝙ tintinabula erãt
in fimbrijs que est finalis pars tunice fi
nalis pseuerantia designat sine qua nul
la bona sunt deo accepta. Unde bern.
ad ianuensem in eius cõmendatione di
cit. Tolle pseuerantiam nec obsequiũ
mercedem habet. nec beneficiũ gratiã.
nec fortitudo laudem. ¶ Ultra pre
dicta si vis de materia addiscentiũ ple
nissime videre. regre supra in. xxij. ꝓse
precepto. Litteras disce. De materia

vero doctoꝝ et docentium vide latius
supra eadem parte ꝑcepto.xxj.Metue
magistrum.et ibi plenissime de hoc.
¶ Pro secundi etiā metri intelligen
tia et obseruantia est breuiter sciendū
ꝙ doctrina bonarū rerum est ꝓpagan
da extendenda diuulganda ꝛ publican
da et maxime que ad fidem et bonos
mores ptinet talis multū est ꝓpagan/
da.idest extendēda diuulganda et pub
licanda.et hoc ꝓpter duo.Primum est
quia proximū informare pertinet ad di
uinum obsequiū cum nullum sacrificiū
est magis acceptum ꝙ̄ zelus animarū.
vt beatus gregorius super ezech.testat̄
dicens. Non omnipotēti deo sacrificiū
tale est quale zelus animarū. ¶ Se/
cundū est quia alium docere est actus
elemosine spiritualis ad quem quilibet
maxime doctor tenetur quod ꝓbat ca
non.tria sunt.xlv.di.

¶ Uicesimūsextum preceptū quarte partis metrice.

Hoc bibe qđ possis si
tu vis viuere sanus
Morbi nanqꝫ malē
quecunqꝫ voluptas.

¶ Uicesimumsextū quod inducere
A habet ad vite securitatem est volupta
tis omnis abdicatio qđ maxime fit cū
quis circa vini sumptionē sobrietatem
seruare dicitur. Hoc autem per presens
preceptū docet autor facere dum dicit.
Hoc bibe quod possis. quasi velit in/
nuere ꝙ vinū taliter bibere debes ꝙ
nec ad superfluitatē nec ad vomitū su
mas. Si tu vis viuere sanus.idest si tu
vis anime et corporis sanitatē conser/
uare nō debes te vino ingurgitare. sed
bibe hoc. idest hanc rem scilicet talem
quod possis.idest ꝓpter quam rem tu
potens sis. et tunc sunt due ptes et va
riantur. hic et hec pos huius potis inde
componitur possum.qui em̄ ebrius est
non est potens sui. quia qui cum ebrio
litigat cum insano litigat. Quia multi
ꝓpter nimiam potionem pereūt. nam
quecunqꝫ voluptas. idest omnis super
fluitas cibi vel potus vel etiam coitus
vel alterius rei est causa mali morbi.
idest male egritudinis immo vt verius
dicam infinitaꝝ egritudinū.quia mul/
te egritudines et multa mala scōm se/
necam ex nimia vini sumptione causan
tur. que quidē enumerāt in libro de se
cretis secretorū aristoteles libro sexto.
caplo.v.Unde non expedit ꝓnunc hic
hanc materiam refricare.quia plenissi/
me tractatur supra in quinto prose pre
cepto.Tempera te vino. ¶ Pro pri B
mi metri intelligentia et obseruātia est
breuiter sciendum ꝙ vinum moderate
sumptū libro et caplo preallegatis mul
ta confert corpori bona.Unde ipe ari/
stoteles alexandro scribēs.Bonum vi
num cōfortat stomachū. calorem robo
rat.naturelem iuuat digestionē. a cor/
ruptione cibū preseruat. cibū decoquit
ac ipsum purificat et ad oīa membra
ꝑducit et ipsum decoquit in omnibus
membris donec,in subtilem sanguinem
conuertatur. ꝛ cum ad ceruicem ascen/
dit cum calore temperato caput a for/
tuitis casibꝫ securū reddit. Insuper cor
letificat. colorem rubificat. linguā expe
ditam reddit atqꝫ hominē audacem fa
cit.Et ad omnia excitat appetitū mul/
taqꝫ alia bona facit dum est tpate sump/
tum. ¶ De effectibus et ꝓprietatibꝫ
vini fm ꝙ eos exposuit noe filijs suis
postꝙ̄ inebriatus fuit quas iosephus po
nit in libro de causis rerum naturaliū
super illo verbo genesis nono capitulo
Postꝙ̄ noe plantauit vineā et bibens
vinum inebriatus est.Uide supra in se/
cunda ꝓhemiali parte.§.xxxj.qui inci/
pit. Dixi quarto ꝙ agricultura residēs
ceteros transiliens tellus operatur. in
fine.et ibi regre. ¶ Querere posset

aliquis que nam sit causa ppter quam lingua ebriosorum peccat ita q non valet recte formare sermonem. ¶ Huic quesito potest taliter responderi q quadruplex ratio reddi pot vel etiam assignari. Prima est. quia totum corpus ebrij dum est in ebrietate fallitur propter quod lingua cum sit pars corporis sic decepti peccat et non potest dictionem articulare. Secunda ratio est. quia lingua est spongiosa. vnde quando madefit eleuatur et inflatur. quando autem est inflata ppter timorem de difficili mouetur. et ideo non potest verba formare. Tercia ratio est. quia ad loquelam requiritur psentia aeris. nam in humido loqui non possumus. Inebriato autem est lingua in multo humido. et ideo peccat et fallit. Quarta ratio potest esse. quia in ebrietate anima compatiens est ideest simul patiens cum lingua peccat. quando autem anima patitur necesse est et linguam pati. Ab anima enim est principium loquendi. vnde in alijs passionibus ab ebrietate paciente anima et lingua patitur. sicut patet in passione timoris. nam quando anima patitur ppter timorem simul patitur et lingua. vnde nec timentes possunt bene loqui. De materia secundi metri. scz quod ad voluptatem require supra in. xxxij. scde partis metrice precepto. Fortius vt valeas. De materia etiam voluptatis dicetur latius infra deo duce. in. xxxij. precepto. Cum venere et bacho. b. vltra medium.

¶ Rethorica super vicesimo septimo precepto.

¶ Laudaris quodcunqz. Si moralis senecte documenta dulcisona vigili meditatione perquiras in laude vel vituperio humanarum personarum vel actuum non excedas vt nec quenquam excessiuis laudibus efferas quod videtur adulationi pximum nec excessiue redargutionis pungas aculeis quod a detractione maliuola non creditur alienum sed tamen quempiam palam pluribus aliquotiens extuleris seu etiam acerba momordens inuectiua in assertiones oppositas nunq sermonis alienas visus fueris retorquere sed duplicitatis vocabulis et honestatis titulos suos manutenere volueris et indemnes. Hoc vide ne rursus.

¶ Vicesimumseptimum preceptum quarte partis metrice.

Laudaris quodcunqz palam qdcunqz probaris. Hoc vide ne rursus leuitatis crimine damnes.

¶ Uicesimumseptimum quod inducere habet ad vite securitatem est in omnibus dictis et factis constantiam et firmitatem tenere. quia qui constans est. semper securus est. hec enim virtus scilicet constantia docet modum seruare inter mutabilitatem seu leuitatem et pertinatiam quorum vtrunqz reprehensibile est. vt ostendit apls scda ad corinth. i. dicens. Nunquid leuitate vsus sum etc. quasi vellit dicere q valde reprehensibile est in omnes ventum se circumferre. quia hoc ex mentis instabilitate puenire videtur. Sic multi faciunt qui quod primo approbauerunt ppter aliquod accidens reprobant et quod primo reprobauerunt ppter aliquod emolumentum quod inde consequitur vel consequi sperant nunc approbant. ¶ Attendens ergo autor q ex tali vicio scilicet inconstantie quis vtplurimum diffamatur volens huic vicio remedium adhibere hoc suum preceptum remediatiuum prebet ab omnibus obseruari dum dicit. Laudaris quodcunqz etc. Quasi vellit innuere

expositiue. Cum tu aliquē vel aliquam rem coram aliquib; laudaueris noli po stea ipsum vel ipsam deprimere detra/ hendo. quia tunc posses de leuitatis et inconstantie vicio reprehēdi. et hoc est quod intendit autor dum dicit. Quod cunq; laudaueris palam corā aliquib; quantū ad verba ꝓbaris etiā quantū ad facta. vide. idest prouide et caue ne rursus. idest iterū damnes. idest repre/ hendas quē prius laudasti. quia tūc vt est dictū de leuitatis et inconstantie cri mine poteris culpari. ¶ Pro huius

B precepti intelligentia et obseruantia est breuiter sciendum ꝙ vicium inconstan tie triplicem parit infamiam. sc; bilin/ guitatis et versutie fatuitatis et impru dentie duplicitatis et nequicie. ¶ Pri/ mo nāq; parit infamiā bilinguitatis et versutie. Contra q̄d vicium ꝓuer. viij. dicitur. Arrogantiā et superbiam viā; prauā et os bilingue detestor. ¶ Scd̄o parit infamiā fatuitatis et imprudentie cōtra quod dicit seneca. Nihil tibi du bium vel subitū sit sed totum ante pro spicito. nā qui prudens est non dicit nō putaui hoc fieri. quia non dubitat sed expectat. ¶ Tercio parit infamiā dupli citatis et nequicie. Unde iaco. j. Uir du plex animo inconstans est in omnibus vijs suis. Et ꝓpter hoc contra talē le/ uitatem mentis et cordis nobilitatē bo nam doctrinam prebet ap̄l'us ad heb̄. xiij. dicens. Optimū est gratia stabilire cor. ¶ Ad hunc sensum optime facit quod in quadā reperit̄ historia in qua quidem dicitur ꝙ quatuor philosophi tractantes de mobilitate rerū; sic dixe runt. Primꝰ dixit ꝙ mobilior res q̄ sit est fama. Scd̄s dixit ꝙ ventus. Terci us dixit ꝙ lux. Quartꝰ dixit ꝙ cor hu

C manum. Et huius opinio fuit approba ta. Beatus etiā gregoriꝰ est huius opi nionis qui dicit ꝙ nihil instabilius est corde humano totiens a nobis recedit quotiens in superfluas cogitationes de/ fluit psalmista attestāte qui ait. Cor me um dereliquit me. Et ideo concludeñ/ dum est cum ap̄l'o. ꝙ optimum est gra tia stabilire cor. quia sic de crimine leui tatis damnari minime quis poterit vel valebit. ¶ Querere aliquis posset. po/ namus ꝙ aliquis bonos mores in pra uos mutaret vel ecōuerso esset ne leui tatis talem sic mutatū laudare vel vitu perare. ¶ Huic quesito responderi po test ꝙ talem sic mutatū in vicium non est leuitatis si est incorrigibilis cum vi tuperare. Si vero talis mutat̄ de vicio ad virtutem nō erit leuitatis ipsum lau dare. immo erit virtus veritatis. Hanc eñ sententiā approbat gregorius in ca none. ferrū. v. di. vbi dicitur. Qd̄ nemo despiciendꝰ in eo ꝙ fuit quādo incipit esse quod non fuit. de hoc duce deo la tius dicet̄ infra in. xliij. precepto. Dam naris nunquā ꝛc̄. Quia in predictis fit mētio de laude et vituperio. ideo vtile puto de hijs duobus per questionē ea discutere vic; vtrū deterius sit pecca/ tum cōtumelie peccato adulationis vel peccato detractōnis. Et primo videtur ꝙ sit peius peccatū contumelie peccato adulationis. quia adulatio attendit̄ in bonis. Contumelia vero in malis peiꝰ autē est imponere malum bono q̄; bo/ num malo. ergo peior est ɔtumelia adu latione. quia maius dicitur bonum vel minus bonum q̄; sit quod videt̄ decli nare ad bonū humanitatis. scilic; bene dicere de alio. Dicere autem malum de bono videtur declinare ad malū. inhu manitatis ergo videtur deterior contu

melia adulatione. Similiter videt̄ esse D deterior detractione. Detractio eñ est cum occulte dicitur malū de bono. Con tumelia vero manifeste grauius autem est manifeste dicere malu;. quia magis illum videtur despicere. ergo contume lia est grauius pec̄m q̄; detractio et ita maius. Contra dicit crisostomus desi/ des supple facientes iniusticiam magis honorati patiunt̄ conuicia passis et ipsi si vigilauerimꝰ causa fuerit ꝓhic nobis

contumelia qui vero laudant timorem nostrum extollunt et meliorem operantur animũ. ergo peccatum adulationis est deterius peccato cõtumelie. In peccato em̄ adulationis desides iniuste honorantur. In peccato vero contumelie boni iniuste culpantur. Itē ecclesiastes v. scribitur. Sicut serpens mordet in silentio. ita nihil minus qui occulte detrabit. Cum ergo grauius sit infundere venenum ex improuiso quā in manifesto. grauius erit peccatū detractionis peccato contumelie. ❡ Solutio dicendum ꝙ contumelia quantū ad aliquid grauior est adulatione quantū ad aliud minus grauis quo ad hoc quod bonus dicitur malum grauior est quo ad hoc quod magis ordinat cognitionē in bonum vel a malo detrahendo minꝰ malum est adulatione. adulatio em̄ claudit oculos intelligentie ne videat malum. Cōtumelia vero occasionaliter aperit vt videat et caueatur. ❡ Ad aliud vero quod obijcitur de comparatione contumelie ad detractōnem. dicendum est ꝙ quo ad aliqd est contumelia grauior culpa ꝙ̄ detractio quo ad aliquid minus grauis. quo ad hoc em̄ grauior est ꝙ pluribus publicatur malū. Quo ad hoc autem minus graue malum est quia plus potest cauere malum quod accidit ex contumelia. statim em̄ cognoscitur ab eo cui infertur cōtumelia et a quo infertur cognoscitur. non sic est de detractione.

❡ Uicesimũoctauū preceptū quarte partis metrice.

Tranquillis rebus que sunt aduersa caueto. Rursus in aduersis melius sperare memento.

❡ Uicesimumoctauū quod inducere habet ad vite securitatem est prouidentiā futurorꝫ in omnibus tenere hoc est contra mutabilitatem fortune prouisionem semper habere. et hoc p presens preceptum inducit autor dum dicit. Tranquillis rebus ꝛc̄. Quasi velit expositiue innuere. Caueto aduersa. id est fortune contraria. Iuxta illud ecclesiastici. xj. In die bonorum non immemor sis malorum et ecōuerso in rebus tranquillis. idest ꝓsperis. hoc est dum es in ꝓsperitate. rursus. idest similiter. memento sperare melius. quia spes est de futuris in aduersis rebus. idest contrarijs aduersitatibus. quia grata superueniet que non sperabitur hora. A

❡ Pro huius precepti intelligentia et obseruantia est breuiter sciendum ꝙ ad hoc vt istud preceptū fortius imprimatur nobis tripliciter confirmatur. Primo nanqꝫ in aduersorum tollerātia. vt patꝫ de socrate et marcio et multis alijs breuiter. ❡ Secundo in testimonio doctorum fidelīū sententia. vt gregꝰ. augustinꝰ et multis alijs de hijs regre latiꝰ supra in secūda parte metrica precepto xxix. Rebus in aduersis. ❡ Tercio confirmatur in testimonio et aliorꝫ philosophorum experientia vt valerij senece et aliorum. ❡ Pro premissorꝫ confirmatione optime facit fabula quā fingunt poete de circe q̄ filia solis dicebatꝭ per quā mundi prosperitas designatur Asserunt enim ꝙ cum quidam nobilis vlixes nomine p mare nauigaret vidit a longe ipsiꝰ circis palaciū que vt fertꝭ tantis artibus ꝓpollebat ꝙ homies in quascunqꝫ formas vellet immutabat ꝛ dum predictꝰ vlixes aliquos de socijs vt victualia acciperent ad domū ipsius circis trāsmisisset quos vt circes vidit eos cuꝫ gaudio recipe nisa est ꝛ eos ad mensam sedere fecit et cum illis vinuꝫ ꝓpinasset eorum corpora horrescere inceperunt et formam porcorꝫ induere. ita ꝙ in porcos illico fuerunt penitus B

transformati ita tamen quod cum alijs por
cis in stabulo recludi fecit. Ulixes vero
videns socios non redire ad terrā cir/
cis applicat statimqʒ pro petendis so/
cijs regine domum intrat. Cui cum po
tum eidem offerret bibere noluit et sic
mutationis periculuʒ euasit. Cum ergo
sapiens esset et astutus et eloquio fa/
cundus. ¶ Tantum cum sepe dicta
C circe regina fecit quod ipm vlixem in suū
maritum accepit. et socios suos in hu/
manam formam reduxit. Et tandē per
annum ibidem remansisset cum socijs
suis ad patriam remeauit ipsamqʒ regi
nam pregnantē de telagono reliqt qui
tandem ipsum patrem suū ignoranter
occidit. ¶ Ita in proposito moraliter
loquendo circes ista mundi prosperita/
tem designat que filia solis dicit. quia
omnis prosperitas a sole. idest deo dispē
sante nascitur in mari regnare dicitur.
quia ista viceʒ in mare huius mundi so/
let tantūmodo locum habere. ergo illa
est que facies hominū. idest figuras et
conditōnes mutat. ipsosqʒ de homini/
bus in porcos. idest de rationabilibʒ in
voluptuosos transformat. vnde etiam
sepe factum est quod maior pars hominū
cum ad domum circis. idest ad mundi
prosperitatem peruenerunt et de potu de
liciarum biberūt in porcos. idest in vo
luptuosos transformantur. et figuram
humanam. idest vsum humane ratōnis
per vicia perdunt. veruntamen vlixes
idest vir iustus et prudens quādo a po
tu deliciarū carnalium nimie delectatō
D nis precauet. ¶ Huic prosperitati se/
cure coniungi potest quia nullam muta
tionē timet. immo etiā quod plus est mu
tatos in porcos ad humanā formam re
uocat et reducit quando ipsos verbis
pariter et exemplis ad vsum rationis
transformat et sic propter circem. idest
mundi prosperitatem patriā celestem nō
perdit. hoc est quando non obstantibʒ
prosperis ad paradisi patriam peruenit
quā breuiter mali qui abutunt prospe
ritate in bestias cōmutantur. Iuxta il/
lud psalmiste dictū. Homo cum in ho/
nore esset non intellexit cōparatus est
iumentis insipientibus et similis factus
est illis. Boni vero et prudentes qui
prudenter et moderate vtūtur prospe
ritate nullis vicijs corrumpūtur. qualis
erat apostolus qui dicebat ad philip. iiij.
Scio abundare et penuriam pati. quod
exponens gregorius super ezech. dicit quod
ille nouit abundare et penuriā pati quē
nec in prosperitate superbia eleuat. nec
in necessitate cupiditas inflāmat. et hoc
est quod dicit augustinus. Interest plurimū
qualis sit vsus vel earū rerum que di/
cuntur prospere vel earum que dicunt
aduersa. nam bonus nec temporalibus
bonis extollitur nec malus frangit ma
lis. aut ideo huius mundi felicitate pu/
nitur. quia felicitate corrumpitur. et hoc
est quod sine dubio hic intendit autor dū
dicit. Transquillis rebus que sunt ad/
uersa caueto.

¶ Uicesimūnonum preceptū quarte partis metrice. B

Discere ne cesses cura
sapientia crescit. Ra
ra datur longo pru/ A
dentia temporis vsu.

¶ Uicesimūnonum quod inducere
habet ad vite securitatē est circa scien/
tiam adipiscendā curam et sollicitudinē
longam habere. et ad hoc per presens
preceptum inducit nos autor dum dicit
Discere ne cesses etc. quasi velit innuere
quod licet durum habes ingeniū. summo
studio scientiā perquirere debes. quo/
niam per assiduū et continuum studiū
magnā poteris scientiam inuenire. Iux
ta illud. Ingenium facit cūctis cultura
laboris. Continuū studium parat oya/

dema decoris. Et hoc est ꝙ expositiue intendit autor dum dicit. Ne cesses di/scere. scilicz bonas et vtiles artes. quia sapientia crescit cura. idest studio et exercitio. rara. idest parua vel modica datur prudentia sine longo vsu temporis alias est in textu paruo. et tunc littera est plana. hoc est dicere ꝙ prudētia nō discitur in paruo temporis spacio. quia non perseuerātes in studio non nisi parum vel modicū de ipsa capere possūt. ideoqz in paucis et raris inuenitᷣ. quasi dicat ꝙ modicū prodest bene incipere nisi quis incepto opere perseueret. attestante veritate que ait. Qui perseuera/uerit vsqz in finem saluus erit. Math. xxiiij. de pe. di. ij. non reuertebantur. Perseuerantia igitur est donum dei et etiam de optimis donis. Ex hoc volūt aliqui ꝙ sit virtus. quia tullius dicit ꝙ pseuerantia est fortitudinis species. er/go est species virtutis et specialis virtꝰ De modo cura discendi ⁊ sollicitudine latius vide supra pte eadem. xxv. prose ꝓcepto. Disce sed a doctis. De materia etiam ista vide supra in. xxij. prose pre/cepto. Disce litteras. ¶ Pro primi metri intelligentia et obseruātia est breuiter sciendū ꝙ sapientie fructū cupi/ens degustare omni fugato torpore debet illam auiditate ꝑquirere quod fieri potest tripliciter vitz. Primo per vigi/liarum protractionē. Secundo ꝑ iugis studij exercitationē. Tercio per ciboꝝ subtractionē. ¶ Primo crescit sapi/entia ꝑ vigiliarum ꝓtractionem. vnde Ecclesiastici. xxxj. Uigilia honestatis tabefecit carnes. idest carnales motus. Et ad hoc inducebat hieronimꝰ rusticum monachū scdm ꝙ transumptiue habetur in canone. nunꝙ. de cōse. di. vj. vbi dicitur sine intermissione vigilet sensꝰ non vagis cogitationibz sed patens corpus pariterqz animus tendantᷣ ad do/minum ⁊c. ¶ Secūdo crescit sapientia per iugis studij exercitationē et meditationem. vnde Ecclesiastici vltimo.

B

Frequens meditatio carnis est afflictō et hoc est ꝙ in pallegato canone. nunꝙ Idem hieronimꝰ ad prefatum rusticū monachū scribit dicēs. nunꝙ de manu tua aut oculᷣ tuis liber discedat. sequitᷣ ama scientiā scripturaꝝ et carnis vicia non amabis. nec vacet mens tua vanis ꝑturbationibus etiā si tuo pectori inse/derint dominabuntᷣ tui et deducent ad delictum maximū facito semp aliquid boni operis vt te dyabolꝰ inueniat occupatum. Sic etiam fecerūt antiqui phi losophi vt scribit hugo dydascalicon. parte scda sic inquiens Quidā antiqui philosophi amore sciētie capescēde alij calcabant honores. alij abiecerunt diuitias. alij receptis iniurijs gaudebāt. alij contubernia hominū deserentes vlti/mos recessus et secreta hoim penetrātes soli se philosophie dedicabāt vt eo contemplationi vacarent liberius quo nullis cupiditatibz que virtutis iter impedire solent animū subiecissent. vnde de salomone phō narrat valeriꝰ libro octauo. ꝙ ipse adeo toto tempore vite sue studiosus extitit vt etiā ad senilem pductus etatem sicut quotidie senescebat. sic quotidie aliquid addiscebat.

E

¶ Cumqz octogenarius iam in le/cto decumbens moreretᷣ et assistentibz amicis circa illum et de quodā sermo/ne inter se conferentibz satis iam pres/sum se erexit iterrogatusqz quapropter id fecisset respōdit vt cum istud quod est disputatum pcepero letus moriar. Ad hoc etiam faciendum inducit lex ciuilis vnde iurisconsultus in. l. apremlᷣ. ff. de fideiusso. libe. dicebat. Si vnum pedem in sepulchro tenerem adhuc ad discere vellē. Et notatᷣ in decre. nisi cū pridem. in. §. ꝓ defectu quoqz scientie. de renun. extra. Et cassiodorꝰ libro. iij. eplarum ait. Hic decor terminum non habet hic honesta ꝓbatur ambitio cuius etiā nimietas placet omne quidem sacrificiū quanto ꝓfundius queritᷣ. tanto gloriosius inuenitᷣ. ¶ Tercio sa/

pientie fructū cupiens degustare omni fugato torpore debet illā auiditate perquirere quod etiam fit per ciboꝝ substractionē. Juxta illud sapientis dictū. Ecclesiastici .ij. Cogitaui in corde meo abstinere a vino carnem meam vt animum meū trasferrem ad sapientiam.

¶ Pro secundi etiam metri intelligentia magis in speciali est breuiter de tali questione querendū vel inuestigandum videlicet vtrū prudentia sit in seruis et subditis vel solū in principibus.

¶ Hanc questionem mouet beatus thomas scda secūde.q.xlvij.quā etiam determinat ꝓut infra sequitur. Et primo videt ꝙ non sit in seruis vel in subditis sed solum in principibꝫ.Dicit em̄ philosophꝰ quarto pollitice ꝙ prudentia sola est ꝓpria virtus principū. Alie autem virtutes sunt cōmunes subditorum et principum.subditi autē non est virtus prudentia sed opinio.Preterea dicit aristoteles primo pollitice ꝙ seruus nō habet omnino quid consilatiuū sed prudentia facit bene consiliatiuos. vt dicitur in sexto ethicoꝝ. ergo prudentia non cōpetit seruis sine subditis

¶ Preterea prudētia est preceptiua vt patet sexto ethicoꝝ. sed nec ad seruos nec ad subditos pertinet precipere sed ad principē.ergo ꝛc. ¶ In contrariū est quod dicitur sexto ethicoꝝ.ꝙ prudentie pollitice sunt due species. Una est que est leguꝫ positiua que ꝑtinet ad principes. Aliaq̄ que retinet sibi nomen cōmune pollitice que est circa singularia. sed agere circa singularia pertinet etiā ad subditos et ad seruos.ergo prudentia non est solum principū sed subditorum. ¶ Hijs oppositionibus respondetur ꝙ prudentia principaliter et directe pertinet ad principes.licet etiaꝫ ad subditos et seruos aliqualiter se extendant. ¶ Ad cuius intelligentiā est sciendum ꝙ prudentia est in ratione cū sit virtus intellectualis. Ad rationem autem pertinet regere et gubernare.et ideo vnusquisqꝫ inquantū participat in regimine et gubernatione intantū conuenit sibi habere rationem et prudentiam. nunc autē sic est ꝙ subditi inquātum subditus est et serui inquantū est seruus non est regere nec gubernare. sed magis regi et gubernari. Et ideo prudentia non est virtus subditi inquātum est subditꝰ nec serui inquantū seruus est. verum quia quilibet homo inquantū est ratōnalis participat aliquid de regimine scd̄m arbitrium rationis. ideo cōuenit aliqualiter prudentia etiā seruis sed diuersimode quā in principibus. quia in principibus est ad modūꝫ artis directiue et regulatiue.in subditis autem est ad modū artis manu operantis. ¶ Ad primum igitur dicendum ꝙ verbū philosophi intelligēdum est per se loquēdo.scilicet ꝙ prudentia nō est subditi inquantū subditus est. Ad secundum dicendum est ꝙ seruus non habet consiliatiuum inquātum seruus est quia vt sic est instrumētum domini est tamen consiliatiuus inquantum est animal rationale. Ad tercium dicendū est ꝙ per prudentiā non tantū precipit homo alijs sed etiam sibiipsi prout scꝫ ratio dicitur precipere inferioribus viribus. et sic patet veritas huius qōnis.

¶ Rethorica super.xxx.ꝑcep

¶ Parce laudato.

¶ Dum federa amicicie cum quolibet homini te adeptū putaueris nullꝰ in eum fermentate dilectionis incōmoda suspicatus moderatis cū laudis preconijs et ꝑata confidentie statera eius laudes ꝯfertis. non em̄ seductoria plausibilitatis allocutio non ꝓmissorie voluntatis impetus amicicias faciunt esse reatas ꝑ sepe quidē euenit vt qui abundantiori lingua ꝑtuleris.et cui anchorā cōfidentie confixeris pleniorem dū fortuite necessitatis casus emerserit ꝑegrinus tibi fiat cōmunicatis effectibus et obliquus.nā vna dies qualis ꝛc.

Tricesimũ preceptũ quarte partis metrice.

Parce laudato nam quẽ tu sepe pbaris. Una dies qualis fuerit monstrabit amicus.

A Tricesimũ quod inducere habet ad vite securitatẽ est parcitatẽ in omnibus dictis et factis tenere atq3 servare Ad hanc enĩ virtutem per p̃sens preceptum inducit nos autor dũ dicit. Parce laudato rc. Quasi velit innuere. noli aliquẽ laudare nisi multa eum probes expientia. qr in necessitatis articulo videre poteris vtrũ sit tibi fidelis amic9 et hoc est qδ expositive intẽdit hic autor dicens. Laudato aliquẽ parce. idest tpate hoc est contra multos qui p vili munere laudãt hominem vltra modũ et ecõuerso. pro aliquo verbo indisciplinato vel actu etiã vltra modũ vitupe rant qδ est contra autoris preceptũ facere. Circa hmõi vicium bonã doctrinã pbet seneca in li. de formula vite dicẽs Lauda parce vitupera parci9. similiter repbensibilis est nimia laudatio ac etiã imoderata vitupatio illa quidẽ adulatione. ista quidẽ malignitate suspecta ẽ.

B Pro hui9 primi metri intelligentia et observãtia est breuiter sciendũ q parce et tpate dicit̃ quis laudare quando in ipsa laude cõcurrunt tria. Primo qñ ille qui laudat dign9 est laudare. qr sicut dicitur Ecci. xv. Non est speciosa laus in ore peccatoꝝ. Scδo ex pte laudati dicit̃ laus digna quãdo dignus est et merito laudari. ecõuerso de indignis laude dicit̃ in ps. Laudat̃ pctõr in desiderijs anime sue. Tercio ex pte rei laudate laus dicit̃ digna qñ quis laudat̃ de re laude digna. vnde de hijs qui de malis laudabant̃ dicit̃ illud ysa. iij. Popule meus qui beatũ te dicunt ipi te decipiunt, si hec tria in laude nõ concurrunt; nõ est laus dicenda digna. nec per cõsequens virtuosa asserẽda ita dicam in pposito. noli ante expientiã aliquẽ laudare. nam quẽ tu sepe pbaris. idest laudaueris monstrabit. i. ostẽdit et manifestabit. vna dies. i. vno momento q̃lis fuerit amicus quem intantũ laudasti.

C Pro huius scδi metri intelligẽtia et observãtia est breuiter notandũ q vera amicicia p quatuor signa manifestatur et ostẽditur. Et primo per verba qñ cor hominis plenũ est cordiali amore tũc os abũdat in ẽmone. Juxta illud Luce. vj. Ex abundantia cordis os loquit̃. Scδo pter collata beneficia. et istud est maius quã primũ. multi enĩ seruirẽt de verbis suis qui nõ seruirent de rebz suis. vñ greg. pbatio dilectõis exhibitõ est opis. Tercio p obsequia psonalia r illud est maius. multi enĩ seruirent de substãtia sua qui nõ seruirent de psona sua. geñ. xxix. Servivit iacob p rachel septẽ annis. Quarto p adversa. et istud vltimũ est vltra qδ aliud nõ repit̃ maius. multi ei darent psonã suã ad seruiendũ qui nõ darent ad moriendũ. De isto signo loquit̃ aplẽ. j. ad corinth. xij Libentissime impendã et sup impendã p animabz vestris. Et ioh. xv. Maiorem caritatẽ nemo habet q̃ vt animã suã ponat quis p amicis suis. et maius signũ amoris ostẽdi non põt q̃ corp9 suũ exponere morti p amico suo. sic fecit ille pampinian9 de q̃ recitat valeri9 li. vj. c. viij. q cum essent aliqui missi vt dñm suũ occiderent cõmutata veste cũ eo et pmutato anulo illũ clam emisit se autẽ in cubiculũ ac lectulũ recepit. et se vt pampinionẽ occidi pmisit. Joẽ narrat seneca. iij. de beneficijs caplõ. xiiij.

D Revera notant̃ dicit hic autor q vna dies qualis fuerit mõstrabit amic9. Et p tanto de socrate phõ dicitur in li. de moribz et vita phõrum talẽ discipul' suis doctrinã tradidisse dicẽs. Lente fias amic9 factus aũt pseuerare nitaris eq3 enĩ malũ est nullũ amicũ hr̃e et multos alternare quoscunq3 velis tibi amicos

facere. De his aliquid boni pfer parte tamē aurū igne pbamus. amicos aūt in aduersitate discernimꝰ. est eīn amicus scdm tempus et non pmanebit amicus in tempore tribulationis. et est amicus socius mense et non pmanet in die ne/cessitatis amicꝰ si pmanserit fixus erit tibi q̄si coequalis. et in domesticis tuis fiducialiter. omni enim tempore diligit qui amicus est & frater in angustiis cō probatur. puer. xvii. De materia primi metri require supra in hac parte pcepto xxvii. Laudaris quemcunqꝫ palam.

¶ Sed nota sm scripturas et iura tam ciuilia q̄ canonica qꝫ dies multi/pliciter accipitur vel dicitur ¶ Primo nanqꝫ dicitur dies naturalis et hic qua druplicíter dicitur. ¶ Primo dici/tur philosophicalis scilicet spacium vi/gintiquatuor horaꝝ videlicet incepraꝝ quoniā quelibet hora incipere et queli bet desinere potest. Scdo dicitur vul gariter spacium tantū solum inclusum inter ortū solis et eius occasum qui in/cipit ab ortu solis. Tertio dicitur egip ciacus spacium vicꝫ. vigintiquatuor ho rarum incipiens a solis occasu et desi/nens in alio solis ortu. Quarto dicitur romanus. scilicet spaciū vigintiquatuor horaꝝ incipiens a nocte media & simili hora desinens. ff. de fer. l. more. Item dies dicit̄ homo illuminatus. vnde do minus in euāgelio. Joh. ix. c. Me opor tet operari dum dies est. Item dies di citur deletio peccati. vñ iob. iii. Pereat dies illa in qua natꝰ sum in delicto illā quā hominem rapuit in culpa. Item di es dicit̄ homo spiritualis. vnde in ps. xviii. Dies diei eructat verbū. Item di es dicitur humanꝰ sensus. vnde aplus Mihi autē pro minimo est vt a vobis iudicer aut ab humano die. idest ab hu mana intelligentia. Item dies dicit̄ pro speritatis cui contraria est aduersitas. vnde in ps. Os meum annūciabit lau/dem tuaꝫ donec dies est. Item dicitur dies gratie. vnde apls scda ad corinth. vi. Ecce nunc tempus acceptabile ecce nunc dies salutis. Item dies dicit̄ tem pus vite nostre. vnde iob. Dies mei sic vmbra declinauerūt. Item dies dicitur iudicii. vt aplus. Dies iudicii sicut fur in nocte veniet. Item dies dicit̄ mani/festationis. vnde in ps. Qua die libera uit eos de manu tribulationis. Itē no uum testamentū dicitur dies. vnde. In illa die stillabunt montes dulcedinem Cui contraria est nox veteris testamen ti. vnde aplus ad roma. xiii. Nox pre/cessit dies autē appropinquabit. Item dies dicit̄ glorie. vnde in euangelio. In illa die non interrogabitis quicq̄ &c.

¶ Tricesimūprimū preceptū quarte partis metrice.

Ne pudeat que nescie/ris te velle doceri.
Scire aliquid laus ē
culpa nil discere velle.

¶ Tricesimumprimū quod indu/cere habet ad vite securitatem est scien tie acquisitio. quia per scientiam anima perficitur secundū philosophum. et per consequens per eam transquillitatur. et anima transquillata non pudet do/ceri que nescit. ¶ Ad hoc per presens preceptum inducit autor vnumquenqꝫ ignorantem facere dum dicit. Ne pu/deat que nescieris. quasi velit dicere ne verecunderis a quocunqꝫ que nescie/ris addiscere. quia put dicit oratiꝰ. ma lo eīn aliena prudenter quā mea impru denter ignorare. Ratio huius dicti est. qr assidua questio facit magistꝝ. si per/cepta memorie cōmendemus. et est ter cia clauis sapie. scꝫ frequens interroga tio. Unde hugo dydascalicon libro. iii. Ab omnibus libenter addisce. qr humi litas tibi cōmune facere potest qd natu

ra cuiqз ꝓprium fecit sapientior omni bus eris si ab omnibus addiscere vo/ lueris. qui eñ ab omnibus accipiũt om nes ditioꝝ sunt audi crispũ in ꝓuerbijs Qđ tu non nosti fortassis nouit asellus ne pudeat q̃ nescieris te velle doceri. Exemplo pauli qui quãuis sapientia le gis esset preditus vtpote agamaliele edoctus missus est ad ananiam virum simplicem ab eo instruendꝰ. vnde di/ ctum est ei illud actuũ nono capitulo. Surge et ingredere ciuitatem et dicet̃ tibi qd te oporteat facere. vbi dicit glo sa. Exemplum discendi datur et supbia increpatur vt nullus alium existimet a quo doceatur quod ignorat. Scire igit̃ aliquid laus est. culpa nil discere velle. Quasi velit dicere. sicut eñ quilibet sci ens est laudandus. ita ignorantia affe/ ctans est ꝛ merito culpandus. vnde leo constantinopolitanus episcopus ait ꝙ ignorantia sacerdotum nec excusatione est digna nec venia vt si in laycis esse videtur intollerabilis scientia. intellige sane de laycis qui sunt in sanitate con/ stituti. sicut reges et pricipes. Ad quod optime facit canon. si officia. lix. di. quã to magis in hijs clericis qui presunt ita habetur in canone. si in laycis. xxxviij. di. ¶ Ex hoc nota tale argumentum ꝙ qui nõ habet competentem scientiã peccat accipiendo dignitatem. ¶ Ad hoc facit canon. si quis abbas. xviij. q. ij. et de eta. et qua. c. fi. et. j. q. j. nõ est pu tanda. Cum talibus tamen dispensatur ꝓpter feruenté caritatem et sanctimo niam. quia in hoc casu imperfectũ scien tie supplet perfectio caritatis. de renũ. nisi cum pridé. §. pro defectu quoqз sci entie scdm innoc. qui hec notat de ele/ ctis. Cum in cunctis. ¶ Pro pmisso rum intelligẽtia magis in speciali quia autor dicit ꝙ culpa est nil discere velle. Ideo huius rei gratia insurgere potest infra scripta questio de puero videlicз qui ab infantia in carcere sarracenorũз includitur vtrũ ignorando ea que sunt fidei christiane peccet maxime quia nõ habuit a quo disceret. ¶ Huic questio ni per obiectioné respondetur. ꝛ primo videtur ꝙ non peccet. non enim potuit habere qui instrueret eũ in fide catho/ lica. nec per se potest habere cognitio/ nem. ergo non põt non ignorare. ergo non peccat. nullus eniз peccat in eo qđ vitare non potest. ¶ Contra ad heb. xj. dicit apostolus. Sine fide impossi/ bile est placere deo. et est etiã cõtra do ctrinam autoris dicentis. Quod culpa est nil discere velle. ¶ Solutio dicendũ est ꝙ cum talis peruenerit ad adultam etatem non habet impotentiã credendi omnino. quia si facit quod in se est do minus illuminabit eum per occultã in/ spirationem aut per angelũ aut per ho minem videtur tamé per hoc qđ dicit augustinus in questionibus noui testa menti. ꝙ si nõ fuerit a quo disceret nec ad eum aliquo mõ rumor doctrine per uenerit ꝙ tunc non suo vicio ignorat ꝛ immunis est a condemnatione. sed in/ telligendum est tunc de disciplina scdm quod fit per doctrinam exteriorem vel per doctrinam interiorem. dicit autem qđ faciat quod in se est. facere auté qđ in se est est vti ratione per quã compre hendere potest deum esse et dei adiuto rium implorare. Dicit eñ beda ꝙ in/ telligere potest vnusquisqз deum esse et iudicium suũ esse venturum. De in/ carnatione autem et de redemptione si aptet intellectum suũ quantum in se est vocabitur vocatione interiori et nõ ex teriori. ¶ Ad illud quod dicit autor ꝛc. ¶ Respondetur ꝙ intelligẽdum est de illo qui affectat potius negligere quaз scire. sed talis nõ est in culpa ꝓut in su perioribus declaratum existit.

¶ Tricesimumscdm preceptũ quarte partis metrice.

Cum venere et bacho lis est sed iuncta voluptas. Quod lautũ est animo complectere sed fuge lites.

A ¶ Tricesimumsecundũ quod inducere habet ad vite securitatẽ est sobrietatem seruare et ebrietatẽ fugare. quia per sobrietatem cordis trãsquillitas ac etiam securitas possidẽtur quam tollit ebrietas. Ad hoc autem faciendum per presens preceptum autor inducit vnũquemqꝫ dum dicit. Cum venere et bacho ⁊c̃. Quasi velit innuere ꝙ homo bene potatus et ebrius magis appetit luxuriam quã sobrius ac etiam magis ꝓmptus est ad lites. pro tanto dicit lis est sed iuncta voluptas. Quasi velit dicere ꝙ per vsum veneris et bachi. idest vini immoderate sumpti sequitur lis. Unde ecclesiastici. xxxj. vinum multum potatum irritatõnem et ruinas multas facit et iram. et bene cõiungit ista duo vicia. quia vnum deseruit alteri. Unde hieronimus. venter mero estuans facile despumat in libidinem vbi ebrietas ibi libido dominat̃ et furor. xxxv. di. reuera raro vidi continentẽ que nõ viderim abstinentẽ et econuerso.

B ¶ Notandum vero est ꝙ voluptas dicitur esse carnis. sed voluntas animi. Complectere igitur. idest figas in aimo tuo illud quod est lautum. idest laudatum per sincopam. idest temperantiam vnde nec de venere nec de bacho vltra modum sumere debes. sed fuge lites que sequũtur ex eis. si eñ hec duo ꝑdicta immodice sumes lites effugere non valebis. Quanta autem mala ex voluptate ꝓueniãt archytarentinꝰ philosophus ꝓbat dicens. nulla pestis captabilior q̃ꝫ voluptas corporis. cuiꝰ auide libidines temere ⁊ effrenate ad potiendum incitantur. hinc patrie ꝓditiones hinc rerum publicaruꝫ euersiones nullũ deniqꝫ scelus nullum facinus est ad quod suscipiendum libido voluptatis non impellat. ¶ Pro premissoꝝ autem intelligentia maxime quo ad bachum optime facit descriptio quã faciebat rabanus in libro de naturis rerum ac etiã fulgentius attendentes vini proprietates. vnde vtentibus atqꝫ maliciis econuerso abutentibus. ipsi enim vinum deuꝫ in natura crediderunt quẽ bachum nominauerunt et eidem certã ymaginem depinxerunt. Erat igit̃ ymago sua puer cum facie muliebri cum pectore nudo. cum capite cornuto et vicibus coronato qui super tigrides equitabat qui yndias nominabatur a quodam monte yndie. vbi nutritus dicebatur. Ita in ꝓposito applicando predicta ad vicium ebrietatis vel ad quemlibet vinolẽtum qui reuera talis potest puer primo nõ immerito nuncupari et hoc ꝓpter ignorantiam pensatam et affectatam quã ebrij noscuntur incurrere vnde in psalmo. Turbati sunt et moti sunt sicut ebrius et omnis sapientia deuorata est. Muliebrem etiam dicuntur habere faciem inquantũ ardor et concupiscentia mulieruꝫ per vinũ in ebrio generatur vel pro eo quia animas talium effeminat et eos efficit muliebres.

D Ecclesiastici. xix. Uinũ et mulieres apostare faciunt homines sapientes. Iste deus diciturese cornutus. quia vinum cornua elationis et superbia generat ꝓ eo ꝙ omnis ebrius facilit̃ est elatꝰ. Et iste dicitur tigrides que furibunda sunt animalia equitare ꝓ eo ꝙ vinum furorem et iracundiam inducit et pro eo ꝙ ebrius faciliter efficitur furibundꝰ. Et ideo ꝓuer. xx. scribitur. Luxuriosa res est vinũ et contumeliosa ebrietas. transumptiue. xxxv. di. Iste esse dicitur pro parte nudus eo ꝙ archana solent ebrij faciliter denudare. Iuxta illud prouer. xxxj. Nullum secretum est vbi regnat ebrietas. vel etiam pro eo ꝙ homines solent depauperari et diuitiis denudari Iuxta illud ecclesiastici. xix. Operarius

ebriosus non locupletabitur. Iste etiā coronatus vicibus dicit̄. pro ꝙ ebriosi vices. idest vinolētiam summā gloriam arbitrantur. et sicut in ꝑpria corona in eo gloriant̄. ꝑuer. xiij. Cui ve cuius patris ve nisi hijs que morātur in vino et studentcalicibus epotandis. Et ambrosius dicit ꝙ ebriositas est fomes et nutrix omnium viciorum. transumptiue xxxv. di. ¶ Utrum autē vsus vini sit licitus et vtrū inebrians aliquando peccet mortaliter cum alijs duabus questionibus vide supra in quinto ꝑse precepto. Uino te tpa ⁊ ꝙ de materia hic deficit latissime suppletur ibidē.

¶ Tricesimūtercius ꝑceptum quarte partis metrice.

Remissos animo tacitos vitare memento Quo flumen est placidum forsan latet altius vnda.

A ¶ Tricesimumterciū quod inducere habet ad vite securitatē est in omnibus simplicē veritatem seruare et ypocritarum conuersationē vitare. Ad hoc autem exequendū per presens preceptū inducit nos autor dum dicit. Demissos animo ⁊c. quasi velit innuere ꝙ vitandi sunt homines taciturni et nimiū silentes et animo demissos. idest nimis humiles. q: tales subdoli sunt. Unde ouidius impia sub dulci melle venena latent. In talibus etiā contingit illud ecclesiastici. xix. Est qui nequiter se humiliat et interiora eius plena sunt dolo. Quod autez tales sunt dolosi ostendit per similitudinē fluminis placidi dicēs Quo flumine est placidum. per hoc enī intellige fraudulentiā et maliciam quā in corde habent absconsam. quasi velit dicere ꝙ illud flumen quod est et videtur et apparet placidum et transquilliū et quietū forsan latet altius vnda. idest ꝑfunditas ipetuosa. Hec particula diuersimode intelligi potest scd̄m diuersos casus vt primo sic ꝯstruatur. vnda casus nominatiui latet altius. idest profundius. vel aliter. vnda casus ablatiui idest ab vnda aque quiete noli credere quasi velit dicere ꝙ nulla est captabilior pestis q̄ȝ illi qui cum maxime fallant id agunt vt boni viri videantur. ait tullius. Unde et aristoteles rethoricorum. c. vij. dicit ꝙ magis timendi sunt mites et astuti q̄ȝ illi qui sunt acute ire et pro tanto taliū conuersatio est periculosa et ideo vitanda et vt magis fallere pn̄t induunt se vestimētis ouium scilicet ieiunijs orationibus ⁊ elemosinis. intus autez sunt lupi rapaces. qu a talia bona non bono sed malo animo faciūt. vt sc3 simplices decipiāt. ideo difficile cognoscuntur. Dicit tamen crisostomus sup math. ꝙ eodem modo cognoscitur ypocrita et simulator quo lupus ouina pelle tectus cognosci potest. dicit enī ꝙ per tria cognoscitur signa.

B ¶ Primo nanq3 lupus quanq̄ȝ ouina pelle sit tectus dentibus tamē mordet. ouis autez non mordet. ¶ Sic moraliter ypocrita per actum cognoscitur. quia bonos mordet et eis detrahit ille enim qui mordet partem abstrahit et partem relinquit. Sic aliquando detractor vt cicius sibi credatur in parte laudat et in parte vituperat. Secundo lupus per vocē cognoscitur. Unde crisostomus qui vocem humilitatis et vere confessionis emittit ouis est. qui vero contra veritatem blasphemans vlulat contra deum lupus est. ꝑs attestāte q ait. Iniquitatē in excelso locuti sunt. Tercio lupus per cibum cognoscitur. quia virtuosus velut ouis pascitur herbis virentibus. viciosus autē lupus pascitur voluptatib3. Unde ad rom. viij.

dicit apl'us. Qui sunt in carne que car/nis sunt sapiunt. ¶ Nota etiā secundum scripturas et canones ꝙ ypocrite vix a virtuosis hominibꝫ valent discerni. dicunt enī sapientes ꝙ ars imita/tur naturam inquantū potest. Quedaꝫ autē sunt opera artis que ita assimulantur operibus nature ꝙ nisi homo esset bene sapiens ab opibus nature discernere non valeret sicut vitrarij quando qꝫ faciunt vitra ita bene colorata ꝙ apparent quasi lapides p̄ciosi. ¶ Sic re uera moraliter quidem vt ypocrite in exterioribus sunt compositi ⁊ pulchris moribus adornati vt ab hominibus lapides p̄ciosi seu virtuosi videant̄ quanquaꝫ interius fragiles sint et vilis sint conditionis sicut vitrum existit. ideo a deo cui nihil est occultum tales repro/bantur et illi qui sunt vere virtuosi approbant̄. Et hoc est ꝙ ipsa veritas sci/licet christꝰ de talibus dicebat in euangelio Math. vij. Luce. vj. xxxij. q. vj. in principio. Attendite a falsis ꝓphetis qui veniunt ad vos in vestimentis ouium. intrinsecus autē sunt lupi rapaces. ¶ Pro premissoꝝ intelligentia magis in speciali est de aliquibꝫ dubitabilibus perquirendū. Et primo queritur quare dominus detestatur tantū peccatum ypocritis magis quā aliud in euangelio. ¶ Huic quesito respondetur ꝙ triplex ratio ad hoc assignari potest. Prima vt ꝑ hoc denotatur quāta fue/rit vel futura est antichristi detestatio qui maxime ꝑ ypocrisim decipiet ma/gnam mundi partem. secundū ꝙ iob. xxxiiij. scribitur. c. Qui fecit ypocritam regnare ꝓpter peccata populi. Secūda ratio est quia ille scribe ⁊ pharisei qui/bus dominꝰ loquebatur vtplurimum erant ypocrite. ¶ Tercia ratio est quia ypocrita contrariꝰ est operi diuino. sicut enī dicitur in euangelio. Dominus malū ordinat in bonū. ypocrita autem bonum opꝰ deformat per malam intentionem et quasi cōuertat. vnde rabanus. Dum ieiunant orant elemosinā dant non sunt fructus eorum quia pro vicio reputantur. Quarta ratō est quia ypocrita ɔtrarius est toti trinitati. Primo est cōtrarius patri vsurpans gloriā que ei debetur. ysa. xlij. Gloriam meaꝫ alteri non dabo. per appropriationem enī gloria attribuit̄ patri. Secūdo contrariatur filio qui est veritas et vita. Quid eniꝫ aliud est ypocrisis nisi falsa vita apparens bona et existens mala. Tercio contrariꝰ est spiritui sancto cui attribuitur bonitas et ypocrita abutit̄ bonitate et bono opere. ¶ Scd̄o queritur cui virtuti vicium ypocrisis oppo/natur. Huic quesito per obiectionē seu oppositionem breuiter respōdetur. Et primo opponi videt̄ omnibus virtuti/bus. ypocrita enī vult videri castus cū non sit et ita opponit̄ castitati similiter vult videri sobrius cū non sit et ita opponitur sobrietati et sic de alijs virtutibus. ergo est peccatū oppositū omnibꝫ alijs virtutibus. ¶ Cōtra ypocrisis est speciale peccatū. et speciale peccatū habet specialem virtutem oppositā. ergo opponitur alicui virtuti specialiter. Itē capitale viciū ꝙ est inanis gloria et si/milia alia capitalia habēt virtutes sibi oppositas. ergo et ipsa ypocrisis q̄ nascitur ex inani gloria habebit virtutem sibi specialiter oppositā. Item alia na/scentes ab inani gloria sicut inobedientia iactantia habent virtutes sibi oppositas. ergo et ypocrisis pari ratione. ¶ Solutio dicendū est ꝙ ypocrisis inquantū habet duplicitatem ꝑut scribitur ecclesiastici. ij. vt̄ duplici corde opponitur simplici veritati per quandam autem concomitantiam opponit̄ omni virtuti. quod enī opponit̄ bonitati per fecte oppositionē quandā habet ad speciales virtutes. ¶ Tercio dicēdum est de grauitate huius pcc̄i et comparatione ¶ Ad euidentiā huius peccati for/mabitur questio talis videlicet. in comparatione duorum maloꝝ quod est le

nius. an aperte peccare an sanctitatem simulare. Et videtur ꝙ sit maius peccatum sanctitatē simulare. quia simulatio sanctitatis est ypocrisis. ergo maius pccm est esse ypocritā ꝙ̃ apte peccare. Contra qui aperte peccat non tantum quo ad se peccat. sed etiā alijs occasionē peccandi dat. ergo plus peccat ꝙ̃ ypocrita. ¶ Solutio dicendū est ꝙ ypocrita sumi potest quatuor modis. Primo enim dicitur ypocrita qui vult credi bonus et in hoc gloriari tamē sub deo. et sic potest esse peccatū veniale. Scdo dicitur ypocrita ille qui apparentiā sanctitatis preponit deo. et hoc modo est peccatū mortale. Tercio dicitur ypocrita qui intendit facere aliqua ex quibus credi potest bonus non tamen illā apparentiam intendit. put dicit crisostomus ypocrita est omnis doctor qui nō prius se corrigit quā alterum. Quarto modo dicit̄ ypocrita ille qui cum malus sit vult videri bonus ad palliandū maliciam suam. et talis modus est pessimus. idest plurimū deceptorius. et quo ad hoc simulatorie peccare deterius est quā aperte. sed quo ad aliud est minus malum eo ꝙ non ita pvocat alios ad maliciam per exemplum. De materia ypocritarum et ypocrisi. vide supra in. xxxvij. pse precepto. Mundus esto.

¶ Tricesimūquartum precep tum quarte partis metrice

Cum tibi displiceat rerum fortuna tuarū. Alterius specta quo sis discrimine peior.

A ¶ Tricesimumquartū quod inducere habet ad vite securitatē est contra aduersa fortune conantis firmiter persistere ac etiā fortunatorū exempla aliorum ea patentius tollerare. ¶ Ad hoc autem exequendū per p̄sens preceptum inducit nos autor dum dicit. Cum tibi displiceat ꝛc. q̄si velit innuere. si de paupertate querelaris ꝯsidera et inuenies multos meliores te et nobiliores qui nihil habent et mēdicare coguntur. Si de infortunio querelaris multos potentiores te et nobiliores inuenies qui de magno et sublimi statu ad magnā deuenerunt miseriā. De hijs infinita possunt poni exempla de quibꝫ aliqua ponantur infra per talem consideratione̅ tuum mitigabis dolorem. nec intātum res tue displicebunt. Juxta illud. Solatium est miserum socijs habere penarum. Et hoc est ꝙ expositiue intendit autor dum dicit. Cum fortuna tuarum rerum displicet tibi ipsi quid debes facere certe ꝙ sequitur. Alterius specta quo sis discrimine peior. hoc est dicere. respice et videas quo damno sis peior vel deterior vel quanto discrimine. idest quāta differentia alterius hominis tu sis peior scilicet infelicior. vel aliter exponere potest dicendo. specta scilicet quanta differentia fortuna alterius sit peior quā tua et infelicior. Hijs sic diligenter considoratis non debent tue res sic tibi displicere. immo potius omnia infortunia pacienter tollerare. ¶ Pro huius precepti intelligētia et obseruantia est breuiter attendēdum ꝙ tria sunt per que quis debet animari infortunia et aduersa pacienter tollerare. Primū est scriptura et cum hoc phōrum autentica dicta. Sedm est motus celestium natura Tertium est virtuosorum antiquorum exempla. ¶ De primo dicit beatus Jacobus in epla sua prima primo capło. Omne gaudium existimate fratres mei cum in temptationes varias incideritis scientes ꝙ pbatio fidei nostre pacientiam operat̄. pacientia autem opus perfectū habet vt sitis perfecti et integri in nullo deficientes. Et pver. xvj. Melior est vir paciens viro forti. quia ille vincit exteriora et expugnat.

B

hic vero sua interiora regit et ordinat.
Et exponit gregorius scdo pastoralium
c.xij.et vt moraliũ dogmate tradit.pa
ciencia vtiqz occultas habz diuitias pa
tiens enim et fortis seipsum felicem fa
cit et dolori cuiusqz remediũ est pacia.
Et certe a quibusdam dicitur paciencia
plus valere omnibus alijs virtutibus.
Iuxta illud nulla valet tantum virtus
paciencia quacunqz.Et iterũ virtus est
vidua quã non paciencia firmat. Et so
crates ait. Paciencia est portus miseria
rum. hoc deniqz scias q non bene do
ctus est qui bene pati non põt. Et qui
paciens est multa gubernat prudentia
Qui aũt impatiens est exaltabit stulti
ciam suã. puer.xiiij. Item.xij. Uir ira/
cundus puocat rixas.qui autẽ patiens
est mitigat suscitatas.etiã pbat hoc ve
tus scriptura. Quia inter cetera que cõ
ferant ad pacienter tollerandũ aduer/
sa est virorum virtuosoꝝ et fortiũ con
siderare gesta virtuosa quanta scz p iu
sticia passi sunt et quã gloriose coronati
quia per hoc efficitur homo magnani
mus et fortis. Unde mathathias vt pri
mo mach.ij.c.scribit.vt filios suos ani
maret contra aduersitatẽ impetus pro
posuit eis exempla viroꝝ illustrium di
cens. Mementote operũ patrum ve/
strorum que fecerũt in generationibus
suis et accipietis gloriam magnã et no
men eternum abraham.nonne in temp
tatione inuentus est fidelis et reputatũ
est ei ad iusticiam.similiter et ioseph.in
tempore angustie custodiuit mãdatum
et factus est dominus egipti. Attende in
super q paciencie opponit impaciencia
directe qd est vicium puocatiuũ nihil
potens aduersi sustinere. Sunt eñi ta/
les vitro similes qd statim dum pcu/
titur ipso tactu cõfringitur. sed impaci
cientes vitro sunt fragiliores. quia vi/
trum non tactũ non frangit.sed impa/
tiens ad solum verbũ confrangitur.
C ¶ Quo ad secundũ rc. Celestium
motus natura inducere quẽlibet debet

aduersa pacienter tollerare.quia prout
asserunt astrologi necnon et naturales
philosophi.celi inferiores quãtũcunqz
motibus agitent. Empirreũ tamen ce/
lum a nullo mouetur nec a sua quiete
perturbatur. Sic est in viro virtuoso
quocunqz inferiores potentie agiten/
tur.cauendũ est ne a sua transquillitate
ratio exturbetur. Item quamuis om
nes planete suo naturali motu cõtra ce
lum moueant non tamẽ motus celi ex
obuiatione hac concitat sed modestior
redit. Ex quo dat intelligi q siue pars
sensualis siue aliquid aliud obuiet tan
tum illa sua pace debet frui nec vlla gu
erra ab eadem euelli. corpa enim cele/
stia corpa sunt solida non pfunda vel
grauia sunt plana et leuia nõ rigosa vl
aspera nulli secundũ philosophũ actioni
extranee exposita nec vlli omni corrup
tioni vel passio in obnoxia.sic nec vera
paciencia que est solida nõ est vana vl
ad tempus accepta. ¶ Item etiam con
sidera q quomodocũqz turbentur in/
feriora hec corpa et quantũcunqz conci
tentur omnia se forti pugna semp ta/
men supiora manent pacifica et quie/
ta nullis tamẽ impaciẽtie ictibus vnqz
agitata. Ex quibus omnibus colligitur
vt iam patet vt cum sensualitas homi
nis ad turbatõnem peruenerit eo q in
continua pena sit.nunqz tamen pertur
batio ad regionem peruenit rationis.
hoc etiam aliter pbari potest. Natura
eniz lucis talis esse dignoscitur q si ad
compositionẽ corporis alicuius cũ qua
tuor elemẽtis accedit quecunqz elemẽ
ta rixẽtur lux nullis motibus agitatur.
sed elemẽta potius per illã transquil/
lantur. Ita per omnia vir patiens tan
gi potest percuti potest sed frangi non
potest.ad modum eñi salamandre vi/
uit in igne et per modum alecis nõ for
midat periculum aque et ad modũ car
maleon non timet quando fuerit in ae
re.quia tanto semper fortior fit quan/
to amplius tribulatio inualescit.

¶ Unde ambrosius. Sicut aurū ex frequenti et multa confricatione re splendet clarius.sic vir paciens ex im mensa et forti tribulatione refulget. D
Et ideo in cōmendatione paciencie se pius dicebat beatus grego.Ego virtu tem pacientie signis et miraculis ma/ iorē puto.tu vero bon9 eo inquit aug. Tollera ergo malos qui vero malos non tollerat ipsemet sibi testis est ꝙ p intelligentiam bonus non est.Quapro pter impacientes dum mala pati volūt non efficiunt vt a malis eruantur. sed vt mala grauiora paciant̄. Tamē sunt nonnulli qui alios hortantur ad paciē tiam et tamen ipsi impacientes existūt similes ioculatoribus qui ensem super linguam positam sciunt optime agita re sed in manu posita nesciunt se iuua/ re.De talibus scribit Job.iiij.Ecce do cuisti plīmos et manus lassas robora sti facillantes confirmauerunt sermō nes tui et genua trementia roborasti nunc autem venit super te plaga et de fecisti tetigit te et conturbatus es om nes igitur qui pie viuere volunt in chri sto persecutionem paciuntur. vt apls ij.ad thimo.iij.et transumptiue in ca/ none suggestum.vij.q.j. Qualiter aūt se habere debeant prelati impacientes vel pacientes vide in.ij.libro pastoral' beati grego. capitulo.x. De tertio ꝛc. De hoc grā breuitatis remitto ad tho biam ad Job ad.vij.fratres machabe os ad eleasarum de quo legitur et ha betur hystoria.ij.machabeorum remit to de sancta marina et de sancta theo dera ꝛ de sanctis martino ꝛ eustachio ad legendas sanctorū ibi habetur de pacientia mirabili predictorum requi re ibidem de hijs omnibus si placet.

¶ Tricesimūquintū p̄ce ptū quarte partis metrice

Quod potes id tēpta nā littus carpe re/ mis.Tutius est mul tū q̄ꝫ velū tendere in altū.

¶ Tricesimūquintum quod indu cere habet ad vite securitatem est me dium in omnib9 seruare et tenere qd̄ docet possibilia acceptare et impossibi lia deuitare. ¶ Pro cuius tamē me dij euidentia distinguitur quadruplex medium videlicet mediū nature quod considerat naturalis phus.medium di stantie quod considerat methaphisic9 medium colligantie quod considerat loycus.et medium iusticie quod consi derat ethicus siue moralis phus. Ex hijs eīn medijs nullus sic instruit op9 inceptum sicut illud vltimum.s.iusticie quod per presens preceptuꝫ tenere do cet autor sub nauigantis methaphora dicens.Quod potes id tēpta ꝛc. Qua si velit exprimere seu expositiue innue re.Tempta.i.aggredere et incipe.Qd̄ potes.perficere et laudabiliter consū/ mare et potius mediocra q̄ꝫ magna qꝛ tutius est multo carpere littus cum re mis.id est tutius est nauigare iuxta lit tora q̄ꝫ velum tendere in altum.id est in alto ꝛ p̄fundo mari.hoc est dicere ꝙ tutius est statum paruuꝫ vel cōmu nem tenere q̄ꝫ nimis sublimem vel al tum conscendere gradum quia honori semper alligatur onus et pericula mul ta. ¶ Ad hoc etiam optime facit qd̄ dicit grego.in canone.nerui.xiij.di.vbi sic dicitur. Omē quod hic eminet pl9 meroribus afficitur q̄ꝫ honoribus gau deat.Quid enim est potestas culminis inquit gregorius nisi quedam tempe/ stas mentis vincula huius mundi ve/ ram habent asperitatem sed falsam io cunditatem certum habent dolorem sed incertam voluntatem.durum ha/ bent laborem sed timidam quietem. Et hieronymus Omnis honor terre/ nus fum9 spuma et sonus est. Fum9

quia obscurat. spuma quia inflat. som
C nus quia grauat. ¶ Pro premisso
rum intelligētia est de infrascripta que
stione querendum videlicet vtrū om
nis virtus moralis consistat in medio
¶ Huic quesito per obiectionem re
sponderi potest. Et primo videtur ꝙ
non quia medium equaliter distat ab
extremis. sed quedam virtutes mora
les magis appropinquant alteri extre
morum vt fortis magis assimulatꝰ au
daci ꝙ timido. et largus plus prodigo
ꝙ auaro. ergo non omnis virtus mo
ralis consistit in medio. Item non om
nis virtus medium est duorum vicio
rum nam vnum extremum castitatis
est scilicet totaliter abstinere ab operi
bus venereis. hoc non est viciū. ergo
non omnis virtus moralis est in me-
dio. ¶ Item virtus est extremum
quod est vltimum de potentia in re.
ergo non consistit in medio. ¶ Con
tra dicit phūs ethicorum. ij. ꝙ virtus
est electiuꝰ in medietate ɔsistens quo
ad nos. ergo ⁊c. ¶ Solutio dicen-
dum est ꝙ omnes passiones et opera
D tiones humane dirigi debent ad regu
lam recte rationis. in omnibus vero
regulatis ɔsistit rectitudo ſm adequa
tionem ad regulā. Equalitas vero me
dium est inter maius et minus. vnde
oportet ꝙ omnis virtus que est recti
tudo circa passiones et operatiōes hu
manas sit in medio inter illud quod
superhabundat et illud quod deficit per
comparationem ad rectam rationē. Ad
illud de appropinquatione respondetur
ꝙ medium dupliciter accipi potest vł
inter extrema ſm se vel inter extrema
in comparatione ad aliquam regu-
lam extra. Et sic virtus moralis media
est inter superfluum et diminutum nō
in se sed in cōparatione ad rationē re
ctam. Ad illud vero ꝙ dicitur ꝙ vir-
tus est extremum ⁊c. respondetur ꝙ
virtus est extremum formaliter qꝛ bo
num ⁊ perfectum sed materialiter me
dium quia negociatur circa medium ⁊
passionum et operationum humanaꝝ.
¶ Ad illud vltimum quod dicitur de
duobus vicijs. respondetur ꝙ medium
dicitur per participationem extremo
rum sic est medium duorum viciorum
et hoc accidit virtuti vnde conuenit
omni.

¶ Tricesimūsextum pceptū quarte partis metrice

Contra hominē iustū
noli cōtendere praue
Semp eteñ deus in
iustas vlciscitur iras. A

¶ Tricesimumsextum quod indu
cere habet ad vite securitatē est se ab
stinere a vexatione innocentis et iusti
hominis quia deus habet hoc valde
moleste adeo ꝙ semper vlciscitur iniu
stas iras hoc enim autor per presens
preceptum facere docet dum dicit. Cō
tra hominem iustum ⁊c. Quasi velit
innuere ꝙ nō debes ɔtra innocentē ali
qua machinari mala vel etiam operari
quoniam dominus talem iram. i. offen
sam sic nequiter contra innocentē ma
chinatam et etiam perpetractatā acri
ter vindicabit. iuxta illud apostoli ad
ro. xij. deutro. xxxij. xxiij. q. j. in princi.
Mihi vindictā et ego retribuā et hoc
est noli praue ɔtēderre contra hoīē in
stum. id est non contendas cum inno
centi iniuste quia semper dominus iu-
stus iniustas vlciscitur iras. ¶ Ad hoc
bene facit quod scribitur prouer. iij. ca.
Ne contendas aduersus iustum fru-
stra cum ipse nil mali fecerit ne emule
ris hominem iniustum, nec imiteris vias
eiꝰ quia abhominatio est domini om
nis illusor. ¶ Pro huius precepti
intelligentia et obseruantia est breui-
ter sciendū ꝙ dominꝰ vlciscitur iras
iniustas prauorum quod patet ex tri-
bus. Primo ex scripturarum promulga

tione. Secundo ex exemplorum veterum inductione. Tertio ex sacrorum canonum approbatiõe. ¶ De primo scribitur in ps. liij. Deus vltionum dominus deus vlcionũ libere egit. Et namque primo. c. scribitur. Deus emulator et vlciscens et hijs furorem vlciscens dominus in hostes suos et irascens ipse inimicis suis. Transumptiue habentur verba in canone. namque pphēta. de pe. di. iij. ¶ De secũdo legitur. ij. machabeorum. ix. capitulo. qꝫ rex antbiochus elatus in iram contra iudeos superbe locutus est venturum se hierosolymam et cõgeriem sepulcri iudeorum se facturum sed qui vniuersa concupiscit dominus deus israel percussit eum plaga insanabili vt .n. finiuit hũc ipsum sermonem apprehendit eum dolor dirus viscerum et amara intestinorum tormenta. Super hoc autem repletus malicia ignem spirans animo in iudeos et precipiens accelerari negociũ cõtingit illũ euntem de curru cadere ad graui corporis collisione membra vexari is quoque qui sibi videbatur etiam fluctibus maris imperare super humanum modum superbia repletus et montium altitudines in statura apprehendere nunc humiliatus ad terram in gestatorio portabatur manifestã dei virtutem in semetipso contestans ita vt de corpore impij vermes staturirent ac viuentes in doloribus carnes eius effluxerunt odorem etiam illius et fetorem excercitus grauabatur et infra sequitur ergo homicida et blasphemus pessime percussus est et vt ipse alios tractauerat pegre in montibus miserabili obitu vitam finitus est ¶ Probatur etiã exemplo israelitici populi de quo exo. xxxij. legitur. Quia populus ille ante oculos dei pene inueniabile cõtraxisset offensã ita ut rector eius audisset descẽd peccauit pplus tuus ac si diuina vox ei diceret qꝫ in tali peccato lapsus est me⁹ non ē atque subiũgeret dimitte me vt irascatur furor meus contra eos ut

deleam eos faciamque te in gentem magnam inquit moyses post mlta si quis in deo iungatur mihi cõgregatique sunt ad eum omẽs filij leui. quibus ait. Hec dicit dominus deus israel. Ponat vir gladium super femur suum ite et redite de porta vsque ad portam per mediũ castrorum et occidat vnusquisque fratrẽ et amicum et proximum suum fecerũt que filij leui iuxta sermonem moysi ceciderunt que in die illa quasi. xxij. milia hominũ hec dei vindicta accidit ex eo qꝫ postq̃ in monte synay ascendisset et moram faceret dscendere de monte cõgregatus est populus aduersus aarõ et ait. Surgẽs fac nobis deos qui nos precedant tunc aaron timens furorem populi formauit opere frustratorio vitulum aureum conflatilem et eidem obtulerit holocausta et hostias pacificas tunc locutus est dominus ad moysen put supra. ¶ Transumptiue habetur hystoria in canone disciplina. xlv. di. ¶ Probatur etiam tertio exemplo illius sancti viri marcij hierosolymitani episcopi de quo recitatur libro viij. ecclesiastice historie capitulo. ix. et habetur supra in. v. iij. partis metrice precepto. Productus testis et ibi require si placet. Sed boni et innocentes viri remittere debent iniurias iniuriarum et hoc maxime ppter duas cõsiderationes quas facere tenent̃. Primo ex consideratione magni periculi. Secundo ex consideratione magni exempli. ¶ Primam namque considerationem ad remittendũ iniurias ostẽdit dominus sub similitudine ceci cecũ ducentis vt habetur Luc. vj. vbi dicit̃ Si cecus ceco ducatum prestiterit &c. Aliquando enim contingit qꝫ ille qui facit iniuriam et qui recepit ambo sũt videntes quando scilicet ille qui facit humilit̃ recognoscit et ille qui recipit liberaliter iniuriam dimittit et tũc nullum est periculum. Aliquando vero cõtingit qꝫ alter est cecus et alter est videns quando scilicet ille qui iniuriam

irrogauit vult satisfacere sꝫ ille qui re
cipit non vult remittere vel ecōuerso
et tunc non est periculum magnum qꝛ
sepe benignitas illiꝰ conuertit coꝛ al/
terius. Aliquando contingit ꝙ ambo
sunt ceci quando.s. nec ille qui iniuriasꝫ
irrogauit vult satisfacere nec ille qui re
cepit vult parcere et tunc est magnuꝫ
periculum quia ambo cadūt in foueā
peccatoꝛum. ❡ Sed nota ꝑm cano
ad nes ⁊ scripturas ꝙ cecitas quadꝛuplex
reperitur. Pꝛima est mentalis. Secun
da gratie.i.auersio a malis. vnde Job
Oculus fui ceco et pes claudo. Tertia
culpe.i.rationis pꝛiuatio quia cecus di
citur qui superne luceꝫ contemplatiōis
ignoꝛat qui p̄sentis vite tenebꝛas pres
sus dicitur et venturam lucē nequaꝙ̄
di diligēdo conspicit quo gressus operis
coꝛrigat nescit ⁊c̄.xlix.di. hinc etenim.
vnde in euangelio Math.xv. Si ce/
cus cecum ⁊c̄.xxx.di.que ipsis sacerdo
tibus.de pe.di.j. quomodo penitet.
Quarta pene de qua dicitur in euan
gelio Johis.ix. Qui illuminat oculos
ceci nati.xxiij.q.vj.displicet. Pꝛima in
diget collirio materiali vt di.xxix. ne/
cessarie. Secunda collirio preceptoꝛum
dei. vnde in ps. Pꝛeceptum domini il
luminans oculos. Tertia collirio gra/
tie. vnde inunge oculos tuos vt vi/
deas.apoc.iij.xlix.di.hinc etem̄. Quar
ta collirio incarnationis. vnde in euan
gelio Johis.ix. Lutum fecit ex sputo.
et de consuetu.di.vij.ante baptismuꝫ.
tio ❡ Scd̄a consideratio que induce/
E re debet iniurias remittere ꝓuenit ex
consideratione magni exempli. Domi
nus et magister noster chꝛistꝰ pꝛebuit
nobis exempluꝫ iniurias remittere qꝛ
ipse iniurias omnes sic remisit ꝙ nec
seruauit turbationem in coꝛde nec im
properia ꝓtulit oꝛe nec iniuriam excer
cuit in opere. ❡ De hijs tribus scri
bitur ysa.xlij. Non erat tristis neqꝫ tri
bulentus. Quo ad pꝛimum non clama
bat neqꝫ audietur foꝛis vox eius.
Quo ad secundum calamum cessatum
non conteret et lignū fumigans non
extinguet hoc est ꝙ iniuriam nimiam
irrogantibus non irrogauit. Quo ad
tertium. ❡ De tertio pꝛincipali ⁊c̄.
istud tertium volo expedire per infra
scriptam questionem videlicet vtruꝫ
vindicta siue vltio sit motiuuꝫ peccati
ire. et vtrum hoc habeat veritatē qd̄
doctoꝛes tenent cōmuniter ꝙ sic. sed
questio potest expediri per obiectionē
quia pꝛimo videtur ꝙ vltio siue vin/
dicta non sit motiuum peccati ire qm̄
voluntas cum sit quedam potentia de
terminatur per suum obiectum sꝫ vin
dicta bonum quid est ergo velle vin/
dictam est bonū. non ergo incurrit qs
peccatum ergo vindicta non est moti
uum ad peccatum ire. minoꝛ huius pa
tet. qm̄ illud quod deo reliquitur siue
attribuitur bonū est sed deo attribuit̄
vindicta ergo vt patet ad ro.xij. Mi
hi vindictam et ego retribuam dixit
dominus. Transumptiue. xxiij.q.j.in
pꝛincipio. vbi dicit glosa. Mihi vindi
ctam reseruaui mihi vos reseruate di
cit dominus. Et ita patet ꝙ vindicta
bonum est. In contrarium scribit apo
stolus ad ro.xij. Non vosmetipsos de
fendentes carissimi sed date locuꝫ ire
vbi dicit glosa bonus magis cupit coꝛ
rigi inimicum ꝙ̄ puniri. Et cum deus
punit delectatur de pena inimici quia
non odit euꝫ sed potius de iudicio dei
quia deum diligit hoc ei placet quod ⁊
deo. boni ergo non est velle penam qꝛ
sequitur ad odium vt vult ista glosa.
sed velle vindictam est velle penam
ergo boni non est velle vindictam sed
eius cuius est odire aliuꝫ sed omne ta
le est malum ergo velle vindictam est
malum ergo potest esse motiuum ad
iram. ❡ Solutio dicendum est ꝙ
motiuum in peccato ire est vindicta.
vnde sicut excellentia est motiuum ap
petibile in superbia ita vindicta est bo
num in ira. Ad illud quod obijcitur ꝙ
velle vindictam est bonum. Dicenduꝫ
est ꝙ velle vindictam.i. velle ꝙ deus

vindicet vel iudex a domino constitu tus illud est bonum et hoc ratione iu sticie. Justicia enim est q deus vel iu/ dex puniat delinquentem et vindicet
D iniuriam alij illatã. ¶ Uindicta em duplicem habet respectum. respicit.n. iusticiam fm quam fit. respicit etiam il lum cui iniuriatum est fm ergo q vin dicta respicit iusticiã sic bene licet ipaz velle qz hoc est ex amore iusticie velle illã et hoc mõ velle vindictaz est velle q deus vindicit vel iudex habens po testatem a deo vel sub deo et hoc est bonum quia hoc est velle ipsam retor quendo ad deum et non auertendo. vnde etiam qui vult q iudex vindicet ipse retorquet vindictam ad deum qz iudex habet hãc potestatem a deo fm q habetur ad ro.xiij.c. q omnis pote stas a domino deo est. hoc autem mõ velle vindictam non est motiuum ire imo potius ad iusticiã ordinat. Si aũt loquamur de vindicta fm illum respe ctum quem habet ad illum cui fit in/ iuria sic velle vindictam habendo so/ lum respectum ad hoc malum est 7 vi ciosum quia istud velle non retorque tur ad deum imo potius ad odium ex ecrandum et auertit a deo non enim appetit hoc modo amore iusticie sz ex improba et viciosa voluntate. vñ istud velle libidinosum vult vindictam q il le qui iniuriatus est puniatur 7 in hoc voluntas eius improba saturetur non vult autem q iusticia dei seruetur nec exaltetur immo ab ipsa auertit et hoc modo vindictam velle non est iustis. vnde ad ro.xij. dicitur in glosa q san/ cti non volunt vindictam pter exe/ crandum odium sed vult bonus ut ini micum puniat 7 magis cupit corrigi ini micum q puniri q cuz deus punit nõ delectãtur in pena inimici quia nõ odit eum sed de iudicio dei quia diligit eũ iracundus autem vult vindictam non amore iusticie sed vt saturat odiuz suũ inflictione pene. vnde gregorius. Plus ira in vindicta erigit q iniuria accepit 7 hoc est ex libidine merito ergo bene dicit autor q deus vlciscitur semper in iustas iras et iniustas molestias quas mali inferunt sanctis viris et iustis p pter iusticiam. vnde sapientie.v. scribi tur. accipiet armaturam zelus dei et ar mabit creaturam ad vltionẽ inimicoꝝ

¶ Tricesimũseptimũ pre ceptum quarte ptis metri.

Ereptis opibus noli merere dolendo Sz gaude potius tibi si contingat habere.

¶ Tricesimumseptimum quod in
A ducere habet ad vite securitatem ẽ cõ temptus diuiciarum et in hoc inducit vite securitas quia per hoc non mul/ tum times eas perdere et si vocante fortuna eas perdis nõ multuz ex hoc dolebis. Ad hoc autem exequendum per presens preceptum inducit nos au tor duz dicit. Ereptis opibus 7c. Quasi velit innuere q non debes merere. id est multum lugere seu tristari de diui ciarum tuarum perditione. ratio quia nostre non sunt sed fortune cuz sint ex tra nos et non intra. ¶ Ad hoc accedit quod dicit seneca libro secundo de pro uidentia vbi habetur q stilbon phũs capta patria et amissis liberis et vxore ex incendio publico interroganti an omnia perdidisset respondit nihil per didi inquit omnia eniz mea mecũ sunt scilicet virtutes et sciencie nihil eñ bo num putare potuit quod eripi posset.
B ¶ Hanc sententiam approbat am brosius dicens non sunt bona homi/ nis que secum ferre nõ potest sola mi sericordia comes est defunctoꝝ. ¶ Sequitur. Sed gaude potius. supple de habitis q de amissis et si cõ tingat habere vnde quidaz volens pa trem de filij morte consolari ait. Noli

flere quia talem amisisti filium sed potius gaude quia talem habuisti.
Pro p̄missoꝝ intelligētia ꝛ obſuātia est breuiter sciendum ꝙ non multum de rerum temporalium perditione currere vel dolere debemus eo ꝙ nō sūt nostre sed fortune. Item quia non sūt vera bona sed falsa qꝛ extra nos sunt et quia ostendunt ꝙ non sunt neqꝫ efficiunt quod p̄mittunt. quod probatur ex tribus. Primo ex bonorum distinctione. Secundo exemplorum et autoritatum inductiōe. Tertio ex canonuꝫ approbatione. ¶ Circa primum est sciendum ꝙ distinguuntur bona tripliciter et sic. quia quedā sunt minima quedam media et quedam maxima. Minima possunt esse coram bonis et malis vt diuicie ꝛ ideo non sunt vera bona quia extra nos sunt vt dictum est.
C Media sunt vt ingenium et potentie naturales ista sunt meliora bona. Bona vero maxima sunt intrinseca qꝛ mali et viciosi participare non possunt vt virtutes que sunt solum in veris virtuosis et hec sunt vera bona. vñ ph̄s in rethoricis. Sole virtutes sunt quibus non conuenit male vti. ¶ Secundo ex exēplorum et autoritatum inductione ostenditur ꝙ non multū est curandum de rerum temporaliū amissione. Et primo exempli Job viri simplicis et iusti qui ereptis opibus dixit. Dominus dedit dominus abstulit ꝛc̄. Secundo exemplo illius ph̄i stilbō nomine d̄ quo supra dictum est in p̄senti precepto et in. xxix. secunde partis metrice precepto. Rebus in aduersis.
¶ Tertio ex doctorum autoritatibus infrascriptis et primo senece. vnd̄ idem seneca de remedijs fortuitorum ait. Pecuniam perdidisti et illam que multos perdidit et fortasse illa te perderet. De hac etiam materia pulcre loquitur beatus bernardus ad eugeniuꝫ papam dicens. Quid nobis cum terrenis diuicijs ꝛ gloria temporali que nec vere nec vestre sunt aurum et argentū nonne terra rubea est et alba que solus error hominum facit aut magis reputat preciosam. Deniqꝫ si vestra sunt tollite ea vobiscum sed homo cum interierit non sumet omnia secum. D
¶ Et p̄ tanto augustinus in enchiridion de talium rerum amissione consolatur nos dicens. Magna cōsolatio in rerum amissione esse debet illa eniꝫ tempora ad mentem reducere debet quibus contingit nos res quas perdidimus non habuisse et dū vnusquisqꝫ intuetur ꝙ aliquando illa non habuit dolorē temperat ꝙ amisit. ¶ Tertio ex canonum approbatione ostenditur ꝙ non est multum curandum vł cōtristandum de rerum temporaliuꝫ perditione cum sint extra nos. vnde anacletus papa in canone deteriores. vj. q. j. dicit ꝙ deteriores sunt qui doctoruꝫ vitamqꝫ mores corrumpunt hijs qui substantias aliorumqꝫ preda diripiūt. ipsi enim ea que extra nos sunt auferunt scilicet diuicias et in hoc facit ad p̄positum. vnde bernardus Vere diuicie non sunt opes sed virtutes quas conscientia parat vt in perpetuum diues fiat.

¶ Tricesimūoctauū preceptū quarte partis metri

Est iactura grauis q̄ sūt admittere dānis
Sunt quedā que fere decet pacienter amicum

¶ Tricesimumoctauum quod inducere habet ad vite securitatem est grauem rerum iacturam ac etiam pro amico aduersa pati pacienter tollerare hoc autem per presens preceptum instruit autor facere dum dicit. Est iactura grauis ꝛc̄. Quasi velit innuere ꝙ si damnum paciaris p̄pter amicum virtuosum illud damnum debes paciēter A

tollerare et hoc est Grauis iactura. id est graue et magnum incōmodum est amittere. id est perdere ea que sunt scz diuicias damnis sicut est in malo vsu uel dānis. id est sine culpa. potest ergo sic construi. Amittere ea que sunt. i. ea que quis habet. Damnis. i. malo vsu. s. abutendo. est grauis iactura. Ubi no/tandum est ꝙ iactura est ꝓprie illa ꝑdicio quo naute coacti tempestate de naui res suas eijciunt. ❡ Hic autē ponitur natura transumptiue ꝓ damno sunt quedaz que ferre decet pacienter amicum. ❡ Istud metrum exponi potest dupliciter ut primo dicatur ꝙ si quis ab amico incōmodum paciat̄ pacienter tollerare debet et ferre. Uel secundo exponatur ꝙ quis paciēter ferre debet quedaz scilicet multa incōmoda quia renera multum decet ꝓ amico maxime virtuoso. aduersa sustinere vnde valerius li. vj. c. iiij. Contemple/mur inquit amicicie vinculum potens et preualidum nec vlla ex parte sanguinis viribus inferius hoc etiam certius et exploratius ꝙ illud nascendi sors fortuitum opus hoc vniuscuiusqz soli do iudicio incboata voluntas contra/hit et ponit exemplum de amicis quorum vnus peciit occidi cum amico occiso. ❡ Pro huius secundi metri intelligentia et obseruantia est breuiter sciendum ꝙ ꝺm phi doctrinaz. ix. ethicor. ca. viij. Amic9 virtuos9 ꝓ amico siīr virtuoso quatuor sustinere debz ꝛ etiam pati. Primum est mortis temporalis perpessionem. Secundum est bonorum exteriorum priuationem. Ter/tium est honoris et dignitatis preuentionem. Quartum est virtuose actiōis et dignitatis concessionem. ❡ Primo nanqz vt dicit debet amicus vir/tuosus ꝓ amico virtuoso mortem tollerare quia amicus moriens ꝓ amico maximum bonum sibiipsi ꝓcurat qđ sic declaratur quia magis diligit ami/cus virtuosus per paucum tēpus multum delectari in magno opere virtu/tis ꝗ̄ per multum tempus quiete id ē mediocriter siue paruz delectari in mediocribus virtutibus et magis eligit excellenter bene viuere per vnum annum ꝗ̄ mediocriter et sibi magis eli/git vnam bonam actionem et magnaz ꝗ̄ multas actiones et prauas. hec aūt accidunt hijs qui moriūtur ꝓpter virtutem ꝓ amico quia licet minus viuāt vna tamen actione qua se ꝓ amico exponunt morti maius bonuz faciunt ꝗ̄ in alijs multis actionibus. Et ita patet ꝙ in hoc ꝙ morti se exponunt ꝓ amicis virtuose agendo magis bonuz sibi ipsis eligunt manifestum ꝙ maxime se amant. Ad hoc facit quod recitat valerius libro. iiij. c. vj. de duobus quorumz vnus dedit se vadem ꝓ alio ꝛc. Hanc historiam require in secunda ꝓhemiali parte. §. ij. qui incipit. Dixi quinto ꝙ hij sepe ferunt ꝛc. ❡ Secundo debet amicus virtuosus ꝓ amico virtuoso pati bonorum exteriorz priuationē que in pecunia consistunt. Unde dicit aristoteles ꝙ virtuosi causa amicorz ꝓijciunt id est cōtemnunt diuicias ita scilicet ꝙ eorum amici plura circa pecunias accipiant ꝛ in hoc magis se amāt ꝺm veritatem dum enim aliquis pecuniam concedit amico et sibiipsi bonuz acquirit honestum manifestum est ꝙ maius bonum sibi attribuit et sic magis se amat. ❡ Tertio debet ami/cus virtuos9 ꝓ amico sustinere ꝙ sibi preponatur in dignitate et honore et pro ipso honores et dignitates contē/nere. Unde idem philosophus dicit. Eodem modo habet se circa honores et principatus omnino enim hec vir/tuos9 de facili derelinquet amico quia hoc ipsum est quoddam bonum virtutis et laudabile et sic patet ꝙ illud qđ facit amicus virtuosus pro amico loco exteriorum bonorum eligit bonuz virtutis quod est maximuz et sic maxime diliget seipsum. ❡ Quarto debet amic9 virtuosus sufferre ꝓ amico priuari ad tempus actionibus virtuosis ꝛ

concedere q actiones virtuose fiant p amicum quas ipse facere posset vt amicus eius ex hoc proficiat et laudetur et in hoc etiã accipit sibi illud quod melius est. melius est enim et magis virtuosum quam ipse sit causa amico suo ad faciendum talia vtputa docere et similia. quod si ipse facit presertim cũ sibi remaneat oportunitas talia faciendi vel maiora. ¶ Querere posset aliquis vtrum doctrina aristotelis quã hic tribuit scilicet de perpessione mortis pro amico virtuoso sit precise vera et per consequens tenenda. Et primo videtur q sic per illud quod habetur prima Johannis tertio capitulo vbi dicitur q debemus animas p fratribus nostris ponere. ergo debemus corpus pro proximo maxime virtuoso morti exponere. ¶ Cõtra stola corporis est bonum eternum meũ et magis teneor diligere bonum eternum meum q̃ bonum eternum proximi. ¶ Solutio dicendum est q licet stola corporis sit s̃m se corporalis tamen in collatione ad cognitionem anime sue siue ad beatitudinem quã augmentat est spiritualis et quamuis augmentet eam non tamen facit eam Unde non sequitur q in patria sit cognitio per speculum quoniam cognitio per speculum fit per speculum id est creaturarũ. conceditur ergo q in se considerata stola corporis minus est diligenda q̃ proximus sed in collatione magis. ¶ De quatuor signis vere amicicie vide supra in hac parte precepto tertio. Parce laudato. De materia etiam vere amicicie vide supra parte eadem. xv. precepto. Auxilium a notis. ¶ Et eadem parte precepto. xvij. Cum tibi vel socium vel fidum queris amicum.

¶ Tricesimũnonum preceptũ quarte partis metri

Tempora longa tibi noli pmittere vite. Quocunq̃ ingrederis sequitur mors corporis vmbram.

¶ Tricesimumnonum quod inducere habet ad vite et animi securitatem est exclusio vite longioris ymaginari enim debemus mortem semper fore ppinquam ex tali ymaginatione timor mortis sedatur ⁊ securitas inde nascitur et habetur. Unde seneca in libro de remediis fortuitorum. Timor ait. morieris tu. securitas ait. Nõ curo quia illa est hominis natura non pena hac conditione intraui vt exirem. hoc autem fecere docet hic autor dũ dicit. Tempora longa tibi ⁊c. Quasi velit innuere q circa vtranq̃ scilicet vitam et mortem tam prouidenter ac prudenter te debes habere q excludere debeas vt dictum est ymaginationẽ vite longioris ⁊ ymaginari mortem propinquam fore cum non sit in potestate nostra vitam promittere vꝉ etiam aliqualiter prolongare et hoc ẽ quod intendit autor dum dicit. Tempora longa tibi. Quia quocunq̃ ingrederis. i. quemcunq̃ locum ingressus fueris mors ita sequitur vitam sicut vmbra corporis continue corpus suũ sequitur. Propterea in eccl. xiiij. c. scribitur q mors non tardat non enĩ potest mors tardare quia iam apparet senibus in ianuis iuuenibꝰ patet in insidiis cuilibet enim conditio mortis imminet. Unde bern. Mors senibus est in ianuis iuuenibus in insidiis. nam in fusio vite corporalis est seminarium mortis quia q̃ cito incipit homo viuere tam cito incipit mori cũ continue vita minuatur. vnde sap. ij. scribitur. Nos nati continue deficimus et continuo desinimus esse et ita faciunt vita et mors sicut faciunt velocissimi cursores quorũ vnus vadit contra alterũ et

A

ideo sibi cito obuiant. ¶ Pro cuius
precepti intelligentia et obseruantia est
breuiter sciendum q duo maxime sunt
que a tali ymaginatione. s. longioris vi
te nos habent excludere ac etiam re/
trahere. ¶ Primum est cōminatio
nis euangelice ptestatio. Secundum
B est exemplorum methaphorice expla/
natio. ¶ Circa primum est sciendū
q sunt nonnulli qui confidentes de vi
te longeuitate. de temporali dignitate.
et de seculi psperitate suam obliuiscūt
fragilitatem non attendentes vite pū
ctabilitatem et suam fragilitatem et in
morte omnium bonorum temporaliū
ablationem et ipsius morientis calami
tatez hoc clare demonstrat ipsius mor
tis deriuatio et ethimologia. Mors
vero dicitur a mordeo des. quia reue
ra omnia mordet et destruit. mors cō
ponitur ex quatuor litteris. s. m. o. r. s.
hee quatuor lr̃e quatuor mortis effcūs
designant. s. mutationez qr in morte fit
mutatio misera quod designatur p. m.
Obliuionem. quia in morte fit obliuio
omnimoda. quod designatū per. o. Rui
nationem. quia in morte fit ruinatio re
pentina. quod designatur per. r. Et se/
perationem quia in morte fit seperatio
sempiterna. quod designatur per. s. Et
ideo nullus q̄tūcūqz iuuenis fortis po
tens et diues confidere debet in huius
vite sic variabilis durabilitate. Unde
Job. vij. c. scribit. Uentus est vita mea
quo nihil variabilius est et mutabilius
nec nullis etiā parcit mors et eque mo
riuntur iuuenes et senes et hoc est qd̄
apoc. ij. scribit Uidi mortuos magnos
z pusillos stantes in conspectu throni
Omnes em̄ eque vocat mors z nō est
vbi effugiamus ictus eius vndiqz tela
in nos iaciunt et omnes reseruamur ad
mortem ait seneca li. ij. de naturalibus
qōnibus. c. vlti. et ponit exemplū in li
bello ad marciā q sumus similes ascē
dentibus murum obsessam multe ho
ste super quos descendunt tela sagitte
vel saxa a quibus vulneramur vel ca/

dimus per que signātur varia mortis
genera quibus homines percuciuntur
Et ideo cōfidentes de vite longeuitate
cauere debent ne eis ↄtingat illud qd̄
ↄtigit cuidā de quo dicit dn̄s et salua
tor noster christus Luc. xij. Hominis
cuiusdam diuitis vberes fructus ager
attulit et cogitabat intra se dicens. qd
faciam quia non habeo quo congregē
fructus meos. Et dixit hoc faciam de
struam horrea mea et maiora faciaz et
illuc congregabo omnia que nata sunt
mihi et bona mea et dicam anime mee
anima mea habes multa bona reposi
ta in annos plurimos requiesce come
de bibe epulare. dixit autem illi deus.
Stulte hac nocte animam tuam repe
tent et rapient a te demones que autē
parasti cuius erunt. Huic etiam mate/
rie bene conueniunt versus infra sequē
tes videlicet. Si sum diues agris et no
bilitate quid inde. Si mea sponsa de/
cens et si formosa quid inde. Si mihi
sunt nati opes et fama quid inde. Si
sum felix annis et vixero mille quid iñ
Si rota fortune me tollat ad astra qd
inde. Tā cito preterreunt hec omnia qd̄
nihil inde. ¶ Circa secundū est etiā
breuiter sciendū q sunt etiaz nonnulli
qui non considerantes pericula mor/
tis in quibus vita nostra iugiter ver
satur et carnis voluptatem et mundi
cupiditatez vel transitoriū seculi bono
rem sequuntur z in talibus vsqz ad fi
nem vite sue inuoluuntur et imorant.
In hoc similes cuidam de quo narrat
barbiam qui fugientem vnicornem et
in baratrum cadentem id est arbuscu
lam apprehendit in cuius radice vidit
duos mures album et nigrum arbo/
rem effodientes et in fundo vidit dra
conem terribilez eū deuorare cupientē
ō pariete vidit aspidū quatuor capita
quasi eum inuadentia et eleuans ocu
los vidit fauum mellis de ramis ar/
buscule descendere et omnium pericu
lorum oblitus tradidit se ad queren/
dum mellis dulcedinem. ¶ Sic re

uera moraliter de magna hominū ꝑte sicut de isto tali contingit et euenit ba ratrū est mundus arbuscula vite eter ne miseria que ab albo mure et nigro id est die et nocte consumitur. quatuor aspides sunt elementa. draco expectās dyabolus. stilla mellis delectatio mun dialis quam toto affectu querunt pec catores et viciosi omnibus etiam alijs oblitis quibus dicit ꝓpheta. Ut quid diligitis vanitatem et queritis menda cium. hijs enim considerationibus re/ trahimur a peccatorum libidine et di/ gnitatum ambitione. vnde Job. xxxj. Quasi tumentes fluctus semper timui deum. Ibi gregorius. xxj. moralium in fine dicit ꝙ imminente tēpestate ⁊ flu ctibus tumentibus nulla nauigantibꝰ rerum temporalium cura nulla carnis delectatio ad mentē reducitur cuncte res in despectum veniunt amore vinē di sic in ꝓposito ⁊c. ¶ Querere ali quis posset de tali questione. s. vtrum mors sit inflicta ꝓpter malum pene ꝓ peccato an insit homini a natura. Huic quesito responderi potest per obiectio nem et sic primo videtur ꝙ insit homi ni a natura tali ratione. corpus eñ hu manum compositum est ex contrarijs omne autem quod est compositum ex contrarijs naturaliter est dissolubile. ergo et corpus ade fuit dissolubile na turaliter sed si fuit dissolubile naturali ter fuit ab anima seperabile naturaliter vnum enim sine altero nō potuit fieri sed mors est seperatio anime a corpore ergo mors fuit a natura. Ad idem face re videtur quod dicit plato. Dij deorum quorum ego sum opifex natura quidē dissolubiles sed si corpora inferiora fue runt natura dissolubilia que non sunt cōposita ex contrarijs multo fortiꝰ et corpus humanum quod ex contrarijs est cōpositum. Item etas videtur esse ex natura sꝫ mors est finis etatis ergo mors videtur esse a natura. ꝙ autem etas sit a natura hoc ostendi potest ꝑ ipsa cōponentia de quibus ipsum cor pus cōponitur. Prima enim etas vide tur esse calida et humida. Secunda ca lida et sicca et sic deinceps ergo etas videtur esse a natura trahitur eniꝫ ex ipsis cōponentibus. Item alia corpora sunt defectibilia a natura pari ergo ra tione corpus humanum est defectibi le natura sed eius defectus est mors ergo mors eius est naturalis et sic fuit naturalis. ¶ Contra iustum fuit vt anima deserente deum deseret ani/ mā deo autem deserente animam non habuit potestatem continendi corpus ergo deserendo animam anima incepit deserere corpus sed hec desertio est mors ergo mors secuta est culpa de/ sertio enim qua anima deserit deū cul pa est. Item gregorius. Illa que data ē a domino de morte carnis nostre sen tentia ab ipso humani generis inicio vsqꝫ ad finem seculi non mutatur. Ex quo colligitur ꝙ mors est pena pecca ti. Quis enim est homo qui viuit ⁊ nō videbit mortē. quod bene ꝑs intuēs ait. Tu terribilis es et qui resistet tibi ex tunc ira tua quia videt hominem in paradyso peccanti dominus iratus se mel de morte carnis nostre sententiaꝫ fixit que exnunc vsqꝫ ad vltimum mu tari nullo modo valebit. ¶ Solu/ tio dicendum est ꝙ mors hominis est pene peccati. vnde augustinꝰ. Constat inter fidem catholicam tenentes ipsaꝫ nobis corporis mortem non lege natu re quia nullam mortem homini deus fecit sed merito inflictam esse peccatis quam peccatum vindicans deus dixit homini in quo tunc omēs eramꝰ. Ter ra es et in terram ibis. ¶ Ad obie ctum in contrarium dicendum est ꝙ natura accipit dupliciter. Aliqñ. n. acci pit natura ꝓ ipso primitꝰ instituta. ali qñ accipit ꝓ ipsa natura corrupta. ſm primū modum non est mors a natura. Unde augustinus in libro de ciuitate dei. Faciendū est primos homines ita fuisse institutos et si non peccauissent nullum genus mortis experirentur. sꝫ

eosdem primos peccatores ita fuisse morte mulctatos ut quicquid eorum essz exortū eadē pena tenerent obnoxij. Pro ingratitudine ergo culpe illius naturam damno mutauit in peius vt quod penaliter precessit in peccantibus hominibus primis naturaliter sequeretur in nascentibus ceteris. hec augustinus. ¶ Ex qua autoritate colligitur quod secundum naturam primitus institutas non fuit mors naturaliter. secundū naturam vero corruptā secuta est in hijs que descenderunt a primis parentibus seminaliter. ¶ Si vero obijciatur quod omne cōpositum ex contrarijs ē naturaliter dissolubile. et ita naturaliter ab anima sepabile. ¶ Dicendum est quod licet ratione contrariorum ex quibus componitur. sit dissolubile ratione tamen anime ratiōalis bene institute potentis continere corpus fuit vt non dissolueretur et ita mortale est vno modo et immortale alio modo id est potens non mori. ¶ Ad secundum vero dicenduz est illud quod dicit plato intelligitur de natura ipsius creature que ex se non potest subsistere nisi ex gubernatione creatoris cuius volūtas fuit vt quedam essent non dissolubilia. ¶ Ad tertium dicendum quod licz etas esset in eis tamen non erat ibi vt per senium declinarent ad mortem. vn̄ augusti. in libro de ciuitate dei. Senes non veterascebant vt necessitate pouterentur ad mortem et alius cibus ad erat ne esurirent potus ne sitirent lignum vite ne vlla senecta dissolueren tur vt dicit beatus gregorius cuz temporibus non ipse transibat. Stabat. n. momētis decurrentibus quia nequaquam ad vite terminū prodierunt incrementa licet ergo mors sit terminus etatis secundum quod diuiditur per virilem etatem et senectutem et alias differentias etatis ibi tamen nō erat defectibilitas ex necessitate nature ex parte etatis. ¶ Ad vltimum dicendum quod non est simile in alijs animantibus vt in homine. in homine enim ita est quod fuit anima rationalis habens posse continendi corpus in immortalitate eo quod ipsa fuit immortalis. vnde instituta a principio. In alijs vero animantibus fuit anima corruptibilis que non habuit potentiā continendi corpus in corruptione et iō corpora eorum fuerunt corruptibilia. corpus vero hominis immortale. id est potens non mori verum quia post peccatum natura corrupta fuit a deo quia necessario oportet vnumquenqz mori secundum apostolum quia statutū est hominibus semel mori rc. Jō autor in istis metris vnumquenqz monet vt precogitet mortem quia vbiqz hominem sequit et ↄcomitatur velut vmbra cus dicit quocūqz ingrederis sequit mors corporis vmbram. Sed reuera magna pars hominū sunt similes cani qui dimisit frustrum carnis certum quod gestabat in ore propter ipsius vmbrā quā vidit in aqua pro incerto quod est valde fatuum et contra canonica et ciuilia iura. ¶ Sic multi fatui sunt qui propter vmbram temporalium relinquunt diuicias eternas certas et veras et in eternum mansuras pro caducis et transitorijs. ¶ Si velis videre amplius de materia require supra in prima parte metrica precepto. xxxiij. Cum dubia in certis. Et secunda parte metrica precepto. vij. Linque metū leti. et prima parte metrica precepto. xix. Cum dubia et fragilis. Et eadem parte precepto. xxij Ne timeas illam. et in tertia parte metrica precepto. xxiiij. Fac tibi pponas.

¶ Quadragesimum preceptum quarte partis me.

Thure deū placa vitulū sine crescat aratro Ne credas placare deū dum cede litatur.

Quadragesimum quod inducere habet ad vite securitatem est deū placare .i. mitigare thure .i. mentis deuotione et oratione. Hoc autor per presens preceptum docet facere dum dicit. Thure deum placa ꝛc. Quasi velit innuere ꝙ odore bonorum operum debes deum placare et non occisione alicuius animalis quamuis antiqui nostri in veteri lege hoc facerent scilicet animalia sacrificare tamen ſm apostolum prima ad corinth. x. hoc illis in figura cōtingebat et hoc est quod expositiue intendit autor dum dicit. Placa .i. humilia et te beniuolum reddere debes domino. Thure .i. incenso. hoc est operum virtuosorum executione. Et sine id est dimitte. Vitulum vt crescat aratro. id est ad terram arandam et colendam vt inde vtilitas aliqua consequatur Ne credas placare deum cum litatur. id est sacrificatur. Cede. id est occisione vituli vel alterius animalis. De hac materia vide supra in hac quarta parte precepto xvi. Cum sis ipse nocens ꝛc.

A

Pro premissorū intelligentia magis in speciali est de tali questione querendum vel etiam inuestigandum videlicet quare quedam legalia retinuit ecclesia et quedam non retinuit thurificationē et non omnia alia. Si respondetur ꝙ propter hoc retinuit thurificationem quia thurificatio significat ꝙ semper faciendum est scilicet orationem. eadem rōne debuit retinere hoc preceptum non comedas carnem porcinam quod semper faciendum est ergo debemus abstinere a carne porcina et suffocato et sanguine ergo peccamus mortaliter cum comedimus carnem porcinam et suffocatum et sanguinem. Item cum thimiama significet ꝙ semper est faciendum scilicet deuotionem orationis et vnguentum quo vngebatur tabernaculum significet spiritualem vnctionem que semper habenda est debuit etiam thimiama et vnguentū retinere sicut retinuit thurificationem ergo ꝛc.

B

Pro huius quesiti declaratione est attendendum ꝙ thurificatio remansit non solum hac ratione quia significat quod semper faciendum sed etiam quia ipsa litteralis obseruantia moralis est quod nō inuenitur in carne porcina et suffocato et sanguine in thurificatione autem honoratur deus sicut honoratur in magnitudine et pulcritudine templi materialis significat enim magnitudo templi materialis ymaginem templi spiritualis quod est templum celeste uel anima iusti que maior est toto mundo non mollis corpore discensione sed virtute et potestate vt dicit augustinus. Ad aliud quod obiectum est de thimiamate videlicet quare non retinuit ecclesia. Respondetur ꝙ triplex est causa. Prima est ne videatur iudaizare si retineat tot legalia. Secunda est quia thimiama idem significat quod incensum. Et propter hoc sufficit retinere thurificationem. Tertia est quia apud nos non ita inueniuntur species aromatice ex quibus fit thimiama sicut inuenitur incensum. Vnguentum autem retinuit ecclesia licet nō eodem modo inungitur in ecclesia tabernaculum christi spirituale scilicet ipse homo cum baptizatur sed vngitur chrismate quod conficitur ex oleo quantum ad nitorem conscientie et balsamo propter odorem bone fame. sed tabernaculum materiale non vngit ne videatur iudaizare. merito ergo bene dicit autor dum dicit. Thure deum placa. quia autor videtur precipere ꝙ debeamus placare deum thure .i. oratione et mentis deuotione. ideo huic sumpta occasione puto vtile de infrascriptis dubitabilibus querendū vel inuestigandū Et primo queritur vtrum oratio cadat sub precepto. respondeo ſm Guil. ꝛ dico ꝙ ad orationē mentalē hō tenetur ex iure naturali ꝙ dicat homini vt disponat se ad illa sine quibus non est salus. Et ad hoc ius conseruandum et

C

D

